PELAGII I PAPAE

EPISTVLAE QVAE SVPERSVNT

SCRIPTA ET DOCUMENTA

8

IN ABBATIA MONTISSERRATI

PELAGII I PAPAE

EPISTVLAE QVAE SVPERSVNT

(556-561)

COLLEXIT, NOTULIS HISTORICIS ADORNAVIT

† DOM PIUS M. GASSÓ

AD FIDEM CODICUM RECENSUIT,
PRAEFATIONE ET INDICIBUS INSTRUXIT

DOM COLUMBA M. BATLLE

1956

NIHIL OBSTAT

Censor,

DOM A. AUGUSTINUS M. VILA-ABADAL

Monachus Montserratensi

IMPRIMI POTEST

† AURELIUS M.,

Abbas Montiserrati

IMPRIMATUR

† GREGORIUS,

Archiepiscopus-Episcopus Barcinonensis

Barcinone, 22 iunii 1956

TALLERS GRÀFICS MARIÀ GALVE · CARME, 16 · BARCELONA

PRAEFATIO *

Pelagius, natione Romanus, ex patre vicariano[1], natus est, ut videtur, paulo post a. 490[2]. Anno D. 536, ut diaconus, sedit in synodo Constantinopolitana adversus Anthimum, post obitum papae Agapiti celebrata. Apud imperatorem, tamquam apocrisiarius manet ad a. 543; in Italiam reversus strenue in bonum populi et Ecclesiae laborat aa. 543-546. Ex. a. 546-in. a. 547 legatione a Totila apud Iustinianum fungitur; postea, aa. 547-551, ubi maneat (in Italia?) latet. Ab a. 551 ex. ad a. 555 med. fortiter Constantinopoli pro fide Chalcedonensi decertat. Mortuo vero Vigilio (die 7 iunii a. 555), in cathedram Petri evectus, Romae die 16 aprilis a. 556 est sacratus. Sedi Romanae viriliter et constantissime praefuit ad diem 3 aut 4 martii a. 561[3].

Huius autem strenui viri magnique pontificis[4] editio epistularum, quae haud parvi sunt pretii, ad accuratiorem eius pontificatus

---

* Compendia omnia hic usurpata videas infra in p. XIII-XX.

1. *Lib. Pontif.*, LXII. Pelagius, I (L. DUCHESNE, *Le Liber Pontif* ..., p. 303).

2. Cf. ep. 77, p. 192.

3. Cf. L. DUCHESNE, *Vigile et Pélage*..., *l. c.*, p. 428-429, n. 3. De eius vita, moribus, doctrina, egerunt, idem L. DUCHESNE, *ibid.*, p. 384-440; Idem, *L'Église* ..., p. 170-238; R. DEVREESSE, *o. c.*, p. XXI-LI; Idem, *Pélage I*, DTC., t. XII, 1, c. 660-669; E. CASPAR, *o. c.*, p. 241-305; E. SLOOTS, *De diaken Pelagius en de verdediging der Drie Kapitels*, Nimega-Utrecht, 1936; H. LECLERCQ, *Rome. Histoire civile et pontificale*, DACL., t. XIV, 2, c. 2697-2711; A. NAGL, *o. c.*, *l. c.*, c. 836-847; O. BERTOLINI, *Roma di fronte a Bisanzio e ai Longobardi*, Bologna, 1941, p. 164-170; 217-220; L. BRÉHIER, *La politique religieuse de Justinien*, in A. FLICHE-V. MARTIN, *Histoire de l'Église*, t. IV, Paris, 1945, p. 454-480; E. STEIN, *Histoire*..., p. 388-395; 632-642; 646-675; A. GRILLMEIER, *Vorbereitung des Mittelalters. Eine Studie über das Verhältniss von Chalkedonismus und Neu-Chalkedonismus in der lateinischen Theologie von Boethius bis zu Gregor dem Grossen*, in *Das Konzil von Chalkedon*, t. II, Würzburg, 1953, p. 824-830.

4. Cf. iudicium L. DUCHESNE, *Vigile et Pélage*..., *l. c.*, p. 439-440.

eiusque aevi historiam texendam, diu erat desiderata, ut earundem usus facilior commodiorque historicis fieret. *Pelagii I epistulae atque historia spissis tenebris obrutae sunt eruntque, dum collectionis britannicae nihil nisi lacinia sine ordine et consilio publicatae sunt, cetera et gravissima foede iacent neglecta.* Haec cl. E. Schwartz[5]. *Eine Reihe neuentdeckter Briefe von Gelasius und Pelagius aus der sog. Collectio Britannica gaben teils* Ewald *im V. B. des «Neuen Archivs», teils* S. Löwenfeld *in seinen «Epistolae Rom. Pontificum ineditae» heraus. Dass sie durch diese Ausgabe der Benützung leicht zugänglich gemacht wären, kann man leider nicht sagen. Ihren Text muss man sich mühsam aus* Ewald, Löwenfeld, Gratian, Deusdedit, *dem III.* B. von Baluzes *«Miscellanea» und* Theiners *«Disquisitiones criticae» zusammensuchen.* Ita eruditus K. Silva-Tarouca[6]. Etiam adhuc post optima studia R. Devreesse, E. Caspar et E. Stein[7], iudiciis illorum virorum, dom G. Morin, cum ipso E. Stein, adsentiit.

Votis omnium istorum obsequens meus confrater, R. P. dom Pius M. Gassó, ingratum excepit laborem omnes Pelagii I litteras colligendi. Eas in unum opus chronologice digessit atque notulis non paucis, res historicas in primis spectantibus, inlustravit. Prolegomenis, ubi de damnationis Trium Capitulorum historia et Pelagii eiusque pontificatus eventis, deque editionibus unde epistulae hauserat praesertim tractabat, instruxit[8]; novam tamen editionem

5. ACO., t. IV, vol. II, p. XXIII.

6. *Beiträge zur Ueberlieferungsgeschichte der Päpstbriefe des IV., V. u. VI. Jahrhunderts*, in *Zeitschr. f. kath. Theol.*, t. XLIII, 1919, p. 481. Cetera Pelagii nostri opera videas apud E. Dekkers-Ae. Gaar, *Clavis Patrum Latinorum*, Steenbrugis, 1951, 1703. Versio libri V *Vitae Patrum, Verba Seniorum*, apud Migne, PL. 73, c. 855-988; editio autem *Constituti Vigilii (Pelagii)*, in *Coll. Avellana*, ep. 83 (O. Guenther, *o. c.*, p. 230-320), prostant. Quoad opera quorum vel «materialiter» auctor esse posset, cf. N. Ertl, *Diktatoren frühmittelalterlicher Papstbriefe*, in *Archiv f. Urkundenforschung*, t. XV, 1938, p. 61-66; A. Chavasse; *Messes du pape Vigile dans le Sacramentaire Léonien*, in *Ephem. Liturg.*, t. LXIV, 1950, p. 165; 212-213; C. Coebergh, *S. Gélase I auteur de plusieurs messes et prières du Sacramentaire Léonien*, *ibid.*, t. LXV, 1951, p. 177, n. 5; T. M. Piccari, *Il tomus ad Flavianum ed il cosidetto Sacramentarium Leonianum nel Magisterium Ecclesiae dei ss. V-VI*, in *Angelicum*, t. XXIX, 1952, p. 103 et 109; L. C. Mohlberg, L. Eizenhoefer, P. Siffrin, *Sacramentarium Veronense*, t. I, Romae, 1956, p. LXXX, 75-78.

7. Opera saepe adlegata. Cf. n. 3, et melius p. XIII; XIV; XVIII.

8. Pars historica, auctoris propria, ubi de Pelagii pontificatu et de schismis damnationem Trium Capitulorum insequentibus prae primis tractaverat, aucta et locupletior, opera et studio confratris R. P. dom Clementis M. Molas, serius, Deo iuvante, in lucem prodiet.

non est adgressus, consiliis auctoritateque permotus cl. E. Stein, qui eum in opere perficiendo moderabatur. Isto tandem finito, mense iunio a. 1944, opus sub titulo *Epistolario de Pelagio I Papa (556-551). Aportacion histórica a la cuestión de los Tres Capítulos*, facultati S. Theologiae Universitatis Friburgensis in Helvetia, ad lauream doctoralem in S. Theologia adipiscendam, subiecit. Postea vero, domum reversus, criticam editionem ad fidem codicum parare decrevit, consilio usus confratris R. P. dom Stanislaus M. Llopart. Ille autem Domino iam maturus, maturiore vero nobis et piissima morte a consuetudine nostra ereptus, opus, a. 1948 ineunte, fere eo ubi a. 1944 reliquerat, cum vita deseruit. Istud finiendum suscepit praefatus confrater dom Stanislaus M. Llopart, qui operam navavit in iis praesertim quae ad codicum traditionem spectabant, et mss. aliqua, in primis *Coll. Britannicam*, accurate contulit. Ipse tamen, multis laboribus curisque postea implicatus, opus adgressum potius relinquere quam nimium diferre maluit. Quantum illi haec debeat editio, in quot quaestionibus mihi ipse solacio fuit longum est explicare. Sufficiat duo inter multa proferre: 1) ei debes totum ferme caput quod de editionibus agit; 2) forma qua prostant litterae 37 (37 + 48 auctoris) et 82 eius animadversionibus debetur[9].

Ceterum, pergratum est mihi debitum quamprimum solvere gratitudinis erga alios doctos viros et confratres qui adiutorium et opem non semel tulerunt. Eorum primus, R. P. dom Anscharius M. Mundó, contulit codices non paucos, auxilium saepius praestitit ad obtinendas imagines photographicas in pelliculis minutis, et consilium crebrius tribuit. Neque minus propemodum grates agere cogor D. Dri. Francisco Unterkircher, Vindobonensi, qui comissima benevolentia iterum atque iterum fovit et adiuvit alacriter. Grato etiam animo recolam cl. viros D. D. Dr. Waltherum Holtzmann, qui nunc Instituto historico Germanico Romae praeest; Dr. Aloisium Sala Balust, in Pontificia Universitate Salmanticensi magistrum; Dr. Paulum Lefrancq, archivarium et bibliothecarium Valentiniensem; Dr. Joseph Vergés, Barcinonensem, humaniorem amicum; R. P. dom Bernardum Botte, monachum Lovaniensem; R. P. dom Celestinum Charlier, monachum Maretiolensem; R. P. dom Michaelem Huglo, monachum Solesmensem;

9. Relationes inter partes auctoris et editoris laborem hoc in opere, placuit infra potius (p. CXIII-CXIV) breviter recensere.

R. P. dom Paulum Volk, monachum Lacensem, et Dr. Rudolphum von Reibnitz, Tubingensem. Neque oblivisci possum observantiam D. Ioannae Vielliard, quae vocatum *Institut de Recherche et d'Histoire des Textes* Lutetiae Parisiorum regit, neque praetermittere nomina D. D. Evelinae Page-Delaunay et Y. Vidal, Montepessulanis bibliothecis praefectarum, quae adiumentum mihi pro viribus attulerunt. Tacere sane non licet multa mihi praebita subsidia a confratribus R. P. dom Petro Urseolo M. Farré, R. P. dom Prospero M. Sansegundo et dom Romano M. Barriga. Tandem silere non debeo largas opes Rdmi. D. Abbatis dom Aurelii M. Escarré, cuius voluntate et favore ad finem venit hoc opus. Iis omnibus et aliis adhuc fratribus, quorum nomina in libro vitae Domino patent, qui mihi auxilio quoquo modo fuere, pro sua caritate rependat Dominus centuplum, oro.

CONSPECTUS MATERIAE

CATALOGUS OPERUM COMPENDIO ADLEGATORUM

AIGRAIN, R. *Le patrimoine de l'Église romaine*, in *Historie de l'Église* de A. FLICHE et V. MARTIN, t. V, Paris, 1938, p. 543-553.

ANDRIEU, M. *Les Ordines Romani*, t. II-III *(Spicil. Sacr. Lovan.*, 23-24), Louvain 1948-1951.

BAGAN, Dom Ph. V. *The syntax of the letters of pope Gelasius I (The Cathol. Univ. of America, Stud. in med. and. renaiss. latin and literature*, XVIII), Washington, 1945.

BALLERINI, P. et H. *De antiquis collectionibus et collectoribus canonum*, in *S. Leonis Magni Opera*, t. III, Venetiis, 1757, p. V-CCCXX.

BALUZIUS (BALUZE) St. *Miscellanea... diplomatica et epistolaria*, t. III, Lucae, 1762, p. III; 2-3. (Cf. p. LXXXV).

BATIFFOL, P. *Cathedra Petri. Études d'histoire ancienne de l'Église*, Paris, 1938.

BHG. *Bibliotheca hagiographica graeca (Subsidia hagiographica*, 8), ed. Socii BOLLANDIANI, Bruxelles, 1909².

BHL. *Bibliotheca hagiographica latina antiq. et med. aetatis (Subsidia hagiographica*, 6), ed. Soc. BOLLANDIANI, Bruxellis 1899-1901.

Suppl. BHL. *Supplementi ed. altera auctior (Subsidia hagiographica*, 12) Bruxelles, 1911.

BLAISE, A. *Dictionnaire Latin-Français des auteurs chrétiens. Revu spécialement pour le vocabulaire théologique par* Henri CHIRAT, Strasbourg, 1954.

BONNET, M. *Le latin de Grégoire de Tours*, Paris, 1890.

BRIDGET O'BRIEN, M. *Titles of address in christian latin epistolography to 543 a. D. (The Cathol. Univ. of America, Patristic studies*, XXI), Washington, 1930.

BURY, J. B. *History of the later Roman Empire*, t. II, London, 1923.

CALLEWAERT, C. *La semaine «mediana» dans l'ancien carême romain et les Quatre-Temps*, in *Rev. Ben.*, t. XXXVI, 1924, p. 206-208.

CASPAR, E. *Geschichte des Papsttums*, t. II, Tübingen, 1933.

CHAPMAN, Dom J. *St. Benedict and the Sixth Century*, London, 1929.

CHARLIER, Dom C. *Une œuvre inconnue de Florus de Lyon: La Collection «De fide» de Montpellier*, in *Traditio*, t. VIII, 1952, p. 81-109.

CIL. *Corpus Inscriptionum Latinarum consilio et auctoritate Accademiae litterarum regiae Borussicae editum* t. I-XVI (cum supplems.), Berolini, 1863-1916.

CONRAT, M. *Geschichte der Quellen und Literatur des Römischen Rechts im früheren Mittelalter*, t. I, Leipzig, 1891.

CSEL. *Corpus scriptorum ecclesiasticorum latinorum*, ed. Acad. Litter. Vindobonensis, t. I ss., Vindobonae, 1866 ss.

DACL. *Dictionnaire d'archéologie chrétienne et de liturgie*, ed. F. CABROL, H. LECLERCQ, H. MARROU, t. I-XV, 2, Paris, 1907-1953.

Daremberg-Saglio. *Dictionnaire des Antiquités Grecques et Romaines par* Ch. DAREMBERG et E. SAGLIO, t. I-V + indices in IX voll., Paris, 1877-1919.

DDC. *Dictionnaire de droit canonique*. ed. A. VILLIEN, E. MAGNIN, A. AMANIEU, R. NAZ, t. I ss., Paris, 1924 ss.

DE VIT, V. *Totius latinitatis onomasticon*, t. I-IV, Prati, 1859-1887.

DHGE. *Dictionnaire d'histoire et de géographie ecclésiastiques*, ed. A. BAUDRILLART, A. DE MEYER, E. VAN CAUWENBERGH, t. I ss., Paris, 1912 ss.

Dictionnaire des Mss. *Dictionnaire des manuscrits existents dans les principales bibliothèques d'Europe concernant plus particulièrement les matières ecclésiastiques et historiques par M. X.****, t. I-II in J. P. MIGNE, *Nouvelle Encyclopédie Théologique*, t. XL-XLI, Paris, 1853.

DEVREESSE, R. *PELAGII DIACONI ECCLESIAE ROMANAE, In defensione Trium Capitulorum. Texte latin du ms. Aurelianensis 73 (70) édité avec introduction et notes (Studi e Testi*, 57), Città dal Vaticano, 1932.

DTC. *Dictionnaire de théologie catholique*, ed. A. VACANT, E. MANGENOT, E. AMANN, B. LOTH, A. MICHEL, t. I-XV, 2 + tabulae seu indices, Paris, 1899-1947; 1951 ss.

DOBSCHUETZ, E. VON *Das Decretum Gelasianum de libris recipiendis et non recipiendis in kritischen Text herausgegeben und untersucht (Texte u. Untersuchungen*, XXXVIII, 4), Lepizig, 1912.

DU CANGE. *Glossarium mediae et infimae latinitatis Conditum a Carolo Du Fresne domino Du Cange auctum a monachis Ordinis S. Benedicti cum supplementis integris D. P. Carpenterii, Adelungi, aliorum, suisque digessit G. A. L. Henschel... Editio nova... a Léopold Favre...*, t. I-X, Niort, 1883-1887.

DUCHESNE, L. *Vigile et Pélage. Étude sur l'histoire de l'Églse romaine au milieu du VIe siècle*, in *Rev. quest. hist.* t. XXXVI, 1884, p. 369-440.

— *Le Liber Pontificalis. Texte, introduction et commentaire*, t. I, Paris, 1886.

— *L'Église au VIe siècle*, Paris, 1925.

DUEMMLER, E. *BERNALDI libellus de vitanda communicatorum communione*, MGH., *De lite*, t. III, Hannoverae, 1897, p. 598-599.

Enc. Cattol. *Enciclopedia Cattolica* (P. PASCHINI) t. I-XII. Città del Vaticano, 1948-1954.

Enc. Ital. *Enciclopedia Italiana di scienze, lettere ed arti pubblicata sotto l'alto patronato di S. M. il re d'Italia*, (G. TRECCANI, G. GENTILE, C. TUMMINELLI, G. MARCONNI, L. FEDERZONI) t. I-XXXVI + I Appd., Milano-Roma 1929-1938.

EWALD, P. *Die Papstbriefe der Brittischen Sammlung*, NA., t. V, 1880, p. 275-414; 503-596.

FABRE, P. *De patrimoniis Romanae Ecclesiae usque ad aetatem Carolinorum*, Insulae, 1892.

FORCELLINI, Ae. ... PERIN, I. *Lexicon totius latinitatis ab* Aegidio FORCELLINI ... I. FURLANETTO ... F. CORRADINI et I. PERIN..., t. I-IV, t. V-VI, *Onomasticon auctore* I. PERIN..., Patavii, 1940.

FOURNIER, P. *Le premier manuel canonique de la réforme du XIe siècle*, in *Mél. d'arch. et d'hist. de l'École Franç. de Rome*, t. XIV, 1894, p. 147-223.

— *Les collections canoniques atribuées à Yves de Chartres*, in *Bibl. de l'École de Chartres.*, t. LVII, 1896, p. 645-698; t. LVIII, 1897, p. 26-77; 293-326; 410-444; 624-676.

— *Observations sur diverses recensions de la collection canonique d'Anselme de Lucques*, in *Annal. de l'Univ. de Grenoble*, t. XIII, 1901, p. 427-458.

— *Les collections canoniques romaines de l'époque de Gregoire VII*, in *Mem. de l'Inst. nat. de France. Acad. des inscr. et belles lettres*, t. XLI, 1918, p. 271-395.

— *Les deux recensions de la collection canonique dite le Polycarpus*, in *Mél. d'arch. et d'hist. de l'École Franç. de Rome*, t. XXXVII, 1918-1919, p. 55-101.

— *La collection canonique dite Caesaraugustana*, in *Nouv. rev. d'hist. de droit franç. et étrang.*, t. XLV, 1921, p. 52-79.

FOURNIER-LE BRAS P. FOURNIER-G. LE BRAS, *Histoire des collections canoniques en occident depuis les Fausses Décrétales jusqu'au Décret de Gratien*, t. II, Paris, 1932.

FRIEDBERG, Ae. *Corpus iuris canonici*, t. I, *Decretum magistri Gratiani*, Lipsiae, 1879.

FRONTO (FRONTEAU) F. J. *Divi IVONIS CARNOTENSIS episcopi Decretum*, MIGNE PL., t. 161, c. 47-1036.

GAMS, P. B. *Series episcoporum ecclesiae catholicae*, Ratisbonae, 1873.

GUENTHER, O. *Epistulae imperatorum, pontificum, aliorum inde ab a. CCCLXVII usque ad a. DLIII datae, Avellana quae dicitur collectio, recensuit commentario critico instruxit indices adiecit*, CSEL, t. XXXV, 2. Vindobonae, 1898.

GUNDLACH, W. *Der Streit der Bisthümer Arles und Vienne um den Primatus Galliarum*, NA., t. XIV, 1889, p. 251-342; t. XV, 1890, p. 9-102; 233-292.

— *Epistolae Arelatenses genuinae*, MGH., *Epp.*, t. III, Berolini, 1892, p. 1-83.

HAHN, A. et L. *Bibliothek der Symbole und Glaubensregel der alten Kirche*, Breslau, 1897³.

HARTMANN, L. M. *Untersuchungen zur Geschichte der Byzantinischer Verwaltung in Italien*, Leipzig, 1889.

— *Geschichte Italiens im Mittelalter*, t. I, Leipzig, 1923², t. II, Leipzig, 1900.

HINSCHIUS, P. *Decretales Pseudo-Isidorianae et Capitula Angilramni*, Lipsiae, 1863.

J-K. J-E. J-L. *Regesta pontificum Romanorum...ad a. post Christum natum MCXCVIII, edidit* Ph. JAFFE. *Editionem secundam correctam et auctam auspiciis* G. WATTENBACH...*curaverunt* S. LOEWENFELD, F. KALTENBRUNNER, P. EWALD, t. I-II, Lipsiae, 1885-1888.

JUNG, J. *Grundriss der Geographie von Italien und dem Orbis Romanus (Handbuch der Klassischen Altertums- Wissenschaft...herausgegeben von* I. MUELLER, III, 3,1), München, 1897².

KEHR, P. F. *Regesta pontificum Romanorum. Italia pontificia*, t. I-VIII, Berolini, 1906-1935.

KOCH, P. *Die byzantinische Beamtentitel von 400 bis 700*, Jena, 1903.

LANZONI, F. *Le diocesi d'Italia dalle origini al secolo VII (604) (Studi e testi*, 35), Faenza, 1927.

LECLERCQ, Dom H. *Colonat*, DACL., t. III. 2, c. 2235-2266.

— *Concubinat, ibid.*, c. 2494-2500

— *Domaines ruraux, ibid.*, t. IV. 1. c. 1289-1346.

— *Serfs, servage, servitude, ibid.*, t. XV, 1. c. 1309-1349.

LENTINI, Dom A. *La Regola. Testo, versione e commento.* Montecassino, 1947.

LOEWENFELD, S. *Epistolae Romanorum pontificum ineditae*, Lipsiae, 1885.

LOWE, E. A. *Codices latini antiquiores. A Paleographical guide to latin manuscripts prior to the ninth century...*, I-VII, Oxford, 1934-1956.

MAASSEN, F. *Bibliotheca latina iuris canonici manuscripta, erster Teil*, t. II (Frankreich), Wien, 1867.

— *Geschichte der Quellen und Literatur des canonischen Rechts im Abendlande bis zum Ausgang des Mittelalters*, t. I, Gratz, 1870.

MANSI J. D. MANSI, L. PETIT, I. B. MARTIN, *Sacrorum conciliorum nova et amplissima collectio...*, t. I-LVII, Paris, 1901-1927.

MAYER, E. *Italienische Verfassungsgeschichte von der Gothenzeit bis zur Zunftherrschaft*, t. I, Leipzig, 1909.

MGH. *Monumenta Germaniae historica*, ed. G. H. PERTZ, Hannoverae-Berolini, 1826 ss.

— *AA. Auctores antiquissimi*, t. I-XV, Berolini, 1877-1919.

— *De lite. Libelli de lite imperatorum et pontificum saeculis XI et XII conscripti*, t. I-III, Hannoverae, 1891-1897.

— *Epp. Epistolae*, Hannoverae-Berolini, t. I-VII, 1891-1928.

— *SS. Scriptores* (rerum Germanicarum), t. I-XXX, Hannoverae-Lipsiae, 1826-1929.

— *SS. rer. Langob. Scriptores rerum Langobardicarum et Italicarum*, Hannoverae, 1878.

— *SS. rer. Merov. Scriptores rerum Merovingicarum*, t. I-VII, Hannoverae, 1885-1951.

MIGNE PL. J. P. MIGNE, *Patrologia latina...*, t. 1-221, Parisiis, 1844-1891.

MOMMSEN, Th. *Ostgotischen Studien*, NA. t, XIV, 1889, p. 225-249; 453-544.

— *Nachträge zu den Ostgotischen Studien*, NA, t. XV, 1890, p. 181-186.

— *Acta synhodorum habitarum Romae A. 498, 501, 502*, MGH, *AA.*, t. XII, Berolini, 1894, p. 393-455.

MONIER, R. *Manuel élémentel de Droit Romain*, Paris, 1941³.

NA. *Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde...*, t. I-LIV, Hannover, 1876-1937.

NAGL, A. *Pelagius I*, in *Pauly-Wissowa*, Supplementband VII, c. 836-847.

Pauly-Wissowa Pauly's Real-Enciclopädie der classischen altertumswissenschaft. Neue Bearbeitung. Begonnen von G. WISSOWA...*fortgeführt von* W. KROLL *und* K. MITTELHAUS... *herausgegeben von* K. ZIEGLER, t. I-XXII²; IA-VIIIA¹; Supplm. I-VIII, Stuttgart, 1893-1956.

PERELS, E. *Die Briefe Papst Nikolaus' I*, (pars) I, NA., t. XXXVII, 1912, p. 535-586; (pars) II, t. XXXIX, 1914, p. 43-153.

— *NICOLAI I Papae Epistolae*, MGH., *Epp.*, t. VI, 2, Berolini, 1912, p. 257-690.

— *BONIZO. Liber de vita christiana* (*Texte zur Geschichte des römischen und kanonischen Rechts im Mittelalter*, I), Berlin, 1930.

PFLUGK-HARTTUNG, J. VON. *Acta Romanorum pontificum inedita*, t. II, Stuttgart, 1884.

PITRA, Dom I. B. *Spicilegium Solesmense*, t. IV, Parisiis, 1858.

QUENTIN, Dom H. *Jean Dominique Mansi et les grandes collections conciliares. Étude d'histoire littéraire suivi d'une correspondence inédite de Baluze avec le cardinal Casanate et de lettres de Pierre Morin, Hardouin, Lupus, Mabillon et Montfaucon*, Paris, 1900.

RANKE, E. *Codex Fuldensis. Novum Testamentum latine interprete Hieronymo ex ms. Victoris Capuani*, Marburgi et Lipsiae, 1868.

ROSE, V. *Verzeichniss der Lateinischen Handschriften*, t. I-II (*Die Handschriften-Verzeichnisse der Königl. Bibl. zu Berlin*, t. XII-XIII), Berlin, 1893, 1903.

SALONIUS, A. H. *Vitae Patrum. Kritische Untersuchungen über Text, Syntax und Wortschatz der Spätlateinischen Vitae Patrum (B. III. V. VI. VII)*, Lund, 1920.

SAVIO, F. *Gli antichi vescovi d'Italia*, t. I. *La Lombardia*, Torino, 1913 (Bergamo, 1932²).

SAW. *Sitzungsberichte der Kaiserlichen Akademie der Wissenschaften für Rechtsgeschichte. Philosophisch-historische Classe*, Wien, 1848 ss.

SCHNEIDER, F. *Reise nach Italien (October und November 1902)*, NA., t. XXVIII, 1903, p. 711-726.

SCHUCHARDT, H. *Der Vokalismus des Vulgärlateins*, t. I-III, Leipzig, 1866-1868.

SCHWARTZ, E. ACO. *Acta conciliorum oecumenicorum*, Argentorati et Berolini, 1914-1940.

SDRALEK, M. *De S. Nicolai PP. I epistolarum codicibus quibusdam manuscriptis*, Wratislaviae, 1887.

SICKEL, Th. E. VON. *Liber diurnus Romanorum pontificum, ex unico* (tunc noto) *codice Vaticano*, Vindobonae, 1889.

STEIN, E. *Untersuchungen zur spätromischen Verwaltungsgeschichte*, in *Reinisches Museum*, t. LXXIV, 1925, p. 347-394.

— *Ordinarii et campidoctores*, in *Byzantion*, t. VIII, 1933, p. 379-387.

— *Post consulat et αὐκρατορία*, in *Annuaire de l'Inst. de Phil. et d'hist. Orient.*, t. II, 1933-1934 *(Mélanges Bidez)*, p. 869-912.

— *Deux questeurs de Justinien et l'emploi des langues dans ses Novelles*, in *Bull. de la Clas. des Lettr. de l'Acad. de Belgique*, t. XXIII, 1937, p. 365-390.

— *La desaparition du Senat de Rome à la fin du VI siècle*, *ibid.*, t. XXV, 1939, p. 308-322.

— *Chronologie des métropolitains schismatiques de Milan et d'Aquilée-Grado*, in *Rev. d'hist. eccl. suisse*, t. XXXIX, 1945, p. 126-136.

— *Histoire du Bas-Empire*, t. II, *De la disparition de l'Empire d'Occident à la mort de Justinien 476-565*, Paris-Bruxelles-Amsterdam, 1949.

STEVENSON, E. *Osservazioni sulla* Collectio Canonum *di Deusdedit*, in *Arch. della Soc. Rom. di storia patria*, t. VIII, 1885, p. 305-398.

STICKLER, A. M. *Historia iuris canonici latini*, t. I, *Historia fontium*, Augustae Taurinorum, 1950.

Tab. codd. mss. Bibl. Palat. Vindob. *Tabulae codicum manu scriptorum Bibliotecae Palatinae Vindobonensis*, t. II, Vindobonae, 1868.

TARRÉ, J. *Les sources de la législation ecclésiastique dans la Province Tarraconaise depuis les origines jusqu'au Gratien* (*Position des thèses à l'École des Chartes*), Paris, 1927, p. 125-134.

THANER, F. *Anselmi episcopi Lucensis collectio canonum una cum collectione minore*, Oeniponte, 1906-1915.

THEINER, A. *Disquisitiones criticae in praecipuas canonum et decretalium collectiones seu sylloges Gallandianae continuatio*, Romae, 1836.

Thesaurus... *Thesaurus linguae latinae editus auctoritate et consilio Accademiarum Germanicarum Berolinensis, Gottingensis, Lipsiensis, Monacensis, Vindobonensis*, t. I ss., Lipsiae, 1900 ss.

— *Onomasticon*, t. II-III, Lipsiae, 1909-1923.

THIEL, A. *Epistolae Romanorum pontificum genuinae et quae ad eos scriptae sunt a S. Hilaro usque ad Pelagium II*, t. I (Hilarus, a. 461- Hormisdas, a. 523), Brunsbergae, 1867-1868.

TURNER, C. H. *Ecclesiae occidentalis monumenta iuris antiquissima. Canonum et conciliorum graecorum interpretationes latinae*, Oxonii, 1899-1939.

VAN HOVE A. *Prolegomena.* (*Comment. Lovan. in cod. iur. can.*, I, I), Mechliniae-Romae, 1945².

WASSERSCHLEBEN, H. *Beiträge zur Geschichte der vorgratianischen Kirchenrechtsquellen*, Leipzig, 1839.

WOLF VON GLANVELL, V. *Die Kanonessamlung des Kardinals Deusdedit*, t. I. *Die Kanonessamlung selbst*, Paderborn, 1905.

USITATIORA COMPENDIA *

a. aa.	ann(us) ann(i)
aa.c.	annis circiter (raro)
c.	column(a) (cum numeris)
c.a. c.aa.	circa annum circa annos
can.	canon(es) canonic(us) -q(ue)
cap.	caput (raro) capitul(um)
cod. codd.	cod(ex) codic(es)
coll.	collectio(n) collection(es)
d.	distinctio *(Decr. Gratiani* I pars)
d. cons.	de consecratione *(Decr. Gratiani* III pars)
decr.	decret(um)
del. delet.	delev(it) delet(um)
ed. edd.	editio edition(es)
ep. epp.	epistul(a) epistul(ae)
eras.	eras(it) eras(um)
ex.	exeunte
expunx. expunct.	expunx(it) expunct(um)
fol. foll.	foli(un) foli(a)
in.	initio ineunte
l.	line(a) lege (rarissime)
l.c.	loco citato (in catalogo praecedenti)
m.	mens(is)
med.	medio mediante
mss.	manu script(i)
n.	not(a)
n.°	numer(o)
N.T.	Novum Testamentum
o.c.	opus citatum (in catalogo praecedenti)
p.	pagin(a)
t.	tom(us) (volumen)
tit.	titulus
v.	versus versiculus
vol.	volum(en)
V. T.	Vetus Testamentum

* Compendia quibus opera designantur vide sis supra, sigla vero codd. postea in p. quae immediatae epistularum textum praecedit.

PROLEGOMENA

I

EPISTULARUM PELAGII TESTIMONIA VETERA

Hoc in capite ea modo veterum testimonia recensebo, quae de litteris genuinis Pelagii praefatus confrater dom Stanislaus M. Llopart et ego invenimus usque ad *Decretum Gratiani*, seclusis etiam permultis adlegationibus nostri pontificis, quae in coll. canonum, occasione reformationis Gregorii papae VII exortis, prostant, quibus magna ex parte sum usus ad textum epistularum 12-96 statuendum.

Omnium quae novi testimoniorum vetustissimum invenitur in S. Gregorii Magni, *Reg.*, XIV, 16: *Epistula Leoni episcopo Catenensi*, quae fuit data m. martio a. 604 [1]. Textum videas in notulas ad titulum ep. 72, p. 183, ad quam non certo tamen spectat. Cf. J-E. 1993; verumtamen quae expressius in Gregorii epistula tanguntur, exstabant forte in fragmento amisso eiusdem ep. 72, quod voce *[Item]* denuntiatur.

In collectione Flori Lugdunensis *De fide* vocata (c. aa. 825-830)[2] exstat quae ibi nominatur *Fides sancti Pelagii papae*, quam probabilius ipse Florus descripsit e codice ubi re vera illa integra erat, tamquam pars (II. 5-III. 6-11) ep. 11, p. 38[3]. Nunc vero *Fides* respondet epp. 7,6-16 + 11,6-11, nam ep. 11, II. 5, ubi iterata veri similiter fuit ep. 7, 6-16, est omissa fere tota in codd. nostris. In opusculo eiusdem Flori Lugdunensis *De expositione missae*, 47, scripto paulo ante a. 834, dicitur: *Unde constat, sicut iterum beatus papa Pelagius docet, ab universi orbis communione separa-*

1. Cf. ed. L. M. Hartmann, MGH., *Epp.*, t. II, p. 436, l. 6-7. Antiquiores editiones videas ibid., p. 435.

2. Cf. dom C. Charlier, *o. c.*, *l. c.*, p. 81-109. De codice *Montepessulano* H. 308 *Scholae Medic.*: *m*, quem contuli ad textum epp. 7, 6-16 et 11,6-11 statuendum, cf. infra p. XXX.

3. Cf. adnotationes in ep. 11,4, p. 37.

tos esse qui, qualibet dissenssione, inter sacra mysteria apostolici pontificis memoriam secundum consuetudinem non frequentant[4]. Quae quidem verba sunt aperta adlusio ad ep. 10,3.

Eodem ferme tempore, id est, a. 833, AGOBARDUS LUGDUNENSIS in *Epistula* 16 scribit ad imperatorem Ludovicum: *Denique beatus Pelagius papa cum quosdam redargueret episcopos, eo quod nomen eius reticerent in actione sacri misterii, id est in sollempniis missarum, in principio scilicet, ubi dicere solemus: «in primis quae tibi offerimus pro aecclesia tua sancta chatholica... una cum famulo tuo papa nostro», ait ad eosdem episcopos...*[5], et sequitur explicite ep. 10,2: *diuisionem...*-3. Patet idcirco quam bene notae erant Lugduni c. aa. 825-835 litterae illae.

Non multo post, die 28 septembris a. 865, papa NICOLAUS I in *Epistula* 88, ad Michaelem imperatorem, verbis: *Pelagius quoque praesul apostolicus cuidam regi Francorum scribens hinc dicit...* in testimonium adducit ep. 8,1-5, fere igitur integram, titulum et conclusionis salutationes solummodo tacens[6].

Eisdem temporibus, aa. videlicet c. 864-868, HINCMARUS REMENSIS in tractatu *De una et non trina Deitate*, II (circa medium) professionem fidei Pelagii adfert, id est, ep. 7,6 *Credo, inquiens, in ... Spiritum Sanctum*, et § 7-8, dicens: *Et hoc sensu Pelagius episcopus urbis Romae postulanti Childeberto regi per Rufinum virum magnificum, ut ei scriberet si beatae recordationis papae Leonis tomum reciperet et scandalum suspicionis, quod de eo per Gallias erat disseminatum, a se purgaret, in sermone de fide eidem regi directo trinam unitatem et unam Trinitatem hoc modo dicit...*[7] Idem HINCMARUS in *Epistula* XXX, 15 *Ad episcopos* (archidioecesis

4. MIGNE (Dom E. MARTÈNE), PL. 119, c. 46.

5. Ed. E. DUEMMLER, MGH., *Epp.*, t. V, p. 226-227. Titulus antiquus sub quo prius fuit epistula edita: [*De comparatione utriusque regiminis Ecclesiastici et Politici, et in quibus Ecclesiae dignitas praefulgeat Imperiorum majestati*] prostat in ed. St. BALUZE, *Agobardi opera*, t. II, Parisiis, 1666, p. 48. De cod. Agobardi litterarum: *p*, quo usus sum ad certius stabiliendam ep. 10, 2-3, infra in p. XXXI.

6. J-E. 2796. Ed. E. PERELS, *Nicolai I papae epp.*, *l. c.*, p. 465. Vetustiores edd. ibid., p. 454. Hanc quoque epistulam adhibui ad editionem firmandam; de codd.: *b c d e f*, infra, p. XXXI.

7. MIGNE (I. SIRMONDUS), PL. 125, c. 516-517. Textum ab Hincmaro descriptum serius novi quam ut eo uti potuerim. Consonat autem omnino cum editione nostra, si parva orthographica excipias, et *ut* quod in fine § 8 addidit: *...uidelicet* ut *ex plenitudine diuinitatis...* Eiusmodi *ut* in codd. meis cunctis deest.

circumstantes), a. c. 876 scribens, ait: *Unde Pelagius antecessor sancti Gregorii, ad Childebertum regem Francorum scribit de Sapaudo Arelatensi archiepiscopo, increpans eum, ut ipsius verbis utamur, quoniam...*, et subiicit ad litteram exscriptam ep. 8,2 *ad petitionem... culpari*[8]. Epistulae itaque *Coll. Arelatensis* non male in Gallia (et in Italia) s. IX adtestantur, nam tanguntur aut adlegantur etiam epp. 7 (bis); 8 (bis, in Gallia et in Italia); 10 (bis), et 11.

Nunc vero recensere oportet ea recentiora testimonia quae potissimum in *Libellis de lite imperatorum et pontificum s. XI-XII conscriptis*[9] sunt adservata. Quamvis inter ea essent adnumeranda permulta maioris momenti fragmenta, quibus sum usus, quae in coll. canonum insunt, attamen, cum de coll. canonicis deque earundem Pelagianis fragmentis satius infra sit sermo, illa, ut supra dixi, modo non perstringam. Etiam testificationes quae in *Libellis de lite* prostant, aut in aliis paucis locis reperiuntur, leviter solummodo tangam, earum verba, nisi peculiaris sint ponderis, adlegare omittens.

Primum potest notari libellus ANSELMI LUCENSIS, *Contra Wibertum*, a. 1085 aut paulo post, uti videtur, scriptus. Nomine Pelagii papae haec genuina ibi exstant: epp. 52,5-7, et 65,4 *nec putetis...*-5[10]. Textus cum meo fere congruit.

In opusculo WIDONIS FERRARIENSIS *De scismate Hildebrandi*, a. 1086 conscripto, iterum sunt adlegatae epp. 52,5-6.7, et 65,4 *non putetis...*-5[11].

In libellis, aa. c. 1084-1088 confectis, BERNALDI CONSTANTIENSIS *De sacramentis excomunicatorum*, *Apologeticae rationes contra scismaticorum rationes*, *De lege excommunicationis*, *De ex-*

8. MIGNE (I. SIRMONDUS), PL. 126, c. 197 D. Textus Hincmari cum nostro concordat, his exceptis: *eo* pro *ipso*[1], *et* pro *uel*, orthographica pauca.

9. MGH., *De lite...*, t. I-III, Hannoverae, 1891-1897.

10. Ed. E. BERNHEIM, MGH., *De lite*, t. I, p. 519-528; MIGNE, PL. 149, c. 446-478. Edd. anteriores apud BERNHEIM, *ibid.*, p. 519. Textus nostri pontificis, in p. 524, c. 452 edd. praefatarum. Alia, quae prostant apud MIGNE, *ibid.*, c. 465 (ep. 55); 472; 474 (ep. 35); 474 (ep. 52), non pertinent ad opusculum Anselmi, sed ad opus DEUSDEDIT, *Libell. contra invasores...*, de quo infra n. 16 et 17. Cf. BERNHEIM, *ibid.*, p. 517-518.

11. Ed. R. WILMANS, MGH., *SS.*, t. XII, Hannoverae, 1856, p. 148-179; iterum excudendam curavit E. Dümmler in MGH., *De lite*, t. I, p. 532 567. Fragmenta Pelagii in p. 160 et 162; 541-542 et 544.

communicatis vitandis..., brevissimae tantum sententiae et quaedam adlusiones insunt, quae spectant ad epp. 24,7; 35,13; 52,8 [12]. Contra, magni momentis et non parvae extensionis sunt textus quos sub nomine BERNALDI, *Libellus de vitanda excommunicatorum communione* edidit E. Dümmler[13]. De fragmentis epp. 24 et 35 quae continet agitur infra in p. XCV. Dubia vero nimis et parum probanda esse videtur adtributio istorum Bernaldo. Codex enim ubi prostant (s. XII[1]) esse non potuit Bernaldi; sed nec archetypi ipsius fuit probabilius auctor Bernaldus, cum duae litterae illae non nisi primae sint earum quae in *Coll. Vindobonensi* continentur epistulae, nam explicandum remaneret cur ex uberiore repertorio a se (in hypothesi) collecto tam parva tantum, et quidem liberiore modo adlegata, decerpserit.

Pelagii auctoritas invocatur in URBANI II *Epistola ad Lucium praepositum S. Iuventii* (J-L. 5743)[14]. Verba Pelagii nostri non recte interpretavit papa, qui ipsum adlegat quasi primum qui vim sacramentis haereticorum et schismaticorum negaverit.

HUGO FLAVINIACENSIS abbas *Chronicon* suum aa. c. 1086-1102 redigens, tria fragmenta nostri pontificis descripsit, id est; epp. 44,1-2; 53,1-6.10; 59,3, quorum alterum editioni adhibui[15].

Plura exstant epistularum lacinia, aliquando longa satis, in opere DEUSDEDIT, *Libellus contra invasores et simoniacos et reliquos*

12. Ed. F. THANER, MGH., *De lite*, t. II, p. 89-101; 112-142. In edd. praecedentibus J. GRETSER, *Opera omnia*, t. VI, Ratisbonae, 1735, p. 37 sqq. et E. USSERMANN, *Prodromus Germaniae sacrae*, t. II, Typis Sanblasianis, 1790, p. 237 sqq., libelli nostri (IV, V, VI et X) sunt opuscula II, VI, VII et V. Pelagii verba et quae spectant ad eum, in p. 90, l. 5 (ep. 24,7); 91, l. 18-19 (ep. 35,13); 99, l. 5 (ep. 24,7); 103, l. 13; 122, l. 7-8 (epp. 35,10.13 et 52,8) editionis F. Thaner.

13. MGH., *De lite*, t. III, p. 597-599. De codice: *J*, videas infra in p. XLVIII.

14. Praeter MANSI, t. XX, c. 663 C; MIGNE, PL. 151, c. 532 C, cf. BENONIS aliorumque cardinalium *Contra... Urbanum II scripta*, VIII (K. FRANCKE, MGH., *De lite*, t. II, p. 411, l. 42).

15. Ed. G. H. PERTZ, MGH., *SS.*, t. VIII, p. 288-502; excerpta Pelagiana insunt omnia in p. 429; quoad antiquiores edd. cf. *ibid.*, p. 284. Fol. 106v cod.: *K*, ubi verba papae nostri sunt exscripta, iam aa. 1090-1096 fuisse scriptum videtur (cf. G. H. PERTZ, *ibid.*, p. 281, n. 6); inde locum quem operi Hugonis adsignavi. Litterarum fragmenta quae non recensui, conveniunt sive cum ANSELMI LUCENSIS *Coll. canonum; O* (ep. 44,1-2), omissis *sed magis unumquemque... uacare negotiis*, sive cum forma communi textus, quam codd. *OPQ* exhibent. Cf. p. 121-122; 156.

scismaticos, aa. 1095-1097 duplici recensione conscriptis[16]. Sub Pelagii nomine prostant: epp. 24,9-10; 35,1 *a scismaticorum sacrificiis potius autem sacrilegiis abstinere debetis.* 10.12.13-14; 52,6-7... *per extraneas potestates obprimendum.* Aliud huius epistulae fragmentum: 52,8, ita introducitur: *Item papa Pelagius in suo registro introducit [beatum] Augustinum ita diffinientem scisma in epistola ad Valerianum patricium inter cetera.* Etiam iisdem fere verbis praeceditur eadem ep. 52,8-11: *Pelagius in suo registro introducit Augustinum ita diffinientem scisma in epistola ad Valerianum patricium inter cetera.* Exstant insuper: epp. 55; 60,6 *multa exempla et constitutiones sunt...;* 65,5 *Nec quicquam maius est...*[17].

A. 1096 IVO CARNUTENSIS in *Epistola* 55 ad Hugonem Lugdunensem archiepiscopum, apostolicae sedis legatum, provocat ad ep. 33,2-5 Pelagii aiens: *Sic enim papa Pelagius quemdam Syracusanae urbis electum uxorem habentem et filios, cum ista occasione ordinationem eius multo tempore distulisset, postea interveniente Cetego patricio, quia Ecclesia in voluntatis suae proposito irrevocabiliter perstitit, accepta ab eo cautione quae competebat, ordinari permisit*[18].

Iam demum expendere oportet testimonia quae adferunt scripta ALGERI LEODIENSIS, *De sacramentis corporis et sanguinis Domini* et *Liber de misericordia et iustitia*, c. aa. 1100-1121 edita. In primo iterum atque iterum papa nominatur *(De sacramentis...*, III, 12-13) et explicite ibidem profertur ep. 21,2 *multi suntqui...*-4 [19]; breves sententiae pontificis, ad ep. 35,1.13 pertinentes, adlegantur praeterea *Ibid.*, III, 1, iterumque in *Libro de misericordia...*,

16. Ed. E. SACKUR, MGH., *De lite*, t. II, p. 300-365. De praecedentibus edd., quas inter ed. card. A. MAI *Patrum nova bibliotheca*, t. VII, 3, Romae, 1854, p. 77-114, cf. E. SACKUR, *ibid.*, p. 298-299.

17. Fragmenta nostra in p. 320, l. 7-14 (ep. 24, 9-10); 320, l. 30; 321, l. 23 (ep. 35,1); 333, l. 9-12 (ep. 35,10); 321, l. 24-26 (ep. 35,12); 320, l. 31-321, l. 8; 312, l. 26-33 (ep. 35,13-14); 335, l. 12-17 (ep. 52,6-7); 333, l. 6-9 (ep. 52,8); 362, l. 21-363, l. 1 (ep. 52,8-11); 311, l. 5-7 (ep. 55); 334, l. 37-335, l. 5 (ep. 60,6); 335, l. 5-11 (ep. 65,5) ed. E. Sackur. Apud A. Mai vero, p. 83; 88; 96; 113.

18. MIGNE (J. B. SOUCHET), PL. 162, c. 67 B. Novissima ed. dom J. LECLERCQ, *Yves de Chartres, Correspondance*, t. I (1090-1098) *(Les classiques de l'histoire de France au moyen âge*, 22), Paris, 1949, criticis non probatur. Cf. J. M. DE SMEDT, *Rev. Hist. Eccl.*, t. XLV, 1950, p. 261-266; dom M. CAPPUYNS, *Bull. Théol. Anc. Méd.*, t. VI, 1950, p. 125-126; 426-428.

19. MIGNE (J. B. MALOU), PL. 180, c. 739-854. Pelagii nomen et verba in c. 847; 849; 851; 831.

III, 2[20]. *Ibid.*, I, 52, profertur quoddam Pelagii testimonium, sumptum — ut dicitur — ex STEPHANI (IX?) *Epistula* II, n.º 8, quam in cassum quaesivi[21]. In eis verbis aliqua forte adlusio posset videri ad epp. 81 et 91.

Recentiora opera ubi Pelagii sententiae reperiuntur, post a. 1126 scripta, iam minoris pretii reputanda, testimonia papae nostri non semel a *Decreto Gratiani* hauserunt. De iis singulis videas in notulis[22].

Litterae igitur quae saepius adtestantur sunt epp. 24; 35; 52; 65; sed et testimonia sunt nactae epp. 21; 33; 44; 53; 55; 59; 60, quae omnes etiam in coll. canonum haud mediocre obtinuerunt suffragium.

---

20. MIGNE (dom E. MARTÈNE), PL. 180, c. 857-972. Pelagii testimonium in c. 931 D.

21. Cf. *Ibid.*, c. 924 C-D.

22. Cf. GERHOHI... REICHERSBERGENSIS *Libelli selecti* (1126-1167), ed. E. SACKUR, MGH., *De lite*, t. III, p. 188; 226; 266; 287; 405-406; 423; 483. Pertinent potissimum ad epp. 24,8.9.14 et 35,2-3.5.7.9-10.12-13.13-14, sed etiam ad ep. 55,1. Magistri I. GRATIANI, *Concordia discordantium canonum*, plurima testimonia hic — ut dixi — omissa, vide sis postea in p. XLV-XLVI. Cf. praeterea ANONYMI, *Tractatus de scismaticis* (1165-1166), ed. I. DIETERICH-H. BOEHMER, MGH., *De lite*, t. III, p. 112-114; 127, ubi describuntur epp. 24,7-9.18 et 35,2.9.11-13; ANONYMI, *Dialogus de Pontificatu Sanctae Romanae Ecclesiae* (1162-1163), ed. H. BOEHMER, *ibid.*, p. 542, ubi tantum exstat ep. 35,7. Alia parva excerpta Pelagii reperiuntur in GILBERTI *Chronicon pontificum et imperatorum Romanorum* (1120-1121), ed. O. HOLDER-EGGER, MGH., *SS.*, t. XXIV, p. 127, 1.42-45: ep. 60,5-6; BERNARDI, *ut videtur, liber de origine et ruina monasterii Cremifanensis* (1321-1325) ed. G. WAITZ, MGH., *SS.*, t. XXV, p. 649, 1.3-6: ep. 51,3 ex *Decreto Gratiani*, et demum apud Andream DANDULUM, *Chronicon Venetum, a pontificatu Sancti Marci ad Annum usque MCCCXXXIX* (L. A. MURATORI, *Rer. Ital. SS.*, XII, Mediolani, 1728, c. 90-92). Muratori edidit tantum libros IV-X; Pelagiana excerpta (epp. 52,15; 60,2-3; 53,1-2. 9-10; 59,3) pertinent ad V. Noviter edidit E. PASTORELLO, *Andreae DANDULI Ducis Venetiarum. Chronica per extensum descripta aa. 46-1280 d. C. (Rer. Ital. SS. Raccolta degli Storici Italiani*, XII, 1) Bologna, 1938, p. 71-73. DANDULI *Chronicon* fuit scriptum aa. 1343-1354. Aliae absque dubio adhuc Pelagii nostri adlegationes inveniri possent in permultis chronicis et aliis historicorum medii aevi operibus, quas vero tam longum quam inutile — quod nostra refert — est colligere et recensere.

II

COLLECTIONES ET CODICES

A) QUIBUS SUM USUS

1. *Collectio Arelatensis*[1]. Arelate, ubi Galliae primatus eo a
tempore degebat, documentis ad Galliam spectantibus, c. aa. 556-558 (ante ep. 19) confecta. Maximam habet auctoritatem, quod nobis transmisit traditionem Arelatensem textus, tribus vix elapsis saeculis postquam Pelagii originales litterae Arelatem pervenerant.

Codices.

Parisinus Bibl. Nat. lat. 2777, constat duobus codd. diversis a_1
simul ligatis, s. IX scriptis. Eorum primus, qui mea refert, exaratus videtur s. IX[1], in meridiana Gallia, forte in monasterio Lerinensi, 42 foll., 245 × 210 mm[2]. *Coll. Arelatensis* continetur in

---

1. Cf. fratres P. et H. BALLERINI, *o. c.*, p. CLXX-CLXXIII; F. MAASSEN, *Geschichte...*, p. 584; W. GUNDLACH, ... *Arles und Vienne...*, NA., t. XIV, p. 260-277; 306-312; Eiusdem, *Epp. Arelatenses ...*, *l. c.*, p. 3-4.

2. Codex esse videtur is qui *Lirinensis* vocatur ab I. Sirmondo (apud MIGNE, PL. 69, c. 399 D). Cf. H. LECLERCQ, *Liber canonum. II Collections particulières*, DACL., t. IX, 1, c. 132. De codice videas etiam F. MAASSEN, *Bibliotheca ...*, p. 218-220; Eiusdem, *Geschichte ...*, p. 767; 770; 745-748; W. GUNDLACH, ... *Arles und Vienne ...*, NA., t. XIV, p. 286-288; Eiusdem, *Epp. Arelatenses ...*, *l. c.*, p. 1; *Bibliothèque Nationale, Catalogue général des manuscrits latins*, t. III (2693-3013A). Paris, 1952, p. 76-77. Ibi notatur, alteri tantum codicis parti, videlicet fols. 43-61v, convenire antiquas numerationes *Colbertinus* 5034, *Regius* 3989/3-3; non ideo nostro, ubi *Coll. Arelatensis* servatur, eae tribui possunt. — Sufficiat hic semel animadvertere, codd. quibus sum usus, uno excepto, esse membranaceos, uti iam et eorum innuit aetas, et ipsos neque P. dom Stanislaum M. Llopart neque me immediate contulisse, sed eorum photographica specimina. Non potui propterea — quantumvis placuisset — accuratius aliquando exprimere mensuras codd. quorundam, et quidem maxime Italicarum bibliothecarum, quorum recentiores catalogi nondum prodierant. Codd. brevissime plerumque describam, paulo vero latius, qui minus sint noti quique, quod mea refert, maioris sint pretii. Eorum compendia, quae notentur digna non sunt, cum omnia sint generatim communia et satis cognita.

fols. 20-42ᵛ, et Pelagii epp. 1-6; 8-9; 7; 10-11,1-4 in fols. 36-42ᵛ. Codex non falso sed neglegenter satis est a rudi scriba exscriptus et emendatus: lacunis non caret, *h* pro libitu est addita aut crebrius omissa, *e* saepe redditur *i*, *e* pro *ae*, *t* pro *d*, *ti* pro *ci* haud raro scribuntur. Est codex *1* Gundlach (non Dümmler), cuius accurata collatione usus sum; magna tamen ex parte, id est, foll. 36ᵛ-39ᵛ: (epp. 3-6; 8-9), partim et fol. 41ᵛ: (ep. 7,18) contuli ego.

a_2 *Parisinus Bibl. Nat. lat.* 3849 (*Mazarineus, Regius* 3989), scriptus s. IX probabiliter etiam in parte australi Galliae, 53 foll. (+ 4 + 2 vacua initio et fine), 235 × 156 mm, ubi *Coll. Arelatensis* prostat, et Pelagii epistulae in fols. 39ᵛ-53 [3]. Codex (*2* Gundlach) fuit communiter accurate descriptus et diligentius emendatus ad fidem potius archetypi, ut videtur, quam pro librarii arbitrio; *e* autem non raro *i* descripsisse scriba compertum est. Quam accuratissime foll. ubi Pelagianae litterae exstant (epp. 1-6; 8-9; 7; 10-11) denuo contuli ego.


a_3 *Parisinus Bibl. Nat. lat.* 5537 (*Colbert.* 5141, *Regius* 3989/3), scriptus s. X-XII Arelate fortassis, in Gallia australi, 112 foll., 235 × 155 mm [4]. *Coll. Arelatensis* in fols. A-Cᵛ, 1-92 servatur, Pelagii vero litterae in fols. 71-92 [5], numero et ordine quibus in cod. superiori. Codex (*3* Gundlach) haud raro fuit arbitrio librarii vitiose «emendatus» et completus; contuli tantum fol. 71 (ep. 1; 2,1 *Fraternitatis ... uiro hone-*), ceteris enim notulas W. Gundlach usurpavi.

3. Est forte codex a I. Sirmondo (cf. supra n.2) *Pithoeanus* vocatus, propterea quod ipse fuit eruditi P. Pithou. Cf. *Dictionnaire des mss.*, t. I, c. 718, et supra in n. 2, H. LECLERCQ, *o. c.*, *l. c.* Nullum enim est dubium, quin seq. cod. *Paris. Bibl. Nat. lat.* 5537 sit cod. *Arelatensis* I. Sirmondi, cuius apographo usus est card. C. Baronius. Quod codicem nostrum refert, cf. etiam *Dictionnaire des mss.*, t. I, c. 705; 727-728; F. MAASSEN, *Bibliotheca ...*, p. 243-247; Eiusdem, *Geschichte ...*, p. 767-770; W. GUNDLACH, *... Arles und Vienne ...*, NA., t. XIV, p. 288-290; Eiusdem, *Epp. Arelatenses ...*, *l. c.*, p. 1.


4. Est cod. *Arelatensis* I. Sirmondi (cf. supra n. 3), qui *fuit Petri Saxii et ex eo Baronius edidit epistolas pontificum Romanorum de privilegiis ecclesiae Arelatensis*, ut in fol. A ipsius codicis fertur. Cf. F. MAASSEN, *Bibliotheca...*, p. 259-260; Eiusdem, *Geschichte...*, p. 768-770; W. GUNDLACH, *...Arles und Vienne...*, NA., t. XIV, p. 277-284; Eiusdem, *Epp. Arelatenses...*, *l. c.*, p. 1.

5. Cf. *Arles und Vienne...*, NA., t. XIV, p. 290-303; Eiusdem, *Epp. Arelatenses...*, *l. c.*, p. 2.

De momento et praestantia singulorum codd. horum latius scripsit saepe laudatus W. Gundlach, qui et sequens stemma eorum proposuit:



Iudiciis eius generatim adsentior, et fideliter adhuc magis quam fecit ipse cod. a_2, tamquam optimum testem sum secutus. Nihilo autem minus, fieri non potest, quin in dubium revocem quae de genealogia cod. a_3 ille disseruit. Quamvis enim possibile teneam, ut saepe scriba proprio marte suppleverit quas in textu deficienti cod. a_1 invenerit lacunas, ita tamen supplere recte non valuisset ep. 11,6-12, quae quidem vero bene descripsit. Unde non restat nisi ut *x* vel a_3 ista desumpserit ex a_2, quod tamen improbandum videtur, aut *(x)* a_3 fuerit exscriptus ex alio deperdito codice, a_1 germano, quod quidem autumari frustra non debet. Itaque stemma illud proponere potius fortasse oportebit ut sequitur [6]:



6. Cod. a_4 qui Pelagii epistulas non habet, est cod. *Parisinus Bibl. Nat.* 3880 (*Mazarineus, Regius* 4247) s. XII, ubi in fols. 70-91ᵛ, *Coll. Arelatensis* continetur. Cf. F. MAASSEN, *Bibliotheca...*, p. 254; Eiusdem, *Ges-*

2. *Codices qui «Fides sancti Pelagii papae» continent.*

Haec *Fides sancti Pelagii papae* vel *Fides papae Pelagii* constat, ut notum est, ep. 7,6-16 + ep. 11,6-12 hodiernis, sed, ut scriba cod. a_2 notavit, hanc fidei professionem exstitisse re vera initio insertam integram in ep. 11,5-12, veri similius est, quam ut librarii in unum coniunxerint duo fragmenta diversarum litterarum, ut unam professionem fidei fingerent. Duo codd. ubi prostat haud igitur contemnendi sunt:

m *Montepessulanus*, H. 308 *Scholae Medicinae*, Lugduni in Gallia a Floro diacono Lugdunensi c. aa. 825-830 probabiliter exaratus, 182 foll., 201 × 176 mm[7]. FIDES SCI PELAGII PAPAE in fols. 178-180 invenitur, quae folia, ubi scriptura evanuit umore paene deleta, iterum atque iterum contuli. Meas lectiones partim confirmavit collatio codicis, quam mihi officiose dom C. Charlier peregit.

n *Leidensis Voss. lat.* Q. 122 (*Vossianus* 236), itidem in Gallia s. IX-X veri similiter descriptus, 102 foll. in quarto parvo[8]. *Fides Pelagii*, nullo inscripta titulo in fols. 36-38 continetur, cui continuo sequitur aliud fragmentum, etiam titulo orbatum, quod verbis *Secundum igitur ipsius dni doctrinam* in fol. 38 incipit, et desinit in fol. 39 verbis *in his gradibus diuinum nihil esse potest*[9]. Contulit R. P. dom Stanislaus M. Llopart rursusque ego.

---

chichte..., p. 768; 770; W. GUNDLACH, ...*Arles und Vienne...*, NA., t. XIV, p. 284-286; Eiusdem, *Epp. Arelatenses...*, *l. c.*, p. 1. — Exsistentia cuiusdam (aut forte quorundam) apographi amissi, tam a W. Gundlach quam a me suspicata, non est merum mentis figmentum: eam enim paene probat *Fides Pelagii* nobis servata in codd. *m n*, de quibus postea erit sermo. Iam hic autem placuit de momento et genealogia codicum *Coll. Arelatensis* aliquid scribere, ne postea varia ab invicem dissita in unum confuse miscerentur.

7. Cf. *Dictionnaire des mss.*, t. I. c. 594; optimum studium dom C. CHARLIER, *o. c.*, *l. c.*, p. 81-109; E. SCHWARTZ, ACO., t. IV, vol. II, p. XXVIIII-XXXII.

8. Cf. dom I. B. PITRA, *Spicilegium Solesmense...*, t. IV, Parisiis, 1858, p. 576-577; E. SCHWARTZ, ACO., t. III, vol. V, 2, p. V-VI; *Bibliotheca Academiae Lugduno-Batavae. Catalogus. Deel XIV. Inventaris van de Handscriften eerste Afdeeling*, Leiden, 1932, p. 13ª.

9. Omnia tamquam unum totum, Vigilio falso adtributum, edidit b. m. dom I. B. PITRA, *ibid.*, p. XII-XVI. Codex a cod. *Montepessulano* H. 308, sive potius ab archetypo utriusque pendere videtur. Cf. apparatum p. 22-25; 38-39; E. SCHWARTZ, ACO., t. III, vol. V, 2, p. VI, n.; dom C. CHARLIER, *o. c.*, *l. c.*, p. 109.

3. *Codices* NICOLAI *I papae, Epistulae* 88[10].

Valentianensis 160, s. IX conscriptus[11]. Ep. 8,1-4 Pelagii prostat in fols. 120v-121. Codicem ipsum non vidi, sed contuli fragmentum Pelagianum, officiosius et accuratissime mihi descriptum a D. Dre. Paulo Lefrancq, archivario et rectore Bibl. Valentianensis. b

Vaticanus lat. 3789, s. IX-X descriptus[12]. Pelagii epistula in fol. 34. Notulis diligentissimae ed. E. Perels sum usus[13]; idem puta de ceteris codd. huius epistulae. c

Vaticanus lat. 3827 (Sci. Petri *Bellovacensis*), s. X-XI exscriptus[14]. Literae Pelagii in fol. 132 exstant, et denuo in fol. 159v. d e

Casinensis 220, in Italia, litteris Beneventanis in altera parte cod. (duorum ex quibus constat in unum conflatis) s. XII exaratus[15]. Pelagiana epistula in p. 183-184 invenitur. f

4. *Codex* AGOBARDI *Epistularum*[16].

Parisinus Bibl. Nat. lat. 2853 (*Rigault* 570, *Dupuy* 610, *Regius* 4349), s. X scriptura Lugdunensi descriptus[17]. Pelagii ep. 10,2: *diuisionem uestram...*-3, in fols. 190v-191 exstat. p

5. *Collectio Britannica*[18]. B

Circa a. 1090 in Italia fuit conscripta. Est velut depositum textuum et auctoritatum antiquorum pontificum, patrum, impera-

---

10. Cf. J-E. 2796; E. PERELS, *Nicolai I Papae epp.*, MGH., *Epp.*, t. VI, 2, p. 465.

11. Cf. (A. MOLINIER), *Mss. de la Bibl. de Valenciennes*, in *Catal. des mss. des bibls. de France, Départements*, t. XXV, Paris, 1894, p. 255; E. PERELS, *Die Briefe...*, I, *l. c.*, p. 544-545.

12. Cf. F. SCHNEIDER, *o. c.*, *l. c.*, p. 722-723; E. PERELS, *Die Briefe...*, I, *l. c.*, p. 540-541.

13. Cf. E. PERELS, *Nicolai I Papae Epp.*, *l. c.*, p. 465.

14. Cf. F. MAASSEN, *Geschichte...*, p. 778-779; F. SCHNEIDER, *o. c.*, *l. c.*, p. 541; E. PERELS, *Die Briefe...*, I, *l. c.*, p. 541-542.

15. Cf. *Bibliotheca Casinensis...*, t. IV, Typ. Casinensis, 1880, p. 204-205; E. PERELS, *Die Briefe...*, I, *l. c.*, p. 544.

16. Cf. E. DUEMMLER, MGH., Epp., t. V, p. 153-239.

17. Cf. E. DUEMMLER, *ibid.*, p. 150-151; *Bibliothèque Nationale. Catal. général des mss. latins*, t. III (2693-3013A), Paris, 1952, p. 164-165.

18. Cf. P. EWALD, *o. c.*, *l. c.*, p. 275-414; 503-596; M. CONRAT, *Der Pandekten und Institutionenauszug der Brittischen Decretalensammlung*,

torum. Magnum habet momentum, quia servasse plerumque videtur ordinem fontium unde textus desumpserat, et est nobis unicum hucusque cognitum exemplum earum collectionum privatarum, unde s. xi-xii iuris canonici studiosi et reformatores diversa hauserunt fragmenta quibus eorum coll. canonum constant. Ex collectione isti consimili, sive ex antiquiore forte archetypo eiusdem, Ivo episcopus Carnutensis sumpsit pontificum decretalia, patrum fragmenta, excerptaque alia ad proprias canonum coll. digerendas.

Hac expositionem adgrediar earum omnium decretalium et canonum collectionum, quae s. xi-xii, tempore reformationis ecclesiasticae S. Gregorii papae VII et postea, exortae sunt.[19] Lectori commodius fore in eisdem exponendis mihi visum est, si eas ordine potius litterarum quibus designantur, quam ordine chronologico disponerem.

B *Londiniensis Britan. Mus.* Add. 8873, s. xi-xii in Italia exscriptus[20], 210 foll., 248 × 164 mm., sed olim codicem aliquantulo ampliorem fuisse, probant tituli mutili in margine additi, qui non numquam, puta in fols. 112, 171, 172, 174, 177, 182-188, cetera, in codice reperiuntur. Codex nitida minuscula temporis sive a duobus librariis, sive potius ab uno scriba, qui in fol. 105, vel paulo post, calamum et atramentum mutaverit exaratus videtur. Contulit dom Stanislaus M. Llopart et iterum iterumque ego. Pelagii litterae in fols. 21-38 exstant, numeribus LXIIII ad CXXXIII signatae[21], ordine sequenti dispositae: 14,1-2; 15-17; 18,4 *dilectio*

Quelle des Ivo, Berlin, 1887; Eiusdem, *o. c.*, p. 345-347; 351-354; 370-372; Fournier-Le Bras, *o. c.*, p. 155-163; E. Perels, *Die Briefe...*, II, *l. c.*, p. 86-90; P. Lemercier, *Britannica (Collectio)*, DDC., t. II, c. 1115-1117; A. van Hove, *o. c.*, p. 239-240, n. 1; 326-327, n. 1.

19. Cf. P. Fournier, *Un tournant de l'histoire du droit (1060-1140)*, in *Nouv. rev. hist. droit franç. étrang.*, t. XLI, 1917, p. 129-180; Eiusdem, *Les coll. can. romaines... l. c.*, p. 271-395; Fournier-Le Bras, *o. c.*, p. 1-14; A. Fliche, *La réforme grégorienne*, t. II, *Grégoire VII*, (*Spicil. Sacr. Lovan.* 9) Louvain, 1925, p. 199-204; Eiusdem, *La réforme grégorienne et la reconquête chrétienne (1057-1123)*, in A. Fliche-V. Martin, *Histoire de l'Église*, t. VIII, Paris, 1944, p. 182-199; 247-270; A. van Hove, *o, c.*, p. 321-322, n. 1; J. de Ghellinck, *Le mouvement théologique du XIIe siècle*, Bruxelles, 1948², p. 431-440; A. M. Stickler, *o. c.*, p. 160-165; 177-178; H.-X. Arquillière, *Grégoire VII*, DDC., t. V, c. 999.

20. Cf. P. Ewald, *o. c.*, *l. c.*, p. 278-279. Pelagii II nomen in ultima pagina superest.

21. Cf. P. Ewald, *ibid.*, p. 533-562. Pelagii I, 1.-72., sed ultima est Gelasii, ut ipse Ewald postea agnovit. Cf. *ibid.*, p. 596, S. 562.

tua...; 19,1-21.24-28; 20,2-3... *potestatem*; 21-22; 23,4-6; 24,1-5.7 *pudenda...*-8; 25,1 *hoc etiam...*-3; 26-29,2-3; 30-32; 33,2 *de Siracusane...*-6; 34; 35,5-12.15-17; 36,2 *filius...*-3...*faciemus*; 37,1-2; 38,2-4; 39-41; 42,1...*reformari*. 2; 43; 44,1-2; 45-47; 37,3-4 (48); 48; 50-51; 52,1-3; 53,5-6 ... *reprimantur*. 8.10...*occasione*; 54,1; 55-56; 57,1 *ualentinum...*-3; 58-59; 60,2-6; 61-64; 65,2-5; 66; 67,1-2; 68; 70-79; 52,4-14...*non liceat*; 54,1; 80-82. In fols. 71^v-72^v (Varia I, B), numeribus XVI-XVIIII signatae, insunt epp. 8,2 *miramur... occurrere*; 7,1 *satagendum...*-4; 10,3; 11,9[22]. In fols. denique 187^v-188^v; 196 B_1 (Varia II), cum titulis semiamputatis in margine, prostant epp. 24,9-10; 35,7.10 *beatus...*; 24,11 *(m)os...debuissent*. 14-18; 52,7-9; 59,8-9; 90; 91,1 *(e)xperientiae...*-2...*examen*[23]. Longe maior pars epistularum earundemque fragmentorum, ab ep. 12 ad ep. 96 usque, id est, omnium quae in antiquiore *Coll. Arelatensi* non sunt adservatae, prostant in *Coll. Britannica*.

Excursus. De ordine chronologico Coll. Britannicae.

Litterae quae in magna serie Pelagii, in fols. 21-38 cod. *Coll. Britannicae* exstant, quodam temporis ordine sunt exscriptae. Id probant in primis epp. 14-16; 23 (iuxta diem quo notatur eam fuisse datam in *Coll. Caesaraugustana*); 36; 43; 56; 58; 78-79, quae quidem ordinatim, pro tempore quo una post aliam fuit data, digeruntur. Idem luculentius confirmat ordo quo disponuntur in *Variis* I epp. 8,2; 7,14; 10,3; 11,9, quae veniunt (seclusa ep. 9, quae omittitur) uti prostant in *Coll. Arelatensi:* ... 8; 9; 7; 10; 11. Eam vero dispositionem chronologicam vel paulum fuisse turbatam, ostenderet certe locus quem duae S. Gelasii *Litterae, Mercurio* et *Hostilio comiti*, numeribus CXXXIIII et CXXXV notatae (Ewald, 72-73), obtinent post Pelagii seriem. Istam autem perturbationem ordinis fuisse graviorem et in Pelagianam collectionem inrepsisse, monstratur vel ipsa dispositione litterarum supra exposita, ubi epp. 52,4-14 et 54,1 locum habent post epp. 78 et 79.

Quod fragmentum CXXVIIII (Ewald, 66) esset pars ep. 52 probaverat auctor sequentibus: a) fragm. CXXVIIII (Ewald, 66) locum quem in ordine chronologico *Coll. Britannicae* habere deberet non habet, nam fragm. CXXVII (ep. 78) et CXXVIII (ep. 79) (Ewald, 64-65) post Pascham a. 559 scripta fuerunt, dum fragm. CXXVIIII fuit scriptum ante Pascham eiusdem a. 559. Impos-

22. Cf. P. Ewald, *ibid.*, p. 574.

23. Cf. P. Ewald, *ibid.*, p. 586, 42-47.

sibile enim est, annum transisse integrum inter fragm. CII (ep. 52,1-3), paulo ante Pascham a. 559 scriptum (cf. epp. 43 et 56, p. 120 et 148), et idem fragm. CXXVIIII; b) interruptionem quandam adesse certo innuit ep. 54,1, quae iteratur post ep. 79 (fragm. CXXX et CXXVIII; Ewald, 67 et 65), quod quidem confirmat inordinationem praecedentis fragm. CXXVIIII. Frag. vero CII (ep. 52,1-3) iam antecesserat supra (n.º CIIII) eidem frag. CXXX (ep. 54,1), unde fragm. CXXVIIII quod eandem ep. 54,1 praecedit, eidem Valeriano directum, ubi idem patricius Ioannes perinde ac in ep. 52,1-3 nominatur, est probabilius pars eiusdem ep. 52. Quod magis adhuc patet ex tenore amborum fragm. CII et CXXVIIII, quae mutuo sese complent; post ep. 52,1-3 enim apprime congruit textus fragm. CXXVIIII (ep. 52,4...):

52,1-3	52,4 (?)
... hoc eos ausos fuisse comperimus, ut fratrem uestrum uirum excellentissimum dominum patricium Iohannem quasi excommunicare temtauerint;	*Peto ergo ut...uindicandi talia sumatis affectum...ut...cum excellentissimo uiro, fratre uestro, domno filio nostro, patricio Iohanne... digna in praesumptores...utamini potestate.*

Etiam comparatione epp. 52,1-3 et 53 cum praefato fragm. CXXVIIII panditur illud esse re vera coaetaneum earum epistularum:

53,5-6	52,4 (?)
Quamuis... per illorum scelus facta sit utilitas, nolite...praesumptionem... permittere. Si... quod in uestram gloriam praesumpserunt non fuerit uindicta conpraessum...contra uos talia praesumpserunt, ut talia uobis corrigentibus...	*...ut...uindicandi talia sumatis affectum... ad loca ubi praesumptum est...digna in huiuscemodi praesumptores...utamini potestate.*

Quae omnia, simul sumpta, evincunt illud fragm. CXXVIIII ante repetitam ep. 54,1, esse re ipsa partem reliquam ep. 52, quae a loco suo una cum ep. 54,1 excidit.

Id genus deordinationis deprehenditur probabiliter in ep. 37, quae invenitur divisa, ut videtur, in duobus sat distantibus locis

id est, in proprio: 37,1-2, et in situ ep. 48: 37,3-4, numeris LXXXVII et LXXXXVIII (Ewald, 24 et 35) *Coll. Britannicae*[24]. Igitur fragm. LXXXVIII-LXXXXVII, sive epp. 38-47 (Ewald, 25-34), extra locum originis inveniri probabile crediderim[25]. Hunc autem ordinem fuisse perturbatum iam in archiviis Romanis, aut in hypothetico archetypo, unde *Coll. Britannica* et coll. Gallicae Ivonis Carnutensis fuerunt fortasse descriptae, ostendi videtur dispositione litterarum in *Coll. Tripartita*, quae videlicet litterae quo sequitur ordine prodeunt: 21; 23; 15; 27-28; 30-33; 91; 34-36; 42; 47; 37,3-4 (48); 51; 56-57; 64,1-2; 66-67; 74-75; 52,4-6, ceterae; patet igitur in *Coll. Tripartita* epp. 37,3-4 et 52,4-6 occupare prorsus eadem loca (omissis epp. 49-50; 52,1-3; 53-54 et 76-79) perinde atque in *Coll. Britannica*. Quae ita cum sint, iam in Lateranensi tabulario, aut in quodam eiusdem apographo, illa exordinatio in dispositione epistularum fere certo exstabat, quare incerta aliquatenus manet epp. 38-54 chronologia, quippe quae ordine *Coll. Britannicae* fulciebatur praesertim. Verum res non tanti momenti videatur, cum praefatae litterae in.m.martio-ex.m.martio fuerint datae; est aliunde perspicuum temporis indicium in ep. 43, quae quidem proprium sortiri situm inter epp. 36 et 56 veri simillimum est. Itaque chronologiam ab auctore statutam posse servari putavi; caute vero esse generatim sumendas temporis notas epp. 12-96, quae modo animadverti acutum lectorem satis monent.

6. *Collectio Caesaraugustana*[26]. *C*

In triplici recensione, aliquantulum semper auctiore, vel in eo quod ad epistulas Pelagii spectat, servatur: *a)* brevior et antiquior, non absoluta, ut videtur, cod. C_1[27]; prima recensio P. Four-

24. Cf. notulas in ep. 37, p. 106-107.

25. Apud P. EWALD, *o. c.*, *l. c.*, p. 550-551; 547-549.

26. Cf. H. HUEFFER, *Beiträge zur Geschichte der Queller des Kirchenrechts*, t. II, Münster, 1862, p. 81; 86; M. CONRAT, *o. c.*, p. 390-392; P. FOURNIER, *Les coll. can. attribuées à Yves...*, *l. c.*, p. 416-426; Eiusdem, *La coll. can. dite Caesaraugustana*, *l. c.*, p. 52-79; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 268-284; C. G. MOR, *I testi di diritto Giustinianeo nelle due redazioni della... «Cesaraugustana»*. Estratto della *Raccolta... in onore di Francesco Scadutto*, Firenze, 1936; R. NAZ, *Caesaraugustana (Collectio)*, DDC., t. II, c. 1188-1191; A. VAN HOVE, *o. c.*, p. 333, n. 2; A. M. STICKLER, *o. c.*, p. 185-186.

27. Cf. apud FOURNIER-LE BRAS, *ibid.*, p. 273, rectius et clarius expositum, quod in p. 270 minus feliciter et accurate expresserat: cod. C_1

nier, cod. C_2, c. aa. 1110-1120, orta probabiliter, sicut et anterior, in provincia Tarraconensi, et quidem in Catalonia veri similiter, ut inferri posse videtur ex probabili codicum origine; *c)* recensio altera P. Fournier, codd. C_3 C_4, novis adhuc aucta fragmentibus, c. a. 1123, in regione australi Galliae forte exorta.

Codices.

C_1 *Parisinus Bibl. Nat. lat.* 3875 (*Rivipullensis, Baluze* 91, *Regius* 4241/3)[28], s. XII¹, in Catalonia conscriptus, lucida minuscula, a pluribus scribis eiusdem ferme temporis exaratus, foll. 109, 273 × 205 mm. Continet *Coll. Caesaraugustanae* lib. I-XIII (XI post XIII transposito) in antiquiore, forte in primigenia recensione. Habet epp. 55 *postquam ecclesiae...* (I, 24, fol. 4ᵛ); 11,9 (II, 6, fol. 7ᵛ); 93 (III, 21, fol. fol. 14); 29 (III, 29, fol. 14ᵛ-15); 33,2 *de Siracusane...*-5 (III, 30, fol. 15); 56,1*...postulari.* 3 *hoc itaque dicimus...* (III, 34, fol. 15ᵛ); 23,1-3.6 (III, 43, fol. 16-16ᵛ); 91,1 *experientiae...*-2 (V, 63, fol. 37-37ᵛ); 81 (V, 64, fol. 37ᵛ); 84 (VII, 93, fol. 53ᵛ-54); 94 (VII, 108, fol. 55ᵛ); 47,1-2*...nos noueris* (VIII, 46, fol. 60-60ᵛ); 57,3 (IX, 22, fol. 66ᵛ); 42 (IX, 27, fol. 67-67ᵛ); 92 (IX, 29, fol. 67ᵛ); 87 (IX, 38, fol. 68ᵛ); 28 (IX, 48, fol. 69); 45 (X, 9, fol. 72ᵛ); 21,2-5 (XI, 66, fol. 90ᵛ); 24,7 *pudenda...*-10.14-18 (XIII, 44-45, fol. 102-102ᵛ); 35,2-3.5-14 (XIII, 46, fol. 102ᵛ). Codicem, qui est plerumque emendatior reliquis collectionis codicibus, et non raro textum exhibet diversum ab illo quem habent ceteri codd. *Coll. Caesaraugustanae*, contulit dom Anscharius Mundó[29].

---

habet re ipsa XIII libros, sive materiem ad libros XIII respondentem. Adde, quod, exceptis epistulis quae in libr. XV insunt, duas minus continet quam ceteri codd.; textus praeterea, vel certe in litteris Pelagii inspectis, crebrius differt ab eo quem codd. reliqui exhibent, quod quidem in apparatu perspici potest.

28. Cf. *Catal. Codd. mss. bibl. Regiae*, t. III, Paris, 1744, p. 524; *Bibliothecae Baluzianae pars tertia*, Paris, 1719, p. 15, n. 91, ubi dicitur: *Vetus collectio canonum quae fuit olim monast. Rivipullensis in Catalonia.* Cf. etiam *Dictionnaire des mss.*, t. I, c. 710; L. DELISLE, *Le cabinet des manuscrits...*, t. I, Paris, 1868, p. 364-365, n.; E. PERELS, *Die Briefe...*, II, *l. c.*, p. 114-117; J. TARRÉ, *o. c., l. c.* Cf. etiam bibliographiam n. 32.

29. Capita *Coll. Caesaraugustanae* librorum supputo prout satis accurate constant initio uniuscuiusque eorum in cod. *Salmanticensi*, qui unus est qui ea designet, habet coll. integram, et minus ab anteriore quam reliqui distat. In ceteris codd. notabo tantum foll. ubi supra recensitae epistulae insunt, additis suo loco eis quae in cod. C_1 aut in praecedentibus non extiterint.

Salmanticensis Univers. Civilis «Zamorensis Hist. Hisp.» 2644 C_2
(*Aulae Dei, Salmanticensis Collegii maioris de Conca* 254, *Matritensis Bibl. Reg.* E. VII. 3, *Bibl. Palatii* II-554)[30], s. XII med. in Catalonia, ut videtur, Barcinone fortassis,[31] ab uno scriba potius quam a duobus eiusdem temporis et scriptorii, binis columnis, pulchra minuscula valde uniformi descriptus, 149 foll., 315 × 215 mm. Codex in fols. I-Iᵛ exhibet capitula *Coll. Caesaraugustanae* sub titulo *Incipiunt capitula libri primi sacrorum canonum* I. DE RACIONE ET AVCTORITATE *et que cui* SIT PREPONENDA et sequuntur tituli reliquorum capitum usque ad capita hic numerata LXI *Quod non ubique lege imperatorum sit utendum.* LXII *De eodem.* In fols. I-IVᵛ veniunt canones usque ad eos qui hic numerantur LVIII *Quod leges imperatorum pro ueritate recipiende contra ueritatem respuende sunt.* LVIIII *De eodem.* In fol. V est inscriptio, recentioribus litteris scripta LIBER CAESARAVGVSTANVS / AVLAE DEI / QVI FVIT HIER. ZVRITAE. Sequuntur in fols. Vᵛ-1 iterum capitula libri I *Coll. Caesaraugustanae*, et postea integra collectio canonum, iuxta primam recensionem P. Fournier, ut videtur, in XV libros divisa, quae incipit AVGVSTINVS IN SECVNDO LIBRO DE ORDINE./ *Ad discendum dupliciter ducimur. Auctoritate atque racione. Tempore auctoritas, re autem racio prior est.* In quattuor ultimis foliis iterari videntur textus libri I, eorum nimirum qui continentur in sex primis foliis. Codex, sicut etiam codd. C_1 et C_3 saepissime *ci* pro *ti* scribere amat. Exstant in eo omnes quas supra in cod. C_1 notavi litteras, quibus adduntur quaedam quae in illo deerant,

---

30. Cf. A. THEINER, *o. c.*, p. 356-359; J. TARRÉ, *o. c., l. c.*, p. 134.

31. In fols. 144ᵛᵃ-145ᵃ (postremum fol. excidit forte — cod. enim ipsum ipse met non vidi —) descriptae sunt poeses quaedam Renalli, magistri, gramatici, et doctoris Barcinonensis ecclesiae, postea Gerundensis, s. XI-XII, quae quidem transierunt in cod. *Barberini* 535 [?] (XVI, 104, olim 2864), ex nostro exscriptum, unde eas edidit A. THEINER, *o. c.*, p. 357 = MIGNE, PL. 147, c. 599-602. Cf. R. BEER, *El maestro Renallo...*, in *Bol. Acad. Hist.*, t. X, 1887, p. 373-379, qui eas denuo edidit e cod. nostro; cf. etiam P. FOURNIER, *Les coll. can. attribuées à Yves...*, *l. c.*, t. LVIII, p. 416, n. 1; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 269. Inde coniecit J. TARRÉ, *o. c., l. c.*, post F. TORRES AMAT, *Memorias para ayudar a formar un Diccionario crítico de autores catalanes*, Barcelona, 1836, p. 532, fuisse forte Renallum collectionis auctorem. Contra dicit R. BEER, *o. c., l. c.*, p. 376. De Renallo vel Renaldo illo cf. praeterea E. FLÓREZ, *España Sagrada*, t. XXIX, Madrid, 1859², p. 375-390; 252-253, n.° 236; 472-491, in primis p. 487 et F. FITA, *Patrologia latina. Renallo Gramático...*, in *Bol. Acad. Hist.*, t. XXXVII, 1900, p. 336-347; t. XXXVIII, 1901, p. 402-410; t. XL, 1902, p. 50-80; t. XLI, 1902, p. 253-255; t. XLIII, 1903, p. 449-452.

in fols.: 3^{a}; 7^{b}-7va; 13va; 15^{ab}-15vb; 17vb; 29va (IV, 114, ep. 50); $29^{va\text{-}vb}$ (IV, 115, ep. 57,1.3); $39^{va\text{-}vb}$; 59va; 61^{va-vb}; 68va; 77va; 78^{b}-78va; $80^{a\text{-}b}$; 80vb; 85vb, $113^{a\text{-}b}$; $126^{a\text{-}va}$; 127^{va-vb}; 139vb-140^{a} (XV, 40, ep. 34); 141^{a} (XV, 47, ep. 54). Contuli.

C_3 *Parisinus Bibl. Nat. lat.* 3876 (*Colbertinus* 4048, *Regius* 4240/9.9)[32], s. XII^2, in Gallia meridiana probabiliter exscriptus, binis columnis, 151 foll, 262 × 170 mm. Inter foll. 35 et 36 est superadditus s. XII ex. parvus quaternio foll. 180 × 118 mm., cuius tantum 3 foll., numerata $35^{A.B.C.}$, restant. Habet omnes epistulas supra notatas, quarum quaedam, locis ubi signantur, iterantur. Pelagii litterae in fols.: 2^{v}; 5; 8 (inter II, 56-57, ep. 55 *postea quam*...); 11-13; 21 (add. ad libr. IV, ep. 54,1); 25 in marg. (IV, 86 ?, ep. 25,1-2...*non desinat*); 28-29; 35^{Cv} (quaternionis minoris de quo supra, ep. 55 *postea quam...*); 36; 49; 50^{v}; 53^{v}; 58^{v}-59^{v}; 60^{v}-61; 63; 79-79^{v}; 100-100^{v}; 111; 114; 126 (add. ad libr. XV, ep. 52,6 *non persequitur ... sed diligit*). Codicem, ubi altera P. Fournier recensio continetur, saepe deteriores lectiones exhibentem, contulit dom Anscharius M. Mundó.

C_4 *Vaticanus lat.* 5715, s. XII^2, in australi plaga Galliae, duabus columnis, 136 foll., ex anteriore aut ex utriusque exemplo descriptus[33]. Recensio altera *Coll. Caesaraugustanae* P. Fournier in eo, ut in praecedenti, servatur, sicut et omnia Pelagii fragmenta quae in cod. C_3 insunt (exceptione facta ep. 55, fol. 35^{Cv} quaternionis minoris inserti). Epistulas et folia quae contuli ubi insunt indico: 93 (fol. 10va); 29 (fol 11^{a}); 33,2 *de Siracusane*...-5 (fol. $11^{a\text{-}b}$); 56,1... *postulari*. 3 *hoc itaque dicimus* (fol. 11va); 23,1-3.6 (fol. 12^{b}-12va); 25,1-2...*non desinat* (fol. 24^{a}); 50 (fol. 27^{b}); 57, 1.3 (fol. 27^{b}); 91,1 *experientie*...-2 (fol. 33^{b}); 81 (fol. 33^{b}); 84 (fol. 46va); 94 (fol. 47vb); 47,1-2...*nos noueris* (fol. 51^{b}); 57,3 (fol. 57^{a}); 42 (fol. $57^{va\text{-}vb}$); 92

32. Cf. *Catal. codd. mss. bibl. Regiae*, t. III, Paris, 1744, p. 524; *Dictionnaire des mss.*, t. I, c. 710; P. FOURNIER, *Les coll. can. attribuées à Yves*, *ibid.*, p. 416, n. 1; 417; 425; Eiusdem, *La coll. can. dite Caesaraugustana*, *l. c.*, p. 53-55; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 270; 283-284. In fols. 137-139 exstat pontificum Romanorum catalogus, qui explicit: *Innocentius · II · annos · annos · XIIII ·* Sequitur album regum Francorum, quod finitur *Lu-douicus · f(ilius) · e(ius) · VII ·*; codex igitur, sive potius eius archetypus, c. a. 1144 fuit exscriptus.

33. Iidem catalogi, eisdem personis perinde ac in praecendenti cod. terminati reperiuntur in fols. 126-128^{v} huius cod. De eodem loquuntur P. FOURNIER, *ibid.*, et FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, *ibid.* Cf. n. 32.— Antiquos catalogos quos conferre nequivi non adlego.

(fol. 57vb); 87 (fol. 58vb); 28 (fol. 59^{a}); 24,7 *pudenda*...-10.14-18 (fol. $94^{a\text{-}b}$); 35,2-3.5-14 (fol. 94^{b}-94va); 34 (fol. 103va); 55 (fol. $106^{va\text{-}vb}$).

7. *Collectio cardinalis Deusdedit*[34]. D

In Italia inter aa. 1083-1087 scripta. Nostra multum refert, quod una est quae nobis quaedam Pelagii fragmenta servaverit. Menda, quae in collectione non desunt, potius librariis quam collectionis auctori imputanda videntur; inscriptiones sunt generatim fide dignae.

Codices ubi Pelagii epistulae prostant.

Vaticanus lat. 3833 (*Bibl. basilicae XII apostolorum in Urbe*)[35], D_1 s. XII in. in Italia potius quam in Provincia (Galliae) scriptus, 144 foll., 2461 × 95 mm., mendis et neglegentiis multis scribae obfuscatus. Sequentes Pelagii litterae in fols. 33-33^{v}; 79-80; 102^{v}; 105^{v} eiusdem exstant: 24,9-10 (I, 174); 35,7.10.1 *a scismaticorum...debetis*. 13-14 (I, 175-178); 24,11 *mox antiquis...debuisset*. 14-18 (I, 179); 52,5-6.12-

34. Edd. P. MARTINUCCI, *Deusdedit presbyteri cardinalis tituli Apostolorum in Eudoxia collectio canonum e codice Vaticano edita*, Venetiis, 1869; V. WOLF VON GLANVELL, *o. c.*, Paderborn, 1905. — De coll. et auctore cf. P. et H. BALLERINI, *o. c.*, p. CCXCIX-CCCVI; S. LOEWENFELD, *Die Canonsammlung des Cardinals Deusdedit und das Register Gregors VII*, NA., t. X, 1885, p. 309-339; E. STEVENSON, *o. c.*, *l. c.*, p. 305-306; 310-398; M. CONRAT, *o. c.*, p. 367-369; E. SACKUR, *Der Dictatus Papae und die Canonsammlung des Deusdedit*, NA., t. XVIII, 1893, p. 136-153; E. HIRSCH, *Leben und Werke des Kardinals Deusdedit*, in *Arch. f. kath. Kirchenrecht*, t. LXXXV, 1905, p. 706-718; V. WOLF V. GLANVELL, *o. c.*, p. IX-XIX; XLV-LIV; E. HIRSCH, *Die rechtliche Stellung der römischen Kirche und des Papstes nach Kard. Deusdedit*, in *Arch. f. kath. Kirchenrecht*, t. LXXXVIII, 1908, p. 595-624; W. PEITZ, *Das Originalregister Gregors VII*, Appendix II: *Die collectio des Deusdedit*, SAW., t. CLXV, Wien, 1911; E. PERELS, *Die Briefe...*, II, *l. c.*, p. 75-86; G. BAREILLE, *Deusdedit*, DTC., t. IV, c. 647-651; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 37-53; W. HOLTZMANN, *Kardinal Deusdedit als Dichter*, in *Histor. Jahrbuch*, t. LVII, 1937, p. 217-232; A. VAN HOVE, *o. c.*, p. 324-325, n. 3; 1; Ch. LEFEBVRE, *Deusdedit*, DDC., t. IV, c. 1186-1191; A. M. STICKLER, *o. c.*, p. 172-174. — Bibliographiam non omnino completam et omnibus numeris absolutam crebrius trado, quia mea non interest. Tamen operibus et studiis adlegatis eam commode ipse potes explere.

35. Cf. E. STEVENSON, *o. c.*, *l. c.*, p. 307-310; 313-317; H. STEINACKER, *Die Deusdedithandschrift und die ältester gallischen libri canonum*, in *Mittheil. d. Inst. f. oesterreich. Geschichtsforschung, Ergänzunsband* VI, 1901, p. 133-144; V. WOLF V. GLANVELL, *o. c.*, p. XX-XXIV; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 39, n. 1.

13.7-11 (I, 180-181); 59,8-9 (I, 182); 88 (III, 123); 14,2-5 (III, 124); 90 (III, 125); 85 (III, 126); 55 (III, 127); 86 (III, 128); 89 (III, 129); 83 (III, 130); 12 (III, 131); 13 (III, 132); 22,3 (III, 133); 91 (III, 134); 62 (III, 135); 67 (III, 136) 72,3 (III, 137); 52,12 (IV, 62 *Augustinus)*; 52,6-7...*opprimendum* (IV, 63); 75,1 clementissimus princeps...-2 (IV, 99). Lectiones ex diligentissima editione V. Wolf von Glanvell usurpavi.

Casanatensis 2010, s. XI ex.[36], ubi est tantum, in fol. 96ᵛ, ep. 35,13 *quae Christi corpus*...-14. Fragmentulo non usus sum: differentiae enim sunt minoris momenti et nil adferebant novi ad textum restituendum.

D_2 *Collectio decretalium chronologica*[37].

In Italia c. aa. 1119-1123 confecta. Pontificum antiquorum epistulas hausit auctor partim ex Pseudo-Isidoro, magna parte a *Coll. Deusdedit*, aliquas denique ex *Coll. Anselmi Lucensis.*

Vaticanus lat. 3829, s. XII med. in Italia scriptus 278 foll., in quarto[38]. In fols. 177ᵛ (190ᵛ)-182ᵛ (195ᵛ) exstat Pelagii series, in qua, post dua apocrypha Pelagii II: J-K. 1049 (P. HINSCHIUS, *o. c.*, p. 725-726) et J-K. 1065 (MIGNE, PL. 72, c. 758), sequitur ex *Coll. Anselmi*, aut ex alia Italica coll. exscripta, ep. 60,3 *de liguribus*...-6, et post quattuor alia excerpta epistulae spuriae Pelagii II J-K. 1051 (P. HINSCHIUS, *o. c.*, p. 720-722), continetur integra ferme, solis epp. 52,12 et 52,6-7 (IV, 62-63) exceptis, *Coll. Deusdedit* litterarum Pelagii, eodem quo ibi reperiuntur ordine dispositarum, addita in margine fol. 182 ep. 23,4-6, ex *Tripartita*, ut videtur, exscripta. Genuinarum epistularum series clauditur duobus apocryphis fragmentis: J-K. 1051 (P. HISCHIUS, *o. c.*, p. 724), et J-K. 1050 (P. HISCHIUS, *o. c.*, p. 731), demum *Purgatione Pelagii*, de vita pontificis quae traditur in *Libro pontificali* desumpta. Cetera quae Pelagio aliisque pontificibus in fols. 182ᵛ-185 falso donantur, sunt excerpta ex *Capitulis Angilramni*[39].

36. Cf. J. GIORGI, *Appunti intorno ad alcuni manoscriti del Liber Pontificalis*, in *Arch. d. Soc. Rom. d. storia patria*, t. XX, 1897, p. 278-285; V. WOLF V. GLANVELL, *o. c.*, p. XXIX-XXXI.

37. Cf. FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 210-218.

38. Cf. P. HINSCHIUS, *o. c.*, p. XV, 48; LXXIII; LXXVI; FOURNIER-LE BRAS, *ibid.*, p. 210-211; 217.

39. Cf. FOURNIER-LE BRAS, *ibid.*, p. 214; P. HINSCHIUS, *o. c.*, p. 760 768.

Pelagiana itaque series, quae XXXIII fragmentis stricte constat, continet sequentes genuinas epp.: 60,3 *de liguribus*...-6 (III); *Deusdedit* I, 174-182, III, 123-136 (VIII-XXVIII); 23,4-6 (XXVIII[b]); *Deusdedit* III, 137, IV, 99 (XXIX-XXX). Textus isti minime sunt parvi pendendi, utpote qui emendatiores haud raro sint eis quos ipsa *Coll. Deusdedit* in cod. *Vaticano lat.* 3833 praebet. Certiorem ceteroqui reddunt textum earum litterarum quae modo in *Coll. Deusdedit* nobis fuerant adservatae. Partim contulit dom Stanislaus M. Llopart, integrum denuo ego.

8. *Collectio Tripartita sive Trium Partium*[40]. E

Inspiratione ductuque magni episcopi Carnutensis Ivonis c. a. 1094 redacta, multum mea interest, propterea quod seriem non parvam nostri pontificis exhibet, eo fere ordine dispositam quo in *Coll. Britannica*, quacum est aliquando solus epistularum aliquot testis. Pelagii litterae prostant in prima parte collectionis, *Coll. A* a P. Fournier nuncupatae, ubi haud paucae pontificum decretales insunt, ordine chronologico digestae. Cum paene codd. omnes eandem litterarum seriem habeant, iam nunc statim Pelagianas epistulas recensebo, quibus postea addam, quae forte erunt adiungendae in singulis manuscriptis[41]. Obveniunt primo ficta dua I, 54,1-2: J-K. 1065 (MIGNE, PL. 72, c. 758) et J-K. 1051 (P. HINSCHIUS, *c. o.*, p. 721); sequitur genuinarum Pelagii litterarum series, I, 54,3-30, hoc ordine: 21,4-5; 23,4-6; 15; 27-28; 30; 31,1; 31,2-3; 32; 33,2 *de Syracusanae*...-5; 91,1 *experientiae tuae*...-2...*examen*; 34,3 *illi cui erutus*...-5; 35,5-9; 36,2-3; 42,2; 47,1-2...*nos noueris*; 37,3-4 (48); 51; 56; 57,1 *ualentinum clericum*...*constitutis*; 64,1-2; 66; 67,2; 74,1; 75; 52,4 *digna in*...-6...*euacuari*; 81; 8,1 *satagendum est*...-4. Fragmentum autem quod exstat in III, 15,27 nullius specialis est auctoritatis, nam tertia *Tripartitae* pars, provenit a

40. Cf. P. et H. BALLERINI, *o. c.*, p. CCCXVI, ii; A. THEINER, *o. c.*, p. 140-167; H. WASSERSCHLEBEN, *o. c.*, p. 47-48; Ae. FRIEDBERG, *o. c.*, p. LXIII-LXVIII; P. EWALD, *o. c.*, *l. c.*, p. 592-595; M. CONRAT, *o. c.*, t. I, p. 388-390; P. FOURNIER, *Les coll. can. attribuées à Yves...*, *l. c.*, t. LVII, p. 646-698; Eiusdem, *Yves de Chartres et le droit canonique*, in *Rev. quest. hist.* t. LXIII, 1898, p. 51-98; 384-405; E. PERELS, *Die Briefe...*, II, *l. c.*, p. 97-103; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 58-66; A. VAN HOVE, *o. c.*, p. 331-332, n. 3; 1; A. M. STICKLER, *o. c.*, p. 179-181; 183; E. AMANN-L. GUIZARD, *Yves de Chartres (Saint)*, DTC., t. XV, 2, c. 3625-3640. Cf. etiam n. 47.

41. Sequor numerationem capitulorum et fragmentorum statutam ab Ae. FRIEDBERG, *ibid.*

Decreto Ivonis. Textus *Coll. Trium Partium*, sicut et ceterarum Ivonis collectionum, propius saepe accedit ad illum qui a *Coll. Britannica* praebitur, et emendatior plerumque videtur eo qui in coll. Italicis constat. Verumtamen iam correctus aliquando et falso emendatus detegitur, quod ceterum in omnibus collectionibus, sicut quandoque et in *Coll. Britannica* contigit.

Codices[42].

E_1 *Vaticanus Regin. lat.* 973, s. XII med., binis columnis, in Gallia descriptus videtur[43]. Pelagianae epistulae in fols. 45-47^v servantur. Codicum huius coll. quos adhibui locum alterum pro lectionum bonitate meretur. Contulit confrater dom Stanislaus M. Llopart et iterum ego.

E_2 *Berolinensis Oefftl. Wiss. Bibl. lat.* 612 (*Monast. b. Virginis Mariae in lacu, Königl. Bibl. lat.* n. 104, *lat. fol.* 197)[44], s. XII^1 duabus columnis, in Rhenania, aut forte in septentrionali Gallia descriptus. Litterae nostri pontificis in fols. 65^v-68 exstant. Deteriores quam reliqui codd. lectiones haud semel exhibet. Contulimus b. m. praefatus confrater et ego.

E_3 *Parisinus Bibl. Nat. lat.* 13656 (*Monast. b. Mariae de Iosaphat, Sangermanensis* 938/2)[45], s. XII in., minuscula perspicua, in Gallia, ut videtur, exscriptus, 346 foll., 218 × 150 mm. Pelagii epistulae in fols. 67^v-73; 260-260^4. Notandum, quod in codice, post I, 54,29 (ep. 81) occurrit iterum ep. 75 (I, $54{,}29^{bis}$), quae insertio in margine ✠ signo denotatur; similiter designatur additio ep. 59,8-9 (I, 54, 29ter), ante ultimum solitum fragmentum I, 54,30 (ep. 8,1 *satagendum est*...-4). His insertionibus in fols. 72^v-73 non obstantibus, codex est antiquissimus et optimus codd. omnium *Coll. Tripartitae* quos contuli; saepe solus congruit cum *Coll. Britannica*.

E_4 *Monacensis lat.* 12603 (*Monast. S. Pancratii Ranshofensis* 3)[46], s. XII^1, binis columnis, in Germania exaratus. Pelagiana fragmenta in fols. 33-36 exstant; in fol. 148 est praeterea cento sententiis epp. 24, 14.9; 35,12-13; 52,6 consarcinatus, titulo *Pelagius Papa Iohanni Patricio*. Incipit *Noli catholicam semper mentem*... explicit *si ueritate duce dirigimur. Idem. Non persequitur nisi qui... iusticia suadente constituunt*, quibus fragmentulis non sum usus. Textus non tanti aestimandus est ut ille codd. $E_3\,E_1$, pluris autem — quamvis non semper — quam textus cod. E_2. Ubique fere semper *ci* pro *ti* exscripsit librarius, *con*, *in* saepius non adsimilata — an recte? — servavit. Contuli.

F 9. *Decretum Ivonis* [47].

Influxu et industria Ivonis Carnutensis c. aa. 1094-1095 ab eius discipulis redactum, sive forte ab ipso met, velut repertorium

42. Cf. M. SDRALEK, *o. c.*, p. 15-39; P. FOURNIER, *Les coll. can. attribuées à Yves..., l. c., ibid.*, p. 646-649; Z. BROOKE, *The english Church and the Papacy from the Conquest to the reign of John*, Cambridge, 1931, p. 93; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 58, n. 1; 2; P. DAVID, *Un disciple d'Yves de Chartres en Pologne. Galon de Paris et le droit canonique*, in *Soc. polon. d'hist.*, Varsovie, 1933.

43. Cf. P. et H. BALLERINI, *o. c.*, p. CCCXVI, ii; P. FOURNIER, *Les coll. can. attribuées à Yves..., l. c.*, t. LVII, p. 648.

44. Cf. A. THEINER, *Ueber Ivo's vermeintliches Decret*, Mainz, 1832, p. 18; Eiusdem, *o. c.*, p. 154-155; H. WASSERSCHLEBEN, *o. c.*, p. 49; Ae. FRIEDBERG, *o. c.*, p. LXIII; P. FOURNIER, *Les coll. can. attribuées à Yves..., l. c., ibid.*, p. 648; V. ROSE, *o. c.*, t. I, p. 205-206; t. II, p. 553-556.

45. Cf. (dom P. COUSTANT) *Analecta iuris pontificii*, t. X, Romae-Parisiis, 1869, p. 77; 97; 168-172; P. EWALD, NA., t. VII, p. 243; P. FOURNIER, *Les coll. can. attribuées à Yves..., l. c., ibid.*, p. 647, n. 2; E. PERELS, *Nicolai I Papae epp., l. c.*, p. 265; Eiusdem, *Die Briefe...*, II, *l. c.*, p. 98, n. 1.

46. Cf. M. SDRALEK, *o. c.*, p. 19; C. HALM... G. THOMAS, *Catalogus codicum latinorum bibliothecae regiae monacensis*, t. II, II, *codd.* 11001-15028 *complectens*, Monachii, 1876, p. 78 (*Catal. codd. manu script. bibl. reg. monacensis*, t. IV, II); P. FOURNIER, *Les coll. can. attribuées à Yves..., l. c., ibid.*, p. 648.

47. Edd.: J. MOLINAEUS (DU MOULIN), Lovanii, 1561; F. J. FRONTO (FRONTEAU), Parisiis, 1647 = MIGNE, PL. 161, c. 47-1022. Ambae sunt deficientes. — De vita et operibus auctoris consulantur in primis P. et H. BALLERINI, *o. c.*, p. CCCX, i-ii; CCCXII-CCCXIII, vii; A. THEINER, *o. c.*, p. 167-196; H. WASSERSCHLEBEN, *o. c.*, p. 47-77; J. R. MENU, *Recherches et nouvelles études critiques sur les recueils attribués à Yves de Chartres*, Paris, 1880; Ae. FRIEDBERG, *o. c.*, p. LIV-LX; DOMBROWSKI, *Ivo Bischof von Chartres, sein Leben und seine Werke*, Breslau, 1881; M. CONRAT, *o. c.*, p. 378-390; P. FOURNIER, *Les coll. can. attribuées à Yves..., l. c.*, t. LVIII, p. 26-77; P. L. SCHMIDT, *Der h. Ivo Bischof von Chartres*, Wien, 1911; E. PERELS, *Die Briefe...*, II, *l. c.*, p. 104-110; F. BLIEMETZRIEDER, *Zu den Schriften Ivos von Chartres. Ein literargeschichlliter Beitrag*, SAW., t. CLXXXII, 6, Wien, 1918; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 67-85; F. BLIEMETZRIEDER, *Paul Fournier und das literarische Werk Ivos von Chartres*, in *Arch. f. kath. Kirchenrecht*, t. CXV, 1935, p. 53-91; A. VAN HOVE, *o. c.*, p. 331-332, n. 3; 1; 2; J. DE GHELLINCK, *Le mouvement théologique du XIIe siècle*, Bruxelles, 1948^2, p. 445-459 et passim; A. M. STICKLER, *o. c.*, p. 181-182; 184; E. AMANN-L. GUIZARD, *Yves de Chartres (Saint)*, DTC., t. XV, 2, c. 3625-3640.

fontium et auctoritatum unde postea *Pannormia* exoritura, digestum. Pelagiani textus eiusdem inserviunt ad explorandas *Coll. Britannicae* lectiones et statuendum certius tenorem litterarum quae in *Decreto* et in *Britannica* solummodo conservantur. Exstant in eo epp. 21,2-5 (I, 161); 32 (III, 136); 75 (IV, 191); 59,8-9 (IV, 239); 8,1 *satagendum est...*-4 (V, 358); 34,3 *illi cui erutus...*-5 (VI, 111); 56 (VI, 112); 57,1 *ualentinum clericum...constitutis* (VI, 113); 27 (VII, 23); 28 (VII, 24); 46 (VII, 125); 48 (VII, 126); 63 (VII, 148); 45 (VIII, 27); 64,3-6 (VIII, 55); 73 (VIII, 67); 52,6-7 *...exteras potestates opprimendum* (X, 95), ultra spuria quaedam quae non indico, excepta parva epistula, tamquam apocrypha a me reiecta, J-K. 967 (XII, 66)[48] = *Burchardi Decretum* XII, 9. *Decreti Ivonis* textus, non numquam alterationibus falso emendatium obnoxii, sunt generatim sinceri et hausti videntur ex amissa coll. germana *Coll. Britannicae*, sive ab eodem stipite mananti.

Codices[49].

F_1 *Parisinus Bibl. Nat. lat.* 14315 *(Victorinus)*[50], s. XII^1, duabus columnis, a tribus quattuorve manibus consimilibus eiusdem temporis, in Gallia descriptus videtur, 301 foll., 385 × 280 mm. Accuratior communiter comperitur duobus aliis codd. quod adhibui. Pelagii litterae in fols. 16^{a-b}; 57^a; 80^{va-vb}; 82vb; 122^{a-b}; 136^{a-b}; 161^{a-b}; 168^b; 170^{va-vb}; 173va; 175^b-176^b; 215va. Contulit confrater dom Anscharius M. Mundó.

F_2 *Vaticanus lat.* 1357[51], s. XII^2, item duabus columnis, satis castigate et uniformi littera, in Gallia probabiliter exscriptus. Epistulae Pelagianae in fols. 14^b-14va; 47^b; 66va; 68^b-68va; 99va; 110vb-111^a; 128^b; 133^b-133va; 135^{a-b}; 137^a; 138^a-138vb; 169vb. Contulit partim dom Stanislaus M. Llopart, iterum folia ista omnia ego.

48. In numerandis capitulis secutus sum divisionem F. J. Frontonis apud MIGNE, PL. 161. — Quoad ultimum fragmentum cf. p. 239, nota.

49. Cf. P. et H. BALLERINI, *o. c.*, p. CCCXII-CCCXIII, vii; A. THEINER, *o. c.*, p. 176-177; P. FOURNIER, *Les coll. can. attribuées à Yves...*, *l. c.*, t. LVIII, p. 26-28; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 67.

50. Cf. L. DELISLE, *Inventaire des manuscrits de l'abbaye de Saint Victor*, Paris, 1869, p. 5; P. FOURNIER, *Les coll. can. attribuées à Yves...*, *ibid.*, p. 26.

51. Cf. P. et H. BALLERINI, *o. c.*, p. CCCXII-CCCXIII; P. FOURNIER, *Les coll. can. attribuées à Yves...*, *ibid.*

Parisinus Bibl. Nat. lat. 3874 (*Colbertinus* 935, *Regius* 3890/2.2)[52], s. XII^2, 248 foll., 345 × 230 mm., binis columnis, a duobus tribusve eiusdem temporis librariis, in Gallia, ut videtur, descriptus. Continet modo XVI priores libros *Decreti*, et quidem sub falso titulo PANORMIA IVONIS CARNOTENSIS EPI COLLECTA DE LIBRIS *authenticis decretorum canonum legum romanarum et de libris ortodoxorum patrum* (fol. 1). Est magis mendosus codd. *Decreti* quos inspexi. Pelagiana fragmenta in fols. 14vb; 49^b; 71^b; 73^b; 108^{a-b}; 120^b-120va; 141va; 147vb; 149vb-150^a; 152^b-153vb; 154^b-154va; 187^a. Contulit saepe laudatus dom Anscharius M. Mundó. F_3

10. *Pannormia*[53]. G

Disertissimi Ivonis Carnutensis episcopi opus c. aa. 1095-1096 conscriptum, quod breviat ordinatiusque digerit in VIII libros XVII quos habet *Decretum*. Parvi igitur mea interest; re quidem vera ex quattuor fragmentulis quae continet unum tantum in coll. Ivonis praecedentibus non invenitur, videlicet ep. 54,1. Pelagiana quae reperiuntur in ea sunt epp. 21,2 *multi sunt qui...*-4 (I, 62); 21,5 (I, 90); 54,1 (III, 144); 52,6-7 *...potestates opprimendum* (VIII, 36). Unum idcirco contuli cod. recensionis brevioris et antiquioris[54], qui est.

Parisinus Bibl. Nat. lat. 3865 *(Tellerianus)*[55], s. XII^2, in Gallia veri similiter exscriptus. Pelagii litterae in fols. 24^v; 28^v; 48; 200^v.

11. *Collectio in X partes*[56]. H

Paulo post a. 1123 conscripta, sive ab Hildeberto Lavardino, Cenomanensi prius, postea Turonensi praesule, sive potius a

52. Cf. *Dictionnaire des mss.*, t. I, c. 710; 860; A. THEINER, *o. c.*, p. 177; P. FOURNIER, *Les coll. can. attribuées à Yves...*, *ibid.*, p. 26.

53. Edd.: S. BRANDT, Basileae, 1499; M. A. VOSMEDIANO (DE VOSMEDIAN), Lovanii, 1557 = MIGNE, PL. 161, c. 1038-1344. Ambae deficientes sunt. — Ex operibus et studiis in n. 47 enumeratis cf. praesertim P. et H. BALLERINI, *o. c.*, p. CCCX-CCCXII; P. FOURNIER, *Les coll. can. attribuées à Yves...*, *l. c.*, t. LVIII, p. 293-326; E. PERELS, *Die Briefe...*, II, *l. c.*, p. 110-114; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 85-114; A. M. STICKLER, *o. c.*, p. 182-183.

54. Cf. P. FOURNIER, *Les coll. can. attribuées à Yves...*, *ibid.*, p. 295, n. 1.

55. Cf. *Dictionnaire des mss.*, t. I, c. 709, et n. 54.

56. Cf. P. et H. BALLERINI, *o. c.*, p. CCCXX, xiv; A. THEINER, *o. c.*, p. 165-167; V. ROSE, *o. c.*, t. I, p. 205-212; P. FOURNIER, *Les coll. can. at-*

Waltero, Teruanensi archidiacono, antistitis Ioannis amico. Nostra vero parum refert, quod pendet ab antecedentibus coll. Ivonis, nil novi Pelagii litteris adfert, ita ut paene praeter exspectationem eam inspexerim. Haec quae adverto fragmenta, magna ex parte — ut dixi — ab operibus Ivonis, et quidem a *Pannormia* praesertim, partim a *Coll. Deusdedit* sumpta videntur. Sunt nimirum epp. 21,2 *multi sunt qui...*-4 (I, 22); 21,5 (I, 30); 35,1 *a scismaticorum...debetis*; 13-14 (I, 49); 56 (III, 11); 23,4-6 (III, 33); 54,1 (III, 35); 52,6-7...*potestates opprimendum* (IX, 11). Codd. huius coll. invenies in bibliographia adlata in superiore n. 56. Unum contuli, qui est.

Vindobonensis Oesterr. Nat. Bibl. lat. 2178 (*Iur. can.* 91)[57], s. XII-XIII^{1}, binis columnis, in Gallia meridiana probabiliter exaratus, aut a Gallo scriba in Moravia: in fine enim cod. inveniuntur diplomata quaedam Eugenii III et Lucii II in favorem regis Bohemiae et episcopi Olomucensis lata[58], manu paulo recentiore scripta. Pelagii epistulas in fols. 16vb; 18^{b}; 25vb; 56^{a}; 66^{b}; 69va; 152va contuli. Spuria non recenseo.

I 12. *Collectio Vindobonensis.*

Huic collectioni, a me suspicatae ob inedita fragmenta quae A. Theiner typis mandaverat[59], patuit tandem accessus favore et opere laudati D. Dris. Francisci Unterkircher, cui propterea me imparem profiteor, ut grates pro eius merito reddam. Summis

tribuées à Yves..., *l. c.*, t. LVIII, p. 433-442; F. X. BARTH, *Hildebert von Lavardin und das kirchliche Stellenbesetzungsrecht*, Stuttgart, 1906; dom J. BESSE, *Hildebert de Lavardin*, DTC., t. VI, 2, c. 2466-2468; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 296-306; A. VAN HOVE, *o. c.*, p. 334, n. 2; Ch. LEFEBVRE, *Decem partium (Collectio)*, DDC., t. IV, c. 1057-1059; A. M. STICKLER, *o. c.*, p. 186, e).

57. Cf. A. THEINER, *o. c.*, p. 165-166; *Tab. codd. mss. Bibl. Palat. Vindob...*, t. II, p. 24. Quae de cod. noto debeo benevolentiae D. Dris. F. Unterkircher, Vindobonensis, periti in mss. scientia. Fols. cod. ubi Pelagii excerpta continentur adsignaveram ego aetatem paulo vetustiorem, s. XII^{2} nimirum, verum scientiae illius viri, me longe doctioris, adquiescere oportebat. Cf. autem in seq. n. 58 testimonium P. Fournier.

58. Cf. A. THEINER, *o. c.*, p. 208-211; P. FOURNIER, *Les coll. can. attribuées à Yves...*, *l. c.*, t. LVIII, p. 434, n. 2.

59. In opere saepe citato *Disquisitiones criticae...*, p. 201, IV-203, X.

digitis collectionem describam[60], ea potissimum referens quae mihi benevolentia et industria comitis eius viri paraverunt. Codex ubi prostat plus quam centum latuit annos propter erratum quod in numero cod. tradendo commisit A. Theiner: *Iur. can.* 39[61]; ut autem detexit labor praefati b. m. viri D. Dris. F. Unterkircher, fuit re ipsa cod.

Vindobonensis Oesterr. Nat. Bibl. lat. 2153 (*Iur. can.* 38)[62], s. XII-XIV, in Austria inferiore (aut in Italia septentrionali) probabiliter scriptus, 190 foll., 328 × 220 mm. Prima pars cod., qui constat ex duabus in unum ligatis, (foll. 1-94) scripta videtur s. XII^{2} in regione Austriae inferioris[63], probabiliter in civitate ad S. Hippolytum *(St. Pölten)*. Talis adscriptio sequitur cum probabilitate tum ex forma litterarum, tum ex notitia in margine fol. 94 addita, ubi litteris paululo tantum recentioribus narratur dedicatio sacelli cuiusdam in *Gorze*, facta ab episcopo Pataviensi Udalrico, qui in aedicula praefata condidit Leopoldi marchionis reliquias, Porro Leopoldus ille mortuus est a. 1136, Udalricus vero praesul Pataviensis aa. 1215-1221 in episcopatu vixit. Secunda pars cod. (foll. 95-190) in Gallia descripta est s. XIV. Hae duae partes in unum redactae sunt in monasterio canonicorum regularium ad S. Hippolytum *(St. Pölten)* in Austria inferiori. En partes diversae praecipuae cod. inscriptionibus distinctae:

Foll. 1-63 *Incipiunt regulae ecclesiasticae ex sententiis sanctorum patrum.* Haec pars continet epistulas paparum, constitutiones conciliorum et synodorum. In fols. 49^{v}-56 exscriptae sunt sequentes Pelagii litterae: 24,14.16-18.12-13.5-10; 35,1-5.7-9.11-13; 19,22-26; 43,1.3-4; 47; 49; 56,1...*postulari.* 2-4; 38,1; 53,10 *utamini oblata...*; 52,1-2.4-9.13-14.16; 65,2 *tercius atque...applicare.* 3-5; 60,1-3... *rusticitate gloriari.* 4-5; 69; 59,2 *omnino admonemus..*-3; 21,1; 92; 20. Haec ultima epistula venit in fol. 56 post fragmen-

60. Nomen quo eam designo, ex cod. Vindobonensi ubi servatur, mihi suggessit modestia D. Dris. F. Unterkircher, qui voluit, ut in collectione nuncupanda suo parcerem nomini.

61. Cf. quod scripsit qui c. a. 1890 cod. in cassum quaesivit, W. GUNDLACH, MGH., *Epp.* t. III, p. 442, l. 25-26.

62. Cf. *Tab. codd. mss. Bibl. Palat. Vindob...*, t. II, p. 18.

63. Fateor me, inspecta tantum litterarum forma, prius credidisse, vel certe foll. 49^{v}-57, ubi continentur Pelagianae epistulae, esse antiquiore tempore descripta, et quidem s. XII in.-XII^{1}. Verum quomodo non cessissem maiori peritiae illius Vindobonensis doctoris?

tum S. HIERONYMI *Ep.* 63: *Ieronimus ad Theophilum ep̄m*[64]. In fols. 56-57 sequuntur tres S. GELASII *Epp.:* J-K. 733; 671; 706. Folia ubi Pelagianae exstant litterae accurate contuli.

foll. 63-67 *Incipiunt decreta de recipiendis sive non recipiendis scripturis sive eorum auctoribus, scripta a beato Gelasio papa in concilio septuaginta eruditissimorum episcoporum in apostolica sede urbis Romae* (J-K. 700)[65].

foll. 67-94^v (sine inscriptione). Decreta pontificia et synodalia, quae inter (foll. 70^v-72), statuta synodi Romani a. 1080 celebrati a Gregorio VII. Prima cod. pars, id est, foll. 1-41^v (lin. 2.^{a}) copia est textus longe uberioris, in CCCXV capita distincti, qui textus invenitur in cod. *Vindobonensi Oesterr. Nat. Bibl. lat.* 2206 (foll. 2-13^v), s. XI^1, Salisburgi probabiliter scriptus.

Ex iis quae de Pelagianis litteris notavi patet magnum momentum repertae *Coll. Vindobonensis*, unae ubi servata sunt non pauca Pelagiana fragmenta, partim ab A. Theiner edita, quaedam vero parva adhuc inedita[66], alia demum quae textum reddunt certiorem. *Coll. Vindobonensis*, etsi quandoque falso exscripta aut forte perperam emendata, optimus saepe comprobatur testis familiae quam Italicam nomino[67].

J *Vindobonensis Oesterr. Nat. Bibl. lat.* 2192 (*Salisburgensis* 323)[68], s. XII^1 nitidis litteris scriptus, qui ab eodem archetypo unde *I* processit, saltem quoad fol. 105-105^v, exortus est. Exstant in eo Pelagii epp. 24, 14.16-18.12-13.5-10; 35,1-5.7-9.11-13, id est, quae in serie Pelagiana cod. *I* sunt primae, qandoque, non autem semper, accuratius quam in cod. germano exscriptae[69]. Aliquas huius cod. lectiones mihi denuo contulit vir humanus, huius operis b. m., D. Dr. F. Unterkircher; ceterum fide digna ed. E. Dümmler sum usus.

64. Ed. I. HILBERG, CSEL., t. LIV, Vindobonae, 1910, p. 586.

65. Cf. ed. E. VON DOBSCHUETZ, *o. c.*, in *Texte u. Untersuch.*, t. XXXVIII, 4, Leipzig, 1912, quem cod. noster latuit.

66. Cf. p. XCI.

67. Cf. p. LXVIII.

68. Cf. W. WATTENBACH, in *Archiv*, t. X, p. 554; *Tab. codd. mss. Bibl. Palat. Vindob...*, t. II, p. 27; cf. et seq. n. 69.

69. Ed. E. DUEMMLER, MGH, *De lite*, t. III, p. 597-599.

13. *Berolinensis Oefftl. Wiss. Bibl. lat.* 142 (*Philips* 1870)[70], s. XI ex., magna ex parte (foll. 10-148) ab Hugone Flaviniacensi abbate scriptus. In fol. 106 exstant tria Pelagii fragmenta, de quibus iam satis supra scripsi[71]. Textum editum a G. H. Pertz usurpavi. *K*

14. *Collectio canonum Anselmi episcopi Lucensis*[72]. *O*

Inter aa. 1081-1085, forsitan c. a. 1083 conscripta, plures Pelagii epistulas sive earundem fragmenta continet, quae ex Lateranensibus archiviis, non inmediate, ut videtur, sed ab Anselmo sumpta e quadam amissa coll. Italica, indole *Coll. Britannicae*, simili. Formis diversis est adservata, quarum principes esse videntur quae a cl. P. Fournier A et B fuerunt vocatae[73]; in recensione B liber XI coll. desideratur. Quaestio de prioritate sive de maiore antiquitate istarum recensione nondum plene et omnino soluta mihi videtur. Pelagii litterae, quae aliquando sub nomine Gelasii prodeunt — ut saepissime ceterum in multis coll. Italicis accidit — hae sunt: 18,2 *catinensis...*-4 (VI,38); 23,1-3.6 (VI, 39); 33,1-5...*dominio sociaret* (VI, 40); 58 (VI, 51); 56,1...*postulari*. 3 *hoc itaque dicimus...* (VI, 52); 25 (VI, 157); 69,1-3 ...*dirigere festinate* (VI, 181); 60,3-6 (VI, 182); 47 (VII, 63); 43,1.3-4 (VII, 80); 36 (VII, 96); 44 (VII, 48); 42,2 (VII, 166); 28 (VII, 167); 92 (VII, 168); 64,1-2 (XI, 78 [94]); 34 (XI, 150 [169]); 24,7 *pudenda...*-11.17-18 (XII, 41 [XI, 42]); 59,3.8-9 (XII, 42 [XI, 43]); 35,2-3.5-14 (XII, 43 [XI, 44]); 52,5-7.9-15 (XII, 44 [XI, 45]); 65

70. Cf. G. H. PERTZ, MGH., *SS.*, t. VIII, p. 284-285; 429; V. ROSE, *o. c.*, t. I, p. 321-325.

71. Cf. p. XXIV, n. 15.

72. Ed. (libr. I-XI, 15) F. THANER, *o. c.*, Oeniponte, 1906-1915. Capitula vero apud A. MAI, *Spicilegium Romanum*, t. VI, Romae, 1841, p. 316-395 = MIGNE, PL. 149, c. 485-568. — Cf. studia P. et H. BALLERINI, *o. c.*, p. CCXCV-CCXCIX; A. THEINER, *o. c.*, p. 363-372; M. CONRAT, *o. c.*, p. 364-366; E. PERELS, *Die Briefe...*, II, *l. c.*, p. 73-75; 82-86; P. FOURNIER, *Les coll. can. romaines...*, *l. c.*, p. 294-327; 365-395; P. RICHARD, *Anselme de Lucques*, DHGE., t. III, c. 489-493; A. AMANIEU, *Anselme de Lucques (Collection d')*, DDC., t. I, c. 567-578; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 25-37; R. MORTANARI, *La «collectio canonum» di S. Anselmo di Lucca e la riforma gregoriana*, Mantova, 1941; A. VAN HOVE, *o. c.*, p. 323-324, n. 1; A. FLICHE, *La valeur historique de la collection canonique d'Anselme de Lucques*, in *Miscell. A. de Meyer*, t. I, Louvain, 1946, p. 348-357; A. M. STICKLER, *o. c.*, p. 170-172.

73. Cf. P. FOURNIER, *Observations sur diverses recensions...*, *l. c.*, p. 427-458; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 26-27; 192-198.

XII, 45 [XI, 46]); 53 (XII, 46 [XI, 47]). Spuria vel pseudoepigrapha non notavi, quia in suis locis recte ab editore designantur; addendum est tamen vel caput XI, 54 (67) *De his qui periurant et alios in periurium ducunt. Pelagius papa. Si quis se periurauerit...*[74]. Magni mea interesse *Coll. Anselmi* patet, tum ob numerum epistularum quae continentur in ea, tum etiam ob eius antiquitatem, quae quidem illam facit unam praestantiorum coll. Italicarum; textus autem — quamvis sit generatim fidelis — non numquam omissionibus et glossis vitiatus apparet. Quod adtinet ad textum litterarum quae in libr. VI-VII conservantur, fisus sum editioni F. Thaner, comprobans autem quasdem lectiones epp. 18,2-4 et 43,1.3-4 de quibus dubitabam, quas contulit in codd. *Vaticano lat.* 1363 (O_1), *Vaticano lat.* 6381 (O_3) et *Barberini lat.* 535 (O_{14}) dom Anscharius M. Mundó.

Codices[75].

O_1 *Vaticanus lat.* 1363, s. XII med. in septentrionali Italia aut forte in Provincia Galliae descriptus. Est testis accuratior recensionis A. Contuli post dom St. M. Llopart foll. 195^v; 205-205^v (XI, 78; 150), et 213^v-216 (XII, 41-46), ubi exstant epp. 64,1-2; 34; 24,7 *pudenda...*-11.17-18; 59,3.8-9; 35,2-3.5-13; 52,5-7.9-15; 65; 53. Apud Thaner vocatur V_1.

O_2 *Parisinus Bibl. Nat. lat.* 12519 (*Sangermanensis* «ol. 562», 463)[76], s. XII^1, binis columnis, in Italia exscriptus ex eodem archetypo perinde ac O_1, 224 foll., 335 × 210 mm. Satis accurate haud raro fuit emendatus. Contulit foll. 188^b-188vb; 195vb-196^a; 202^b-204^b confrater dom Anscharius M. Mundó iterumque ego in plagulis photographicis minutis. Continentur ibi eadem quae supra in cod. O_1 recensita sunt. Apud Thaner, *P*.

O_3 *Vaticanus lat.* 6381, s. XII in. vel s. XII^1, in aquilone Italiae aut in Gallia meridiana forte descriptus. Contuli foll. 231-235

74. Cf. p. 239, nota.

75. Cf. P. et H. BALLERINI, *o. c.*, p. CCXCV-CCXCVII; P. FOURNIER, *Observations sur diverses recensions..., ibid.*; FOURNIER-LE BRAS, *o. c., ibid.*; F. THANER, *o. c.*, p. III. Horum codd., quattuor tantum, quos ipse contuli, breviter describam; ad ceteros autem quod adtinet breviorem descriptionem ed. F. Thaner usurpavi.

76. Ultra praefata opera n. 75, cf. potest mentio cod. eiusque originis apud L. DELISLE, *Inventaire des mss. de St. Germain-des-Prés*, Paris, 1868, p. 55.

(XI, 42-47), ubi, ex litteris supra in cod. O_1 enumeratis, omnes, duabus primis exceptis, insunt. Codex enim est antiquior et fortassis praestantior recensionis B *Coll. Anselmi*, quam ob rem caret libro qui in recensione A XI computatur. Apud Thaner, V_3.

Vaticanus lat. 1364[77], s. XII^1, sive potius, non obstante catalogo Romanorum pontificum qui cum Gregorio VII *an̄. XII.* finitur, s. XII med., in Gallia aut in septentrionali Italiae plaga exaratus videtur. Foll. 235^v-238 (XI, 42-47) contuli, ubi eaedem servantur epistulae quae in cod. O_3 reperiuntur; continet enim itidem recensionem B *Coll. Anselmi* et fuit descriptus ex eodem archetypo unde etiam O_3 provenit. Apud Thaner, V_2. Statim adlegantur codd. quorum lectiones hausi e satis accurata ed. F. Thaner, eorundemque sigla. O_4

Graecensis II, 351, s. XII; apud Thaner, *G*. O_5

Parmensis 976, s. XII; apud Thaner, *Pm*. O_6

Neapolitanus XII. A. 37-39, s. XII; apud Thaner, *N*[78]. O_7

Laurentianus Ashburnham 53, s. XII; apud Thaner, *L*. O_8

Venetianus S. Marci Cl. IV, LV, s. XII; apud Thaner, *Ven*[78b]. O_9

Mantuanus C. II. 23, s. XII in.; apud Thaner, *M*. O_{10}

Bononiensis Universitatis 375, s. XII; apud Thaner, *Bol*. O_{11}

Vaticanus lat. 4983, chart., s. XVI; apud Thaner, V_4[79]. O_{12}

Pisanus Seminarii 56 (59), s. XII; apud Thaner, *Pis*[79b]. O_{13}

Vaticanus Barberini lat. 535 (*Barberini* XI, 178), s. XII in.; apud Thaner, *Bb*[80]. O_{14}

Vaticanus lat. 1361, s. XII; apud Thaner, V_5[81]. O_{15}

77. Praeter opera supra memorata cf. possunt O. GUENTHER, *o. c.*, p. LXXIIII, et F. SCHNEIDER, *o. c.*, p. 721-722, qui cod. s. XII in. scriptum censet.

78. Cf. P. FOURNIER, *Observations sur diverses recensions..., l. c.*, p. 434-435.

78^b. Cf. I. VALENTINELLI, *Bibl. Mss. ad. S. Marci Venetiarum*, t. II, Venetiis, 1869, p. 235-236, qui eum s. XIV facit. (Cod. 15, classis VIII: Iuris canonici).

79. Cf. P. FOURNIER, *ibid.*, p. 443-446; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 195-198.

79^b. Cf. G. TAMBURINI, *Pisa. Bibl. Cateriniana del Seminario*, in G. MAZZATINTI-A. SORBELLI, *Invent. dei mss. delle bibl. d'Italia*, t. XXIV, Firenze, 1916, p. 77.

80. Cf. P. FOURNIER, *Observations sur diverses recensions..., l. c.*, p. 450-455; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 193-195.

81. Cf. P. FOURNIER, *Les coll. can. attribuées à Yves..., l. c.*, t. LVIII, p. 430-433; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 225-226.

O_{16} 15. *Collectio in XIII libros* [82].

Annis circiter 1090-1100 in Aquitania, inter Pictones exorta videtur. Plurima sumpsit ex *Coll. Anselmi*, prae primis in libr. III-VIII, qui generatim libr. IV-IX illius respondent. Libr. IX-X plura ex libr. X-XI *Coll. Anselmi* hauserunt, et lib. XII multa desumpsit ex libr. III et XII eiusdem. Fit igitur ut plures — non omnes — litterarum Pelagii, quae in libr. VI-VII, XI-XII *Coll. Anselmi* inveniuntur, in libr. V-VI, X, XII huius etiam reperiantur, unde *Coll in XIII libros* haberi merito potest tamquam alius testis *Coll. Anselmi*. Codex vero istius unde textus hauserit auctor sat bonus fuisse videtur: non liquet tamen ex paucis quae contuli ad quamnam recensionum propius accesserit. Unus hucusque detectus cod. in quo coll. servetur est

Berolinensis Oefftl. Wiss. Bibl., Savignyanus 3, s. XII^{2}, duabus columnis, in Gallia probabiliter exscriptus[83]. Contuli foll. 57^{a}-57vb; 59^{b}-59va; 69^{a}; $70^{va\text{-}vb}$; $78^{va\text{-}vb}$; 86^{a}; $108^{a\text{-}b}$; $115^{a\text{-}b}$; $161^{va\text{-}vb}$, ubi genuinae sequentes Pelagii epistulae sunt descriptae: 18,2-4 (V, 27); 23,1-3.6 (V, 28); 33,1-5...*dominio sociaret* (V, 29); 58 (V, 38); 56,1...*postulari.* 3 *hoc itaque dicimus* (V, 39); 25 (V, 122); 69,1-3...*festinate* (V, 137); 47 (VI, 48); 92 (VI, 124); 64,1-2 (X, 55); 34 (X, 121); 65 (XII, 94). Spuria, quae etiam in *Coll. Anselmi* inveniuntur, omisi recensere.

P 16. *Polycarpus* [84].

Annis circiter 1104-1106 fuit haec coll. canonum digesta a Gregorio card. tituli S. Chrysogoni, Didaco, antistiti Compostellano, dicata. Altera recensio, novis fragmentibus aucta, probabiliter c. a. 1120 in lucem prodiit. Epistulis Pelagii nil novi Polycar-

82. Cf. A. THEINER, *o. c.*, p. 183-186; Ae. FRIEDBERG, *o. c.*, p. LXXV; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 251-259.

83. De cod. videas in operibus supra in n. 82 adlegatis.

84. Cf. P. et H. BALLERINI, *o. c.*, p. CCCXIII-CCCXV; A. THEINER, *o. c.*, p. 341-346; H. HUEFFER, *Beiträge zur Geschichte der Quellen des Kirchenrechts*, t. II, Münster, 1862, p. 67-109; M. CONRAT, *o. c.*, p. 374-375; P. FOURNIER, *Une coll. can. italienne du commencement du XIIe siècle*, in *Annal. de l'enseigm. super. de Grenoble*, t. VI, 1894, p. 209-233; 343-438; Eiusdem, *Le premier manuel can...*, *l. c.*, p. 213-214; Eiusdem, *Les deux recensions de la coll. can...*, *l. c.*, p. 55-101; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 169-185; A. VAN HOVE, *o. c.*, p. 327, n. 4; A. M. STICKLER, *o. c.*, p. 178-179.

pus adfert; est tamen testis eius formae textus quam coll. Italicae tradunt. Pelagiana fragmenta quae contuli, spuriis et pseudoepigraphis non paucis omissis[85], recensebo; prius quae in forma pristina exstant, quae in recensione interpolata reperiuntur postea. A) epp. 59,3.8-9 (I, 16,9); 18,1-2.4 (II, 1,11 [12])[86]; 47 (II, 1,12 [13]); 33,1-5...*dominio sociaret* (II, 1,35 [38]); 23,1-3.6 (II, 3,1); 58 (II, 28,4); 56,1...*postulari.* 3 *hoc; itaque dicimus* (II, 28,5); 36 (II, 31,21); 34 (II, 31,25); 24,14-16 + 35,1 *a scismaticorum...debetis* (III, 9,5-6); 25 (IV, 22,1); 44,4-8 (IV, 28,1); 92 (IV, 35,37 [39]); 24,7 *pudenda...*-11.17-18 (VII, 5, 8 [12]); 35,2-3.5-13 (VII, 5, 9 [13]); 52,5-7.9-15 (VII, 5, 10 [14]); 65 (VII, 5, 11 [15]); 53 (VII, 5, 12 [16]); 69,1-3...*festinate* (VII, 5, 13 [17]); 60,3-6 (VII, 5, 14 [18])[87]. B) epp. 18,1-2.4 (II, 1, 11); 47 (II, 1, 12); 33,1-5...*dominio sociaret* (II, 1, 35); 23,1-3.6 (II, 3,1); 58 (II, 28,4); 56,1...*postulari.* 3 *hoc itaque dicimus* (II, 28,5); 36 (II, 31,21); 34 (II, 31,25); 24,14-16 + 35,1 *a scismaticorum...debetis* (III, 9,5); 67,2 *canonum...* (III, 4,12); 55 (III, 15,19); 85 (III, 30,1); 25 (IV, 22,1); 44,4-8 (IV, 28,1); 92 (IV, 35,37); 35,2-3.13 *unam ut...* (VII, 5, 9?); 52,5-7.9-15 (VII, 5, 10?); 69,1-3...*festinate* (VII, 5, 11?); 60,3-6 (VII, 5,12?). Fragmenta quae in primigenia coll. non exstabant, id est, epp. 67,2; 55; 85 sumpta probabilius sunt ex *Coll. Deusdedit.*

Codices[88].

Matritensis Bibl. Nat. 7127, s. XII^{1} in Hispania aut in Italia fortassis exscriptus, 457 foll., 253 × 166 mm[89]. Duabus diversis P_1

85. Initia istorum et aliorum textuum huius modi, qui sub Pelagii nomine in coll. canonicis veniunt crebro, vide sis in p. 237-240.

86. Capitulorum numeri intra [ ] inclusi sunt qui adnotantur in margine cod. P^{1}, ceteris quos inspexi antiquioris.

87. Numeri mei differunt a deficiente numeratione quam tradidit Ae. FRIEDBERG, *o. c.*, p. LXVIII-LXX.

88. Cf. P. FOURNIER, *Le premier manuel can...*, *l. c.*, p. 213, n. 2; Eiusdem, *Les deux recensions de la coll. can...*, *l. c.*, p. 58-60; T. ROJO ORCAJO, *Catálogo descriptivo de los códices que se conservan en la Santa Iglesia Catedral de Burgo de Osma*, in *Bol. Acad. Hist.*, t. XCIV, 1929, p. 210 (*Osma Cathedr.* 8.2); FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 169, n. 5.

89. Cf. G. LE BRAS, *Un manuscrit madrilène du Polycarpus*, in *Rev. jur. de Catalunya*, t. XXXIII, 1927, p. 334; Eiusdem, *Manuscrits canoniques*, in *Rev. scienc. relig.*, t. VIII, 1928, p. 272.

partibus constat. In prima, usque ad fol. 267^{v} continetur quaedam *Historia Romana* (PAULI DIACONI?) quam ipse non vidi, cuiusque ideo auctorem certo non novi. Altera (foll. 268-457^{v}), descripta, ut videtur, c. aa. 1118-1125, veri similiter, ut dixi, in Hispania, aut forte in Italia, haec habet:

foll. 283-285 *Catalogus Romanorum pontificum* usque ad Gelasium II. Notitia huius papae — sicut et ea quae de Paschali II loquitur — per dexteram cod. marginem extensa et prolongata fuit; ita et dies eius regiminis et sepulturae commemorantur.

fol. 285-285^{v} Album imperatorum Romanorum, in duas columnas dispositum. Aliae parvae notulae et additiones.

fol. 286 Prologus *Polycarpi*. INCIPIT PROLOG(US) G(RE)G(ORII) CARDINAL(IS) P(RES)B(ITE)RI TITULI S(AN)C(T)I GRISOGONI AD DIDACUM S. IACOBI (A)ECCL(ESIA)E EP(ISCOPU)M.

Dilecto d(omi)no D(idaco) S(an)c(t)i Iacobi eccl(esia)e pontificali i(n)fula digne decorato G(RE)G(ORIUS) P(RES)B(ITERO)RUM *humillim(us) sal(utem)*... Incipiunt postea tituli VIII libr. coll.

foll. 286^{v}-288 Sequuntur tituli librorum, et initium libri I.

foll. 288-453 *Polycarpus.*

fol. 453^{v} Vacuum, exceptis parvis recentioribus litteris, quae dicere videntur *D(omi)ni prouincialis lombardiae ordinis predicatorum.*

foll. 454-457^{v} Quaedam de Conciliis Lateranensibus aa. 1123 et 1139 sub Calixto II et Innocentio II celebratis. In fol. 454^{v} invenitur praeterea epistula Urbani II Godefrido episcopo Lucano. Tandem in fol. 457^{v} *Ego B. pisan(a)e eccl(esia)e archiep(iscopu)s et primas sedens in Concilio apud ardara(m) una cum omnib(us) ep(iscop)is sardini(a)e presentib(us)... Responderunt omnes qui erant in concilio placet.*

Codex a duobus saltem scribis fuit exaratus; prima manus usque ad fol. 408^{v} pervenit, altera ad fol. 453: ambae vero eiusdem fere temporis et loci sunt. Contra, foll. 454-457 paulo recentiora videntur et in Italia potius fuerunt exscripta. In fine cod. est sigillum bibliothecae in qua prius fuerat adservatus, sed litteras eiusdem legere non valui. Pelagii nostri epistulae in fols. 299^{v}; 310-310^{v}; 313^{v}-314^{v}; 321^{v}; 323-323^{v}; 332^{v}; 360^{v}; 362; 373; 427^{v}-430 insunt. Textus mendis abundat, aliquando castigatis. Differt non raro aliquantulum ab ea textus condicione quam exhibent alii codd. *Polycarpi* antiquiores, et vicinus apparet archetypo unde fuit exscriptus recentior cod. P_3.

Parisinus Bibl. Nat. lat. 3881 (*Colbertinus* 4047, *Regius* P_2
4240/8.8)[90], s. XII^{1}, in meridiana Galliae regione, aut potius in aquilone Hispaniae (in Catalonia?) exscriptus, 236 foll., 250 × 165 mm. Contuli foll. 16; 27-27^{v}; 30-31; 38^{v}-41; 52; 85; 86^{v}-87; 101; 157-159, ubi Pelagianae litterae exstant.

Parisinus Bibl. Nat. lat. 3882 (*Colbertinus* 696, *Regius* P_3
3[6] 50/3)[91], s. XIV-XV, binis columnis, in meridiana Provincia, ut videtur, a duobus librariis, aut duobus certe litterarum characteribus exaratus, 186 foll. (quorum plures vacui), 290 × 250 mm. Est unus notus cod. qui alteram recensionem auctam *Polycarpi* conservet. Contuli foll. 18vb-19^{a}; 21; 26va; 27va-28^{a}; 36^{b}; 50vb; 52va; 61^{a-b}; 68^{a}; 68vb-70^{a}; 130^{a}-130va, ubi continentur Pelagii fragmenta.

Vaticanus Regin. lat. 987 *(Petavii)*[92], s. XII med., in Gallia des- P_4
criptus videtur. Consonat saepe cum textu cod. P_2, unde veri simile est, eos ab eodem archetypo manasse. Contuli in eo litteras quas minus habet P_3, id est, epp. 59,3.8-9; 24,7 *pudenda*...-11.17-18; 35,5-12; 65; 53, cum aliis vicinis quae in VII, 5,8-5,14 inveniuntur, in fols. 14-15 et 145-146.

Vaticanus lat. 1354, s. XII-XIII in Italia probabiliter scriptus[93]. P_5
Est magis notus cod. *Polycarpi* et quo magis eruditi sunt usi; ego autem eum comperii esse magis mendosum omnium codd. *Polycarpi* quos inspexi. Ideo, quamvis in eo contulerim eadem prorsus perinde atque in cod. superiore (foll. 15; 159-161), eius lectiones, ne plus aequo mendis onustum redderem apparatum, non notavi.

---

90. Cf. J. B. GAIL, *Le Philologue, ou recherches historiques, militaires, géographiques, grammaticales, lexicographiques...*, t. IV, Paris, 1818, p. 135-139; *Dictionnaire des mss.*, t. I, c. 711; P. FOURNIER, *Les deux recensions de la coll. can. ...*, *l. c.*, p. 58-59.

91. Cf. *Dictionnaire des mss.*, t. I, c. 711; H. HUEFFER, *Beiträge zur Geschichte der Quellen des Kirchenrechts*, t. II, Münster, 1862, p. 77; P. FOURNIER, *Les deux recensions de la coll. can...*, *l. c.*, p. 59; 80-85; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 171; 180-185.

92. Cf. P. FOURNIER, *Les deux recensions de la coll. can...*, *l. c.*, p. 58-59.

93. Cf. P. et H. BALLERINI, *o. c.*, p. CCCXIII-CCCXV; A. THEINER, *o. c.*, p. 341-343; *Dictionnaire des mss.*, t. II, c. 1057; A. THIEL, *o. c.*, p. XXXI; F. SCHNEIDER, *o. c.*, *l. c.*, p. 721; P. FOURNIER, *Les deux recensions de la coll. can. ...*, *l. c.*, p. 58.

Q 17. *Collectio in II libros*[94].

In Italia, immo forte Romae, fuit digesta c. aa. 1085-1087 a quodam viro ignoto, reformationis Gregorianae propugnatore. Pelagianis epistulis pretii est, quod earundem seriem haud contemnendam contineat. Est plerumque probus testis eius formae textus in coll. Italicis servatae, non numquam tamen falso emendatus et parvas interpolationes perpessus, post *Coll. Anselmi* antiquitate ceteris praestans. *Coll. in II libros* unus tantum cognitus cod. servavit, id est,

Vaticanus lat. 3832, s. XI-XII, in Italia veri similiter exscriptus, 199 (200) foll., in quarto[95]. Post Gelasii seriem, venit in fols. 67-70 coll. litterarum Pelagii, quarum 16 genuinae, 2 vero, quae loca XI-XII in serie habent (fol. 69), sunt spuriae, videlicet J-K. 2, Pseudo-Anacleti (P. HINSCHIUS, *o. c.*, p. 70, X) et J-K. 1065, Pseudo-Pelagii II. Genuinae autem sequentes epistulae in ea servantur: 18,1-2.4 (I); 24, 7 *pudenda*...-11.17-18 (II); 34 (III); 44 (IV); 47 (V); 35,2-3.5-13 (VI); 52,5-7. 9-15 (VII); 56,1...*postulari*. 3 *hoc itaque dicimus* (VIII); 59,3.8-9 (IX); 65 (X); 36 (XIII); 53 (XIV); 69,1-3...*festinate* (XV); 60,1-5 (XVI).

R 18. *Bonizonis episcopi Sutrini Liber de vita christiana*[96].

Scriptus inter aa. 1089-1095 ad reformationem ecclesiasticam Gregorii VII favendam et propugnadam. Licet novos Pelagii textus non praebeat, mea tamen aliquatenus interest, quia est non despiciendus antiquitate testis familiae Italicae. Reperiuntur in eo epp. 47 (II, 61); 24, 9-10 (III, 28); 59,8-9 (IV, 84); 58 (V,3); 44,4-8 (VI, 24); 65 (VII, 20); 53,1-6 (VII, 21); 69,1-3...*festinate* (VII, 22); 60,3-6 (VII, 23); apocryphum J. K. 967 (IX, 53).

Codices[97].

Eorum lectiones sumpsi ab accuratione ed. E. Perels in notulis supra memorata.

Vaticanus Rossianus lat. 226, s. XII in., folia notantur in margine ed. E. Perels, qui eum designavit *R*. R_1

Brixianus Archiv. Capit., s. n., s. XII med., apud Perels designatur *M*. R_2

Florentinus Laurent. Bibl. S. Crucis, Plut XXIII, Dext. Cod. V, s. XII² exscriptus, textum imperfectum tradit, et tantum habere videtur sequentes Pelagii epp. 24,9-10; 47; 59,8-9; apud Perels designatur *L*. R_3

19. *Collectio in VII libros*[98]. S

Romae aut in regione Romana, ante a. 1118 (c. a. 1112) digesta. Quamvis novi nil adferat pro Pelagii litteris, tamen, utpote quae testis satis antiquus familiae Italicae, non erat praetermittenda. Pendet vel in Pelagianis epistulis a *Polycarpo* et a fonte unde Pelagii fragmenta *Coll. in V libros (T)*, hausit, sed nulus codd. *Polycarpi* — saltem eorum quos vidi — remansit, qui par in antiquitate sit cod. vetustiori *Coll. in VII libros*. Exstat in duplici editione (recensione), quarum altera in corpore suo iam habet

---

94. Cf. *Le premier manuel can. ...*, *l. c.*, p. 216; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 127-131.

95. Cf. P. et H. BALLERINI, *o. c.*, p. CCCXVI, iii; A. THIEL, *o. c.*, p. XXXII-XXXIII; M. SDRALEK, *Kritische Untersuchung über eine Gruppe von Briefen Papst Nicolaus I*, in *Arch. f. kath. Kirchenrecht*, t. XLVII, 1882, p. 213; O. GUENTHER, *Avellana Studien*, SAW., t. CXXXIV, 5, Wien, 1896, p. 102; F. SCHNEIDER, *o. c.*, *l. c.*, p. 723; E. VON DOBSCHUETZ, *o. c.*, *l. c.*, p. 168; E. PERELS, *Die Briefe...*, II, *l. c.*, p. 118-119; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 127-128.

96. Edd.: A. MAI, *Ex libris Decreti Bonizonis Episcopi excerpta*, in *Nova Patrum bibliotheca*, t. VII, 3, Romae, 1845, p. 1-75; E. PERELS, *BONIZO...*, Berlin, 1930. — Quoad Bonizonis vitam et operas cf. possunt: H. SAUR, *Studien über Bonizo*, in *Forsch. z. deutsch. Gesch.*, t. VIII, Göttingen, 1868, p. 395-464; H. LEHMGRUEBNER, *Benzo von Alba*, in *Histor. Untersuch.* (Jastrov), t. VI, Berlin, 1887, p. 129-151; A. DULAC, *Bonizo. Le libellus de sacramentis et le Decretum*, in *Rev. d'hist. et littér. relig.*, nov. ser., t. III, 1912, p. 230-239; P. FOURNIER, *Bonizo de Sutri, Urbain II et la comtesse Mathilde*, in *Bibl. de l'École des chart.*, t. LXXVI, 1915, p. 266-291; Eiusdem, *Les sources canoniques du Liber de vita christiana de Bonizo de Sutri*, *ibid.*, t. LXXVIII, 1917, p. 117-134; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 139-150; L. JADIN, *Bonizo de Sutri*, DGHE., t. IX, c. 994-998; J. PETRAU-GAY, *Bonizo*, DDC., t. II, c. 951-956; U. LEWALD, *An der Schwelle der Scholastik. Bonizo von Sutri und das Kirchenrecht seiner Tagen*, Weimar, 1938; A. VAN HOVE, *o. c.*, p. 326, n. 1; A. M. STICKLER, *o. c.*, p. 174-175, n. 1.

97. Cf. P. et H. BALLERINI, *o. c.*, p. CCCVII-CCCX; E. PERELS, *BONIZO...*, p. XLV-LXXIII; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 141.

98. Cf. P. et H. BALLERINI, *o. c.*, p. CCCXVII; A. THEINER, *o. c.*, p. 345-355; P. FOURNIER, *Les deux recensions de la coll. can. ...*, *l. c.*, p. 67-69; E. PERELS, *Die Briefe...*, II, *l. c.*, p. 95-97; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 185-192.

inserta quae in prima, velut additiones quaedam, in finem librorum fuerant iuncta. Pelagio genuinas et spurias sequentes tribuit litteras[99]: excerpta tria Pseudo-Pelagii II J-K. 1051 (P. HINSCHIUS, *o. c.*, p. 721-722; 721; 724) (I, 9, 2; ?; ?); 18,2-4 (I, 46,11 [3,11]); 33,1-5...*dominio sociaret* (I, 46,12 [3,12]); 23,1-3.6 (I, 48,1 [5,1]); 25 (I, 105,3 [35,3]); 44,4-8 (I, 106,2 [36,2]); Pseudo-Pelagii II J-K. 1049 (P. HINSCHIUS, *o. c.*, p. 729) (I, 109,3); 24,7 *pudenda*...-11.17-18 (II, 11,2); 65,2-5 (II, 11,3); 69,1-3...*festinate* (II, 11,4); 53,10 *auferte tales* (II, 11,5); Pseudo-Pelagii II J-K. 1050 (P. HINSCHIUS, *o. c.*, p. 731) (II, 13,2); 34 (III, 4,3 [4,7]); 56,1...*postulari.* 3 *hoc itaque dicimus* (III, 33,4); Pseudo-Pelagii I J-K. 967 (VII, 30,4); 35,2-3.5-13 (VII, 53,1); 60,4-6 (VII, 54,1 [?: excidit e loco suo in cod. S_1, sed reperitur post seq. epistulam, paucis transiectis fols., sub eadem rubrica qua hic in cod. S_2]); 52,5-7.9-14 (VII, 54,4 [54,2]).

Codices.

S_1 *Vaticanus lat.* 1346, s. XII in., 195 foll., in quarto, ante a. 1118, Romae vel in locis circumiacentibus, probabilius exscriptus[100]. En epistulae et spuria quae in eo contuli, et folia ubi exstant: Pseudo-Pelagii II J-K. 1051 (foll. 24^v-25); eiusdem apocryphi quaedam praecedentia (fol. 28^v); eiusdem Pseudo-Pelagii II circa finem (fol. 33); 18,2-4 (fol. 36^v); 33,1-5...*dominio sociaret* (fol. 36^v); 23,1-3.6 (fol. 37^v); 25 (fol. 47); 44,4-8 (fol. 47-47^v); Pseudo-Pelagii II J-K. 1049 (fol. 48); 24,7 *pudenda*...-11.17-18 (fol. 54); 65,2-5 (fol. 54^v); 69,1-3...*festinate* (fol. 54^v); 53,10 *auferte tales* (fol. 54^v); 34 (fol. 66-66^v); 56,1...*postulari.* 3 *hoc itaque dicimus* (fol. 71^v); Pseudo-Pelagii I J-K. 967 (fol. 146^v); 35,2-3.5-13 (fol 152-152^v); 52,5-7.9-14 (foll. 153^4-15^v); 60,4-6 (fol. 166); Pseudo-Pelagii II J-K. 1050 (fol. 170); Pseudo-Pelagii II J-K. 1049 (fol. 174^v); quae duo ultima fragmenta dantur ut addita ad libr. II et V respective, sed certe eorum primus in secunda operis editione iam locum recepit in corpore libr. II.

---

99. Titulorum et capitulorum numerationem trado prout in recentioribus codd. *Vindobonensis* et *Cortonensis* notatur; inter [ ] adverto probabilem, sed non semper certam ordinationem vetustioris cod. *Vaticani lat.* 1346.

100. Cf. P. et H. BALLERINI, *o. c.*, p. CCCXVII, v; A. THEINER, *o. c.*, p. 345-346; F. SCHNEIDER, *o. c.*, *l. c.*, p. 720; P. FOURNIER, *Les deux recensions de la coll. can...*, *l. c.*, *ibid.*; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 185-186.

Vindobonensis Oesterr. Nat. Bibl. lat. 2186 (*Iur. can.* 80)[101], S_2
s. XII^1, in Italia descriptus videtur. Continet *Coll. in VII libros* iuxta alteram recensionem. Genuina et spuria in quibus reperiantur folia, quae contuli, recenseo: Pseudo-Pelagii II J-K. 1051 (fol. 23^v); (fol. 31-31^v); 18,2-4 (foll. 45^v-46); 33,1-5...*dominio sociaret* (fol. 46); 23,1-3.6 (fol. 47^v); 25 (fol. 82-82^v); 44,4-8 (foll. 82^v-83); Pseudo-Pelagii II J-K. 1049 (fol. 84-84^v); 24,7 *pudenda*... -11.17-18 (fol. 94-94^v); 65,2-5 (foll. 94^v-95); 69,1-3...*festinate* (fol. 95); Pseudo-Pelagii II J-K. 1050 (foll. 96^v-97); 34 (fol. 117^v); 56,1...*postulari.* 3 *hoc itaque dicimus* (fol. 126); Gelasii I J-K. 725 (sub Pelagii nomine ut et in *Polycarpo)* fragmentum (fol. 170); Pseudo-Pelagii I J-K. 967 (fol. 273); 35,2-3.5-13 (fol. 283-283^v); 60,4-6 (foll. 283^v-284); 52,5-7.9-14 (fol. 285-285^v). S_3

Cortonensis 43, VIII, s. XII, etiam in Italia veri similiter descriptus[102], cuius tantum titulos quosdam et initia litterarum quae recte Pelagii nomine inscribuntur cognosco, quae quidem comitati D. Dris. Waltherii Holtzmann debeo.

20. *Collectio in V libros*[103]. T

Cuius proprius est *Liber excerptus ex sententiis canonum sanctorum patrum.* In Tuscia, c. a. 1087, ab ecclesiastico viro Gregorianae reformationis sectatore confecta videtur. Praeter Pseudo-Pelagii II J-K. 1049 excerpta (P. HINSCHIUS, *o. c.*, p. 726; 729) servavit epp. 52,5-7.9-14 et 60,4-6, quas habet, ita divisas, communiter cum una *Coll. in VII libros.* Eam adservavit solus cod.

Vaticanus lat. 1348 s. XII in., I + 190 foll., in quarto parvo, in Italia exscriptus. Contuli foll. 20; 71-72, ubi Pelagianae litterae insunt.

---

101. Cf. *Tab. codd. mss. Bibl. Palat. Vindob.*, t. II, p. 26; F. THANER, *Untersuchungen und Mittheilungen z. Quellenkunde des canonischen Rechtes*, SAW., t. LXXXIX, Wien, 1878, p. 603; M. SDRALEK, *o. c.*, p. 40-42; E. PERELS, *Bonizo...*, p. LVII-LIX; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 186.

102. Cf. G. MANCINI, *I manoscriti della libreria del comune e dell'Academia Etrusca di Cortona*, Cortona, 1884, p. 28-29. Opus iterum editum fuit in G. MAZZATINTI-A. SORBELLI, *Invent. dei mss. delle Bibl. d'Italia*, t. XVIII. Firenze, 1912. Cf. p. 27.

103. Cf. V. WOLF VON GLANVELL, *Die Canonessammlung des Codex Vaticanus latinus 1348*, SAW., t. CXXXVI, Wien, 1897; F. SCHNEIDER, *o. c.*, *l. c.*, p. 720; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 131-135; A. VAN HOVE, *o. c.*, p. 325, n. 1; A. M. STICKLER, *o. c.*, p. 176, n. 1.

U 21. *Collectio Taurinensis*[104], quam continet cod.

Taurinensis Bibl. Naz. 783 (*Bibl. Univers.* F. IV. 7, postea E. V. 44; 903)[105], 109 foll., in quarto, qui cod. iudicio probatorum auctorum s. XII-XIII^{1} descriptus fuit. Nihilo vero minus, ex characteribus paleographicis cod., mihi videtur, vel prima folia eiusdem, et quidem saltem foll. 49 et 56, quae inspexi, iam s. XII^{1}, immo forte iam s. XII in. fuisse exscripta. Epp. 95 et 96 Pelagii in fols. praefatis servantur.

V 22. *Liber diurnus*[106].

Mea refert in eo quod adtinet ad ep. 86 et aliquantulum ad ep. 89. Usus sum ed. Th. E. von Sickel. Ibi enim melius quam *in Coll. Deusdedit* fuit conservata formula pontificii scrinii, cuius primum exemplum — saltem in tenore quo in *Libro diurno* prodit — epistula Pelagii videtur. Codex est

Vaticanus Hhhhh 97 ex capsula X (*Scae. Crucis in Hierusalem* 177), s. VIII-IX, ut videtur, in Italia exaratus[107]. Formula in

---

104. Cf. J. von Pflugk-Harttung, *Eine grosse Fälschung in Canones*, in *Zeitschrift f. Kirchenrecht*, Neue Folge, t. IV, p. 361 sqq.; Eiusdem, *Acta pontif. Rom.*, t. II, n. 1-41, p. 1-15; Fournier-Le Bras, *o. c.*, p. 218-222.

105. Cf. J. Pasini, *Codices manuscripti bibliothecae regii Taurinensis Athenaei*, t. II, Augustae Vindelicorum, 1749, p. 283-284; *Inventario dei codici superstiti della biblioteca nazionale di Torino*, Torino, 1904, p. 492; P. Ewald, *Reise nach Italien im Winter von 1876 auf 1877*, NA., t. III, p. 340-341; Eiusdem, *o. c.*, *ibid.*, t. V, p. 325; *ibid.*, t. VIII, p. 360-364; 606-608; E. Perels, *Die Briefe...*, II, *l. c.*, p. 120, n. 1; F. Cosentini, *Torino. Bibl. Nazionale*, in G. Mazzatinti-A. Sorbelli, *Invent. dei mss. delle Bibl. d'Italia*, t. XXVIII, Firenze, 1922, p. 80.

106. Edd.: J. Garnier, *Liber Diurnus*, Parisiis, 1680, Basileae, 1741, Vindobonae, 1762 = Migne, PL. 105, c. 9-187 (ex cod. *Claromontano*, s. X); E. de Rozière, *Liber diurnus ou reccueil des formules usitées par la chancellerie pontificale du Ve au XIe siècle*, Paris, 1869; Th. E. von Sickel, *o. c.*, Wien, 1889 (ambae edd. ex cod. *Vaticano*, s. IX in.); L. Grammatica-G. Galbiati, *Il codice Ambrosiano del «Liber Diurnus Romanorum Pontificum»* (*Analecta Ambrosiana*, t. VII), Mediolani, 1921 (reproductio phototypica cod. *Ambrosiani* s. IX ex.). — Ad studia vero quod adtinet vide sis copiam selectorum librorum quos in notulis tradit A. van Hove, *o. c.*, p. 190-192. Cf. etiam potest F. Claeys Bouuaert, *Diurnus (Liber)*, DDC., t. IV, c. 1307-1314.

107. Quoad historiam cod. *Vaticani* consuli possunt notitiae quas congesserunt H. Leclercq, *Liber Diurnus*, DACL., t. IX, 1, c. 318-322, et L. Santifaller, *Zur äusseren Geschichte der Vatikanischen Handschrift des Liber diurnus*, in *Anzeiger der Akad. der Wissenchaften, Philos. hist. Klasse*, Wien, 1946, p. 171-212. De cod. vero *Claromontano* nuper reperto dom J. Huyben, *Een verloren gewaand Handschrif van den «Liber diurnus Romanorum Pontificum»*, in *Miscell. A. de Meyer*, t. I, Louvain-Bruxelles, 1946, p. 255-265.

litteris nostri papae iterata, aut potius ex Pelagiana ep. 86 procedens, prostat in fol. 8-8^{v}.

B) Collectiones et codices quibus usus non sum

α) *Quae contuli*

23. *Liber Tarraconensis*[108].

Annis circa 1085-1090, in Catalonia aut forte in Aquitania, ab adsecla Gregorianae reformationis digesta. Propterea quod breviore potius frusta nostri pontificis continet, et cum nihil novi, nisi nova quaedam menda adtulisset, etsi eam contuli, eiusdem lectiones in apparatu notare omisi. En genuina Pelagii lacinia quae in ea notavi: epp. 35,10 *qui aduersum auctoritatem...* (I, 25); 35,12-13 (I, 28); 52,5-7.911 (I, 29); 60,6 *multa exempla...* (I, 57); 47 (I, 195). Textus tenor quem *Liber* praebet est is qui in Italicis coll. plerumque invenitur. Multa Pelagiana excerpta, uti epp. 35,10.12-13; 52,5-7.9-11 nexum sat strictum produnt cum eis quae exstant in Deusdedit *Libello contra invasores et simoniacos*. Supra scripta fragmenta contuli in cod. *Vaticano lat.* 6093, s. XII, in monasterio Populeti *(Poblet)* in Catalonia, probabilius exaratus (foll. 5-5^{v}; 9; 35^{v}-36).

24. *Collectio in III libros*[109].

Ante a. 1112 in Italia conscripta; reformationi Gregorii VII favet. Inter plura apocrypha, quorum initia cum aliis in calce

---

108. Cf. P. Fournier, *Le premier manuel can...*, *l. c.*, p. 209-210; Eiusdem, *Le Liber Tarraconensis. Étude sur une collection canonique du XIe siècle*, in *Mélanges Julien Havet*, Paris, 1895, p. 259-281; Fournier-Le Bras, *o. c.*, p. 240-247.

109. Cf. I. Chiapelli, *Manoscriti giuridici di Pistoia*, in *Arch. giuridico*, t. XXXIV, 1885, p. 245-257; M. Conrat, *o. c.*, p. 375-376; P. Fournier, *Une collection canonique italienne du commencement du XIIe siècle*,

operis reperies, duas tantum Pelagii genuinas inveni litteras: 59,3.8-9 (I,15 [16]?); 47 (I, 17) et hae quidem sub nomine Gregorii (GG.) positae. Easdem contuli in cod. *Vaticano lat.* 3831 (*Ecclesiae Sydonensis* in Syria), s. XII² vel s. XII med. scriptus (foll. 9ᵛ; 14ᵛ). Lectiones, quae sunt communes familiae Italicae, in apparatu non notavi.

25. *Collectio in VI libros*[109b].

Quae quidem non esse videtur nisi *Coll. Caesaraugustana* in VI libros distributa, ita sane ut *Coll. in VI libros* lib. I respondet ad libr. I-III (IV) *Coll. Caesaraugustanae*; lib. II, ad libr. (IV) V-IX *Caesaraugustanae*; lib. III, ad lib. X-XI; lib. IV, ad libr. (XII)-XIII; lib. V, ad lib. XIV; lib. VI demum, ad libr. XV *Caesaraugustanae*. Continentur igitur in ea litterae quae in *Coll. Caesaraugustana* reperiuntur, id est, epp. 55 *postquam aecclesie* ... (I, 14); 11,9 (I, 50); 55 *postea quam aecclesiae* ... (I, 88); 93 (I, 127); 29 (I, 134); 33,2 *de siracusane* ...-5 (I, 135); 56,1 ... *postulari*. 3 *hoc itaque dicimus*... (I, 140); 23,1-3.6 (I, 149); 25,1-2 ... *non desinat* (I, 242); 50 (I, 294); 57,1.3 (I, 295); 91,1 *experientie* ...-2 (II, 68); 81 (II, 68bis); 84 (II, 201); 94 (II, 213); 47,1-2 ... *nos noueris* (II, 266); 57,3 (II, 335); 42 (II, 340); 92 (II, 342); 87 (II, 351); 28 (II, 359); 45 (III, 6); 21,2-5 (III, 165); 24,7 *pudenda* ...-10.14-18 (IIII, 77-78); 35,2-3.5-14 (IIII, 79); 34 (VI, 34); 54 (VI, 57). Hanc coll. servavit unus cod.

Barcinonensis, Arch. Coron. Aragon., Monasterii S. Cucuphati Vallensis 63, s. XII med., in Catalonia, ut videtur, et forte in ipso monasterio S. Cucuphati exaratus, 234 foll, 230 × 132 mm.; foll., magna ex parte, numeratione carent, et foll. 228-234 reponenda sunt post fol. 202, fol. vero 219 post fol. 222. In fine cod., videlicet in fols. 229-232ᵛ (219 + 223 - 225ᵛ), inveniuntur prorsus idem catalogi summorum pontificum et regum qui in codd. C_3 et C_4 servantur. Cod. praebet textum alterae, immo forte tertiae, recensionis *Coll. Caesaraugustanae*, sed non raro meliores habet lec-

in *Annal. de l'Univers. de Grenoble*, t. XIII, 1901, p. 343-438; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 198-203; A. VAN HOVE, *o. c.*, p. 328, n. 3.

109b. Cf. J. TARRÉ, *o. c.* (cap. XX), *l. c.*; F. VALLS I TABERNER, *Estudis d'història jurídica catalana*, Barcelona, 1929, p. 82-83; F. MIQUEL ROSELL, *Catàleg dels llibres manuscrits de la Biblioteca del Monestir de Sant Cugat del Vallès, existents a l'Arxiu de la Corona d'Aragó*, Barcelona, 1937, p. 108-110.

tiones quam codd. C_2 C_3 C_4 et consentit interdum cum cod. C_2 adversus codd. C_3 et C_4. Quaedam lectionum a me delectarum ita confirmatae sunt, ut puta, in epp. 54,2 et 93. Pelagii litterae exstant in fols.: 3; 7-7ᵛ; 11; 17ᵛ; 18ᵛ-19ᵛ; 20ᵛ; 33ᵛ; 40-40ᵛ; 58-58ᵛ; 81-81ᵛ; 83ᵛ; 89ᵛ; 99ᵛ; 100ᵛ; 102-103; 110; 144ᵛ; 164-165; 205 (212); 208 (215ᵛ).

26. Cod. *Köbenhavensis Gl. Kgl.* S. 1617, 4.º, s. XII², in Germania fortassis descriptus[110], in cuius fol. 1 contuli parvum fragmentum ep. 35,10 *qui aduersus auctoritatem*... nullius momenti, etiam minima varietate lectionum, in apparatu omissarum.

β) *Quae non contuli*

1. *Collectio Taurinensis in VII libros*[111].

In Italia c. a. 1100 confecta, conservatur in cod. *Taurinensi Bibl. Naz.* 507 (*Bibl. Univers.* D. IV. 33; 239). Pelagiana quaedam, desumpta ex *Coll. Deusdedit*, III-IV, in eius libr. III-IV et VI contineri forte possunt.

2. *Collectio Scāe. Genovevae*[112].

Quae nomen sumpsit ex cod. *Parisiensi Bibl. Scāe. Genovevae* 166. Collectio fuit c. a. 1100 composita. Quaedam Pelagii excerpta, exempli ergo, ep. 35,1 *a scismaticorum...debetis*. 13-14, forte adhuc alia, continet; quae autem parvi facienda sunt, quod hausta fuerunt ex *Coll. Deusdedit* et ex coll. Ivonis Carnutensis quibus sum usus.

110. Cf. E. JORGENSEN, *Catal. codd. lat. medii aevi Bibl. Regiae Hafniensis*, Hafniae, 1926.

111. Cf. M. PATETTA, *Le Ordalie*..., Torino, 1890,, p. 395-396; F. COSENTINI, *Torino. Bibl. Nazionale*, in G. MAZZATINTI-A. SORBELLI, *Invent. dei mss. delle Bibl. d'Italia*, t. XXVIII, Firenze, 1922, p. 55; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 163-167.

112. Cf. A. THEINER, *o. c.*, p. 186-187; A. BLUMENSTOCK, *Die Canonensammlung der Bibliothek Ste. Geneviève in Paris*, in *Arch. f. kath. Kirchenrecht*, t. LXV, 1891, p. 150-153; Ch. KOHLER, *Catal. des mss. de la Bibl. Sainte-Geneviève*, t. I, Paris, 1893, p. 106-107; P. FOURNIER, *Les coll. can. attribuées à Yves*..., *l. c.*, p. 426-430; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 265-268; R. NAZ, *Geneviève (Collection de Sainte)*, DDC., t. V, c. 951.

3. *Collectio S̄ci. Germani de Pratis in IX libros*[113].

Digesta c. a. 1120, continetur in cod. *Guelferbytano Gud. lat.* 212. In ea quaedam Pelagiana excerpta sunt descripta, velut epp. 35,1 *a scismaticorum...debetis.* 13-14 et 52,5-7.9-15 (IV, 40), quae respondent ad ea quae in *Coll. Deusdedit* I, 177-178 et *Coll. Anselmi Lucensis* XII, 44 exstant. Utrum adhuc alia Pelagii lacinia ibi reperiantur, me latet, sed momenti fere certo non sunt, utpote quae ex prioribus coll. sumpta.

4. *Collectio Pragensis*[114].

In Styria, ut videtur, c. aa. 1106-1119, 1124-1153, tractibus duobus redacta, servatur in cod. *Universitatis Pragensis* VIII. H. 7. In illa inveniri probabiliter aliqua Pelagiana excerpta suspicor, nam pendet a *Polycarpo* et a coll. Ivonis Carnutensis, quapropter, tamen, minoris ponderis est eius auctoritas ad textum restituendum: idcirco eam mihi praetermittere licuit.

5. *Collectio in IX libros*[115].

Quam continet cod. *Bibl. Capit. S. Petri Romae* C. 118[116], quaeque non est magna ex parte, nisi retractatio recentior *Coll. in II libros*, quam contuli: ideo eam omittere potui.

6. *Collectiones Catalaunenses*[117].

Codd. *Catalaunensium* 47 et 75. Ubi certo exstant vel pauca Pelagiana lacinia, exempli causa: ep. 21, 4-5 in margine primae

113. Cf. M. SDRALEK, *Wolfenbüttler Fragmente*, in A. KNOEPFLER, H. SCHROERS, u. M. SDRALEK, *Kirchengeschichtliche Studien*, t. I, 2, Münster, 1891, p. 3-86; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 285-296; A. VAN HOVE, *o. c.*, p. 334, n. 1.

114. Cf. J. F. SCHULTE, *Ueber drei Prager Handschriften*, SAW., t. LVII, Wien, 1868, p. 198-221; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 180; A. VAN HOVE, *o. c.*, p. 328, n. 1.

115. Cf. P. FOURNIER, *Une collection canonique italienne du commencement du XIIe siècle*, in *Annal. de l'Univers. de Grenoble*, t. XIII, 1901, p. 343-438; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 203-208.

116. Cf. V. WOLF VON GLANVELL, *o. c.*, p. XXXIII-XXXIV.

117. Cf. A. MOLINIER, *Mss. de la Bibl. de Chalons-sur-Marne*, in *Catal. gén. des mss. des bibl. publ. de France, Départements*, t. III, Paris,

coll. (I, 5) = *Coll. Tripartita* I, 54,3, et fragmentum Pseudo-Pelagii II J-K. 1051 (I, 32) = Coll. Tripartita I, 54,2 (P. HINSCHIUS, *o. c.*, p. 721) in altera coll. Quoniam autem *Coll. Catalaunenses* arcte pendent a coll. Ivonis Carnutensis, eas conferre supervacaneum duxi.

Eisdem vel consimilibus causis et alias coll. Italicas aut Gallicas omittere, fas esse putavi, maxime vero magistri Ioannis GRATIANI *Concordiam discordantium canonum.* Hoc in opere, quod brevitatis gratia *Decretum Gratiani* vocabo, multae reperiuntur Pelagii litterae sive earundem fragmenta. Cum ipse vero Gratianus ea omnia hauserit ex praecedentibus coll. canonum, et quidem maxime ex *Coll. Anselmi* et coll. Ivonis Carnutensis, cum aliunde deficiens sit comperta ed. critica *Decreti Gratiani* quam curaverat Ae. Friedberg[118], et plures sint codd. qui exstant *Decreti*, mihi visum est, *Decretum Gratiani* praetermittere posse in edendis Pelagii litteris[119]. Tamen haud semel ed. Ae. Friedberg prae manibus habui, et eius lectiones aliquando notavi, in eis videlicet epistulis quae hucusque modo in *Decreto* fuerant editae, in aliis demum quae, aut paucis nitebantur testibus, aut lectiones fortasse corruptas habere conici poterat. Quae in *Decreto Gratiani* Pelagianae epistulae exstant sunt: 59,8-9 (d. XVII, 4); 33,2-5 (d. XXVIII, 13); 47 (d. XXXIV, 7); 57,1 (d. XXXIV, 20); 31,2-3 (d. L, 48); 34 (d. LV, 13); 18,2-4 (d. LXI, 17); 56,1.3 (d. LXIII, 14); 58 (d. LXXVI, 12);

1885, p. 17-18; 33-34; P. FOURNIER, *Les coll. can. attribuées à Yves...*, *l. c.*, p. 624-648; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 308-313.

118. Cf. St. KUTTNER, *De Gratiani opere noviter edendo*, in *Commemoratio Decreti Gratiani...*, ex *Apollinaris*, t. XXI, 1948, p. 118-128.

119. Studia et investigationes non paucae recentius coeptae sunt ad *Decretum Gratiani* sincere denuo excudendum, quorum quaedam sufficiat hic adlegare: F. OLIVIER-MARTIN, *Manuscrits bolonais du Décret de Gratien conservés à la Bibliothèque Vaticane*, in *Mél. d'arch. et d'hist. de l'École Franç. de Rome*, t. XLVI, 1929, p. 215-257; St. KUTTNER, *Repertorium der Kanonistik (1140-1284). Prodromus corporis glossarum* (*Studi e Testi*, 71), Città del Vaticano, 1937; L. GUIZARD, *Manuscrits du Decretum Gratiani conservés à l'Université de Paris*, in *L'année canonique*, t. II, 1953, p. 77-102; G. FRANSEN, *Manuscrits canoniques conservés en Espagne*, in *Rev. hist. ècles.*, t. XLVIII, 1953, p. 224-234; J. RAMBAUD-BUHOT, *Plan et méthode de travail pour la rédaction d'un catalogue de manuscrits du Décret de Gratien*, *ibid.*, p. 211-223; Eiusdem, *Le «Corpus Iuris Civilis» dans le Décret de Gratien, d'après le ms. Lat. Nouv. Acq. 1761 de la Bibl. Nat.*, in *Bibl. de l'École des chart.*, t. CXI, 1953, p. 54-64. Ceterum consulat lector A. VAN HOVE, *o. c.*, p. 338-348, ubi magna librorum copia recensetur, et etiam A. M. STICKLER, *o. c.*, p. 200-216.

54,1 (d. LXXXI, 11); 44,1-2 (d. XCI, 1); 66 (III, 2, 9); 31,1 (III, 9,19); 30 (III, 9,20); 15 (VII, 1,18); 23 (VIII, 3,1); 32 (X, 3,4); 25 (X, 3,10); 91,1-2 (XI, 1,15); 81 (XI, 1,16); 59,3 (XI, 1,20); 51 (XII, 2,2); 92 (XVI, 1,18); 27 (XVI, 1,20); 36 (XVI, 1,31); 28 (XVIII, 2,4); 42,2 (XVIII, 2,9), 44,4-7 (XVIII, 2,30); 52,5-7.9-15 (XXIII, 5,42); 60,3-6 (XXIII, 5,43); 65 (XXIII, 5,44); 53 (XXIII, 5,45); 24,7-11.17-18 (XXIV, 1,33); 35,2-3.5-13 (XXIV, 1,34); 74,1 (XXIV, 3,13); 8,1-4 (XXV, 1,10); 75 (XXV, 2,16); 55 (XXV, 2,21); 64,1-2 (XXXII, 1,5); 45 (XXXII, 3,1); 21,4-5 (d. cons. IV, 30); 21,2-3 (d. cons. IV, 82). Haud paucae istarum epistularum Pelagio II perperam ab editore tribuuntur, duo vero excerpta ep. 59 (d. XVII, 4 et XI, 1,20), nomine Gregorii inscripta, Pelagio recte fuerant restituta. Multorum fragmentorum, quae spuria vel pseudoepigrapha sunt, initia in calce operis ordinavi; hic enim longum et inutile videretur omnia apocrypha minutatim recensere.

III
GENEALOGICA ET CRITICA

A) Collectionum genealogiae et stemma

Breviter explanare conabor hanc sat intricatam quaestionem, ne plus aequo extendantur prolegomena[1]. Duobus praesertim indiciis: 1) variae epistulae sive earundem lacinia quae in collectionibus continentur; 2) omissionibus et diversitate lectionum, genealogia coll. ostenditur. Istorum examine statim duae principes coll. familiae deteguntur, quas Gallicam et Italicam vocavi.

Familiae Gallicae etiam *Coll. Britannicam* adscripsi — etiamsi ea in Italia fuerit digesta — eo quod tam magnam affinitatem manifestet cum coll. Gallicis Ivonis Carnutensis, quae veri similiter, fontis instar, quandam coll. germanam *Coll. Britannicae*, quam littera β designavi, habuerunt[2]. Haec autem coll. β amissa, c. aa. 1087-1093 exscripta[3], has litteras servavit: 7,1-4; 15; 21,2-5; 23,4-6; 27; 28; 30; 31; 32; 33,2-5; 34,3-5; 36,2-3; 37,3-4; 42,2; 45; 46; 47,1-2; 48; 51; 52,4-5.6-7; 54,1; 56; 57,1; 59,8-9; 63; 64,1-2.3-6; 66; 67,2; 73; 74,1; 75; 81; 91,1-2. Ultra coll. Ivonis, id est, *Coll. Tripartitam* seu *Trium Partium* et *Decr, Ivonis* (nam *Panormia* solummodo ep. 54,1 habet, quae in eis non constet), etiam *Coll. in X partes* est adnumeranda familiae Gallicae, quippe quae praesertim a coll. Ivonis pendeat et a *Coll. Deusdedit* modo in aliis paucis.

Coll. Italicae, tam iis quae continent quam varietate lectionum, in quattuor magnos et quintum parvum ramum dividuntur.

Eorum primus et antiquitate et numero coll. quas comprehendit, complectitur *Coll. Anselmi Lucensis*, *Coll. in II libros*, *Bonizonis Librum de vita christiana*, *Coll. in XIII libros*, *Coll. in V libros*, *Polycarpum*, *Coll. in VII libros*, et tradit epp.: 18, 1-2.4; 18,2-4; 23,1-3.6; 24,7-11.17-18; 25; 28; 33,1-5; 34; 35, 2-3.5-13; 36; 42,2; 43,1.3-4; 44; 47; 52,5-7.9-15; 53; 56,1.3; 58; 59,3.8-9; 60,3-6; 64,1-2; 65; 69,1-3; 92. Iam vero adhuc in duos minores huc ramum secernere licet, id est: 1) *Coll. Anselmi Lucensis* cum *Coll. in XIII libros*, et *Coll. in II libros*, quae etiam non raro discriminantur; 2) *Bonizonis Lib. de vita christ.*, *Coll. in V libros*, *Polycarpus* et *Coll. in VII libros*, quae saepe — maxime tres ultimae — quadam propinquitate connectuntur.

Secundus amplectitur modo *Coll. Deusdedit* et *Coll. Chronologica*, quae ab illa derivatur, cum epp.: 12; 13; 14,2-5; 22,3; 24,9-10.11.14-18; 35,1.7.10.13-14; 52,5-6.7-11.12-13; 55; 59,8-9; 62; 67; 72,3; 75; 83; 85; 86; 88; 89; 90; 91.

Tertius constat una *Coll. Vindobonensi*, in qua servantur epp.: 19,22-26; 20; 21,1; 24,5-10.12-13.14.16-18; 35,1-5.7-9.10-13; 38,1; 43,1.3-4; 47; 49; 52,1-2.4-9.13-14.16; 53,10; 56,1.3; 59,2-3; 60,1-3. 4-5; 65,2.3-5; 69; 92.

1. Hic nihil exponam de Coll. Arelatensi, de qua iam supra in p. XXVII-XXIX, consulto dixi, neque de codd. antiquioribus qui unum duove Pelagii fragmenta continent, sub numeris 2-4 et 22 in p. XXX-XXXI et LX positis.

2. Cf. P. Fournier, *Les coll. can. attribuées à Yves...*, *l. c.*, t. LVII, p. 654-661; t. LVIII, p. 48-54; Fournier-Le Bras, *o. c.*, p. 60-62; 72-74. Utrum *Coll. Britannica* et coll. Ivonis Pelagii litteras ex communi fonte desumpserint, definire non audeo, quamvis id negandum potius crediderim. Saepissime quidem eae inter se consentiunt, et epistularum ordo in *Coll. Britannica* et in *Coll. Tripartita* est simillimus (cf. p. XXXV, XLI et P. Ewald, *o. c.*, *l. c.*, p. 594-595), sed numerus litterarum maior, et textus aliquando longior est in *Coll. Britannica*, quae insuper disentit identidem a lectionibus in coll. Ivonis servatis. Quae quidem discrimina potius diversitati fontium proximorum, quam operae auctorum collectionum tribuenda videntur; idcirco — non obstante magna similitudine — dubia, nec tamen certo improbanda, manet communitas originis proxima. Inde derivationis ratio mere probabilis vel hypothetica, quae in stemmate innuitur.

3. Cf. Fournier-Le Bras, *o. c.*, p. 60; 64; 73-74; 162; E. Amman-L. Guizard, *Yves de Chartres (Saint)*, DTC., t. XV, 2, c. 3625-3626; 3629.

Quartum constituit sola *Coll. Caesaraugustana*, in qua — etsi quidam influxus aliquando coll. Gallicarum, forte mutuata quoque aliqua detegantur — coll. tamen Italica est potius aestimanda. In aliquibus pendet, vel partim, id est, nunc in ista, tum in illa recensionum diversarum quibus est conservata, a coll. Italicis superioribus, in primis a *Coll. Anselmi* et *Coll. Deusdedit*, forte etiam a *Polycarpo*[4]; in aliis vero esse omnino sui iuris deprehenditur. Sequentes epistulae et fragmenta in ea insunt: 11,9; 21,2-5; 23,1-3.6; 24,7-10.14-18; 25,1-2; 28; 29; 33,2-5; 34; 35,2-3.5-14; 42; 45; 47,1-2; 50; 52,6; 54; 55; 56,1.3; 57,1.3; 81; 84; 87; 91,1-2; 92; 93; 94.


Quintus demum et parvulus ramus arboris familiaeve coll. Italicarum, est *Coll. Taurinensis*, una ubi exstant epp.: 95 et 96.

Istorum autem omnium, quae supra exposui, benevolus lector mihi, et sibi, parcet confirmationem ope lectionum exponendarum, maxime cum sit perspicua varietas magna litterarum, vel earundem excerpta quae in diversis partibus coll. Italicarum continentur. Ceterum, adtentior et curiosior lector facile revolvere potest varias quas in apparatu prostant lectiones; ibi enim praesto adest patens demonstratio stemmatis quod iuxta proponitur. Ut liquet, hoc stemmate non implicatas omnes relationes, quibus mutuo coll. canonicae s. xi^{2}-xii^{1} iunguntur, designare intendo, sed eas tantum quae inlustrant transmissionis rationem Pelagii litterarum, prout datur facultas, patefacere.

Ne stemma intricatum nimis redderetur, debui littera χ significare plures coll., sive privata textuum repertoria, unde diversos ramos Italicarum coll. prodiisse veri simile est. Cum autem perdifficile sit certo scire quamnam fuisse rationem transmissionis textus ab archivio Lateranensi ad nos coll. quarundam, probabiles sed non certas derivationis aut influxus vias lineis sectis expressi[5].

4. Quaestio de relationibus *Coll. Caesaraugustanae* cum antiquioribus coll. Italicis valde intricata est ob duplicem, immo triplicem forte eius redactionem. Eaedem litterae ex fontibus diversis haustis videntur pro recensionum diversitate. Quare illa solvi certo non potest, nisi prius altius pervestigentur formae variae *Coll. Caesaraugustanae* et relationes quae inter eas intercedunt.

5. In eo quod ad *Coll. Caesaraugustanam* spectat, influxus quoque certus sed partialis, super unam videlicet aliamve recensionum, lineis id genus designantur.



B) Criticae normae

Inter varias coll., quibus praesens nititur editio, multa intercedere discrimina origine, fine, compositionis ratione, auctoritate virorum qui eas conscripserunt diversa, res omnino perspicua est. Non omnes idcirco eiusdem faciendae sunt, sed quaedam maioris, aliae vero minoris sunt pretii. At neque illae quae pluris saepe aestimandae sunt, in cunctis epistulis eundem retinent, opinor, valorem, neque eadem pollent auctoritate, sed contra in singulis etiam litteris earum pondus sollicite est perpendendum. Similia observanda quoque sunt quod adtinet ad paragraphos quibus epistulae constant, ita ut quandoque contingere potest, aliquam coll. maioris auctoritatis in quadam litterarum parte, pondus habere minus in alio aliisve eiusdem epistulae locis, pro modo summario aut neglegentiore quo textum ibi coll. auctor descripsit.

His generatim dictis, addendum adhuc reor, quod in coll. canonicis, ob fines et proposita quibus ducebantur earum auctores, mirum existimandum non est, si longior breviore lectione quandoque verior reputetur. Omissiones enim in eis, etiam verborum paucorum, frequentes sunt, nam unusquisque ex decretalibus pontificum documentisque ceteris tantum desumebat quantum ad fines sibi prospectos, sive ad rubricam supra scriptam declarandam, faceret satis. Item adiciendum duco, maiorem fidem esse generatim, ceteris paribus, decernendam coll. iis quae, uti *Britannica*, *Tripartita*, *Vindobonensis*, *Coll. in II libros*, aliquatenus *Deusdedit*, et aliquando etiam *Coll. Anselmi Lucensis*, Pelagii litteras collectas in unum corpus continuum exhibent.

Quae cum ita sint, *Coll. Britannicae* prae aliis omnibus, ceteris paribus, ut patet, maius auctoritatis pondus est tribuendum, quippe quae ex ipso Lateranensi tabulario veri similiter exscripta fuit[6]; aliunde eius lectiones saepius probandae, etiam aliquando contra testimonium et consensum reliquarum coll. dinoscuntur. Auctoritati eiusdem, si iungitur cum *Coll. Vindobonensi* concordia, textus quem praebet praevalere certo debet — nisi aliud evidenter suadeat ratio interna contextus— contra reliquarum coll.

6. Dubium tamen manet, utrum re vera *Coll. Britannica* iam ab alio cod., aut ab ipso archivio Lateranensi, series Gelasii et Pelagii hauserit. Nil eius modi expresse adseveravit P. Ewald, *o. c.*, *l. c.*, p. 506-508, sed ex aliis verbis eiusdem P. Ewald, generaliore modo conclusisse videntur Fournier-Le Bras, *o. c.*, p. 155-159.

testimonium. Idem valet, ubi adest consensus *Coll. Britannicae* cum coll. Gallicis aut Italicis contra ceteras. Sin autem coll. Gallicae cum coll. Italicis, sive quaedam earum, adversus unam *Coll. Britannicam* consentiant, praesumptio stat pro illis. Verum, quando solae coll. Italicae, aut modo coll. Gallicae Ivonis, lectiones habent diversas ab eis quae in *Coll. Britannica* prostant, tunc, nisi aliud solide patenterque probetur, est retinendus textus quem *Britannica* praebet.

Coll. Vindobonensis magni saepius facienda est, propterea quod pristinam coll. Italicarum rationem haud semel servasse videtur. Attamen ea sola, neque contra *Coll. Britannicam*, neque adversus ceteras omnes coll. Italicas praevalere plerumque debet.

Coll. Gallicae Ivonis textui *Coll. Britannicae* propius quam familia Italicarum coll. communiter accedunt; quare ubi solae cum Italicis coll. concurrant, pluris plerumque quam coll. Italicae communes sunt habendae.

Ceterum, inter Italicas coll. communes quaenam generatim aliis praeferri debeant difficulter diceretur. Communiter enim aliae in stipite *Coll. Anselmi*, aliae vero litterae apud *Deusdedit* servatae fuerunt. Ubi autem ambo simul stipites concurrunt sedulo textus est inspiciendus, et eius maior aut minor integritas, qua ab utroque fuerit adservatus, ponderanda. Hic namque aliae, aliae illic coll. textum magis integrum servaverunt, ideoque, ceteris paribus, nunc hae, tum illae litteras rectius servavisse videbuntur. Quae quidem, licet supra iam animadverterem, liceat mihi denuo recolere. Ita aliquando factum est ut, paucis in locis, etiam *Coll. Deusdedit*, *Caesaraugustana*, *Vindobonensis*, ipsi *Coll. Britannicae* debeant praeferri.

Etiam criteria interna quandoque opus fuit adhibere: ita textum non semel restituere curavi ope lectionum similium, quae aliis in epistulis exstabant, utpote quae usum probabiliorem pontificis, in quibusdam vocibus vel locutionibus usurpandis, veri similiter prodant; aliis autem in locis ratio rhythmica cursus praebuit auxilium ad discernendam lectionem probandam.

IV

EPISTULAE GENUINAE, AMISSAE, SPURIAE, INEDITAE

Pelagii litterarum omnium sinceritas haud facile potest probari. Attamen, indiciis externis et internis simul collectis, cum sufficienti certitudine series epistularum genuinarum nostri pontificis statui licet.

Primo equidem de criteriis externis aliqua ut edisseram necesse est. Eorum primum est inscriptio nomine Pelagii, quod quidem, tamen, est minimum et infirmius fere indicium, nam spuria vel pseudoepigrapha quoque nomine Pelagii falso veniunt insignita.

Criterium alterum, maioris iam ponderis, est contiguitas cum aliis litteris papae genuinis, id est, quod quaedam epistula, sive eiusdem fragmenta, inveniatur in serie aliqua sincera litterarum nostri pontificis. Verum neque hoc argumentum, licet validius sit, certa semper auctoritate gaudet, cum etiam in coll. epistularum genuinarum spuria quandoque, vel pauca, reperiantur.

Huic indicio est aliud insigne connexum, videlicet, quod epistula aliqua, vel cuiusdam aliquod fragmentum, argumento, personis, aliisve rationibus iungatur cum aliis litteris quae Pelagii certo sunt. Hoc tamen iam potius inter notas internas, de quibus statim erit sermo, reducendum et adnumerandum est.

Inter istas internas auctoritatis notas, securiores forte habendae sunt illa adiuncta historica quae in litteris referuntur, quippe quae, si a tempore vel ab historicis adiunctis propriis aetatis qua vixit Pelagius abhorreant, docent eas in quibus inveniuntur epistulis serius a falsario quodam viro fuisse confictas. Uno isto signo plures fictae litterae statim falsitatis convincuntur.

Aliud internum insigne auctoris praebent stili notae et numeri, vel potius rhythmi, leges. His autem indiciis caute et parce uti oportet, nam multis inlusionibus et praeiudicatis ideis sunt obnoxia. Nihilo autem minus, etiamsi sola adhibita nil positivi fere umquam certo evincere valent, negative non nihil auxilii possunt aliquando praestare. Unius argumenti stili infirmitatem

sat luculenter ostendunt duae Pelagii epp. 29 et 36, quae etiam recenter non fuerunt abiudicatae a Gelasio, ut opus erat[1].

Iam vero ad litteras Pelagianas quod adtinet, si excipias eas quae in *Coll. Arelatensi* continentur, quarum auctoritas undequaque roborata est[2], paucae sunt quae dubia non inferant, cum multae nomine Gelasii donentur, aliae in *Coll. Britannica*, et quidem partim post litteras nomine Gelasii insignitas, inscriptione careant.

Quae ita cum sint, tam implicata crebro evadit quaestio de sinceritate epp. Pelagii, ut saepe singulatim perpendenda sunt argumenta, quemadmodum identidem in notulis ad litteras singulas factum est. Hic autem vel quaedam generatim praemittenda sunt quoad falsam nomine Gelasii inscriptionem, quae iterum iterumque occurrit.

Velut principium quoddam, hoc potest enuntiari: quotiens aliquae litterae sub Pelagii et Gelasii nominibus simul in diversis coll. veniunt, praesumptio — ceteris paribus — stat pro Pelagiana origine litterarum. Et quidem: 1) dum Gelasii nomen nulla mala infamiae nota inuratum erat, Pelagii nomen male sonans facile esse poterat auribus praesertim minus doctis scribarum — fortassis et auctorum — coll. canonum s. XI-XII. Neque praetermittendum est quam notum, forte et venerabile, fuit scribis s. XII Gelasii nomen, quod nuper Romanus pontifex gesserat; contra, Pelagii nomen iis, quibus abominationi non erat, saltem parum fuerat cognitum. Inde facilior evasit mutatio nominis auc-

1. Cf. Ph. V. BAGAN, *o. c.*, p. 30, b); 31 (Thiel, Frag. 3,6); 36 (Thiel, Frag. 3,9); 68 (Thiel, Frag. 3,8); 106 (Thiel, Frag. 3,3); 182 (41,9). Haec autem omnia casu, nec requirens, inveni. Auctor qui Gelasii stilum bene cognoscere praesumendus est, non vidit cur eae litterae a Gelasio abiudicari oporteret. Minime vero est in animo illum propterea carpere. Neque A. Thiel qui eas, velut Gelasii litteras edidit, neque W. HAACKE, *Die Glaubensformel des Papstes Hormisdas im Acacianischen Schisma* (*Anal. Gregoriana, Ser. Facult. Theol.* XX), Romae, 1939, p. 32-44, qui alias litteras Gelasii damnavit, nil adversus falsas epistulas Gelasianas de quibus est sermo dixerunt. His tantum significare intendo quam difficile sit vel quaedam ut spuria reiicere solo stili argumento fultus. Videas etiam infra n. 5.

2. Fidem indubiam et evidentem epistulae huius coll. merentur. Quod etiam tam severus criticus ut C. SILVA-TAROUCA, *Nuovi studi sulle antiche lettere dei Papi*, in *Gregorianum*, t. XII, 1931, p. 15 et 18 simpliciter admittit. Cf. supra, p. VIII, n. 6. Hinc licitum erat, harum stili notas bene perpendere, et examinare utrum in ceteris litteris et similis ratio stili, et eadem verborum frequentia servaretur; sed hac via qua quidem multum libebat incedere, progredi non vacavit.

toris in eis epistulis earundemque fragmentis, quae velut veneranda antiquorum patrum testimonia, auctoritatis plena, promebantur; 2) quaedam priscae coll. vel aliqua privata decretalium repertoria s. XI ex., etiam vel partim ipsa *Coll. Britannica*, potius dictata quam ex Lateranensi archivio exscripta fuisse videntur[3]. Facile exinde explicatur, maxime habita ratione eorum quae ante exposui, transitus a Pelagio in Gelasium, haud raro forma Gelagii intercedente; 3) lapsu temporis, in coll. canonicis Pelagius, paulatim sed continuo progressu, Gelasio cessit. Mutatio in beneficium Gelasii, quamvis contra aliquotiens excerpta litterarum eius Pelagii nomine in *Polycarpo* inscribantur, iam reperitur quandoque in codd. antiquioris *Coll. Anselmi*, sed deprehenditur potissimum in coll. posterioribus, ut in *Polycarpo*, *Coll. in VII libros*, *Caesaraugustana*. Ita, exempli causa, in recensione altera *Polycarpi* tres epistulae quae in prima recte Pelagii nomine insignitae erant, Gelasio tribuuntur. In cod. *Vaticano lat.* 1346, qui est vetustior *Coll. in VII libros*, omnes Pelagii sincerae litterae probe nominibus Pelagii sive Gelagii praeficiuntur; in codd. vero serioribus iam 9 et 7 epistulae tantum ex 14 quae in coll. servantur, Pelagio addicuntur. Animadvertere iuvat, verbi gratia, quod in cod. *Vindobonensi* 2186, qui novissimus codd. coll. reputatur[4], duae epistulae quae in *Vaticano lat.* 1346 rite inscriptae erant, Gelasio donantur; quae in cod. *Vaticano* praefato sub Gelagii nomine exstabant, Gelasio item in cod. *Vindobonensi* tribuuntur; una demum recto titulo indita in cod. *Vaticano* iam Gelagii nomen accepit in cod. *Vindobonensi*. Similiter res acciderunt in variis recensionibus et codd. *Coll. Caesaraugustanae*, nisi quod in ea iam ab initio, utpote qua seriore, tituli plus vitiis corruptionis labora-

---

3. Quod *Coll. Britannica* fuerit vel partim dictata, potius quam ab alio cod. descripta, suadent menda aliqua quae in ea reperiuntur, aliquando ab ipso scriba statim, ut videtur, emendata, exempli gratia: *lapores* corr. in *labores* (ep. 77,1); *iccidco* pro *idcirco* (ep. 19,3); *babtismum* corr. in *baptismum* (ep. 56,3); *qui* pro *quia* (ep. 58,2); *Macello* pro *Marcello* (tit. ep. 57); *Mercellino* pro *Marcellino* (tit. ep. 63); *detentoque Laurentio* pro *detento Clarentio* (ep. 64,6); *epdomada* (ep. 43,3). Facilius illa hypothesi explicaretur frequens mutatio *y* in *i*, et alia forte menda ut *karitas*, *diffinitio*, cetera. At fateri tamen oportet, alia multa, in locis haud paucis, suadere potius eam fuisse plerumque exscriptam. Animadvertendum denique est, eadem menda aut consimilia inveniri quoque non raro in aliis coll. canonum. Quod adtinet ad *Coll. Anselmi Lucensis*, cf. FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 34-35.

4. Cf. FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 186-187.

bant. Itaque ex hucusque dictis concludere licet: ubi aliqua sive aliquae coll. aliquo externo indicio inscriptionis, vel insertionis in serie litterarum Pelagii, contra aliam aliasve quae Gelasio litteras adsignant, epistulam quandam Pelagio nostro vindicant, illis potius est fidendum, nisi aliud evidenter suaserint internae rationes contextus aut historica adiuncta.

Ad argumenta interna quod spectat, multum saepe iuvat historia ad explorandam originem probabiliorem litterarum, sicut et relationes cum personis et factis qui in aliis epistulis genuinis occurrunt, et istis criteriis non semel sum usus. Stili autem Pelagii notae iuvamen in paucis solummodo praebuerunt, nam paucum nimis distant insignia stili Gelasii I et illa nostri pontificis, qui 50 circiter post annos illum secutus est[5]. Forte ubi maius discrimen ostenditur est in cursu rhythmico, qui accuratior et magis constans apud Gelasium deprehenditur. Pelagii vero cursus iam minus quam stilus Gelasii numeri seu metri leges servare, frequentius claudicare videtur. Cursus rationem habui, ut iam dixi, in textu restituendo[6].

---

5. Quam difficulter, ratione solius stili, discerni possint litterae pontificum ss. V-VI, a Gelasio ad Pelagium, indicavit C. COEBERGH, *Le pape saint Gélase auteur de plusieurs messes et préfaces du soi-disant sacramentaire léonien*, in *Sacris erudiri*, t. IV, 1952, p. 93-94.

6. Quoad cursum apud Gelasium I, cf. F. DI CAPUA, *Il ritmo prosaico nelle lettere dei papi... dal IV al XIV secolo*, vol. III, Roma, 1946, p. 115-139. Apud Pelagium vero, praeter quattuor usitata cursus genera, in cancellaria Romana recepta, inveniuntur non semel modos rhythmi sequentes: 1) ´ - - | - ´ - - ; 2) ´ - | ´ - -; 3) ´ - | ´ - - - (raro). Omnium istorum quae reperiuntur exempla aliquando deficienti textus traditioni imputari forte possunt, utpote quae praecipue in coll. canonicis serioribus inveniantur, non autem omnia. Ita, exempli gratia: 1) *léges non recípiunt* (ep. 31,1), quod forte legendum esset: *non recípiunt léges; habere negótium insólitum* (ep. 95,1), probabilius legendum: *negotium habére insólitum*; *tamen stipéndium conséquitur* (ep. 85), probabiliter legendum: *stipendium támen conséquitur*; *religioso aliéna sunt propósito* (ep. 51,1), forte legenda: *religioso sunt aliéna propósito*; *possit términum recípere* (ep. 62,2), quod melius scriberetur: *possit recípere términum* vel *términum recípere póssit*; *quod nunc in isto corréctum est culpáuimus* (ep. 38,4), forte scribendum: *quod nunc in isto est corréctum culpáuimus; istius officii diuérsitas est* (ep. 27,2), origine forte: *istius offici diuérsitas est*, aut *officii istíus diuérsitas est?;* 2) *ueheménter stupeo* (ep. 10,2), quod absque dubio est legendum: *ueheménter stupémus*; 3) *particuláris scísmatis est* (ep. 59, 5), quod probabiliter fuit: *particuláris est scísmatis*. Quae quidem omnia, licet veri similia, mutare non ausus sum, nam aliis in locis cursus certo aut probabilius deficit. Ita, verbi gratia: 1) *cathólicis tradíderit* (ep. 3,3); 2) *sacerdotum colligeréntur scísmata* (ep. 38,1), ubi, sicut et in sequen-

Non omnes quas noster pontifex litteras scripsit, hic edi iam patet. Annorum 556-557 solae epistulae *Coll. Arelatensis* probabilius sunt quae supersunt, ceterae eiusdem temporis periisse videntur. Annorum autem 558-561 modo 85 epp., quarum plurimae sunt mera fragmenta, adservatae fuerunt. Notandum insuper est, has ferme cunctas 85 litteras ad episcopos vel magistratus Italiae missas fuisse, unde deperiisse coniicitur alias litteras papae scriptas ad praesules reliqui orbis. Uno verbo, plures sunt litterae Pelagii amissae; mira non est res. Iam vero harum deperditarum epp. quaedam nobis innotuerunt testimonio aliarum quae exstant pontificis litterarum. Pretium igitur operae erit hic vel breviter referre illa amissa papae monumenta, quae videlicet sunt: 1) epistula aut professio fidei ad Sapaudum Arelatensem missa cum ep. 3, cuius mentio in ep. 19,25 occurrit, si existimanda non est ipsa ep. 3[7]; 2) epistulae ad Ioannem Nolanum antistitem, quarum fit mentio in ep. 17,1, p. 52[8]; 3) litterae ad Tullianum episcopum Grumentinum missae, ut testantur epp. 56,2 et 58,1, p. 148 et 154; 4) epistula ad Valerianum patricium, ad quam fit adlusio in ep. 59,3, p. 156[9]; 5) litterae ad praesulem Spoletinum Paulinum de quibus loquitur in ep. 68, p. 177[10]; 6) litterae missae ad Iulianum antistitem Cingulanum memorantur in ep. 84,1, p. 205[11]. Periit item tabula ubi memoria fiebat consecrationis ecclesiae Sc̄i. Petri ad Vincula, Romae, a Pelagio peracta[12]. Cetera vero privilegia et acta quae Pelagio tribuuntur sunt commenticia[13].

Spuria sub nomine nostri pontificis, iam adhuc eo vivente, circumferebantur ab adversariis eius; ea vero papa reiecit deque

tibus, cursus claudicare certo videtur: 1) *uiuere non hábeo* (ep. 94); *rationabíliter respóndeo* (ep. 95,2); 2) *et opiniónis glóriam* (ep. 52,16); 3) *ésse* vel *defendísse non dúbium est* (epp. 11,2.6 et 52,9). Semel vero codd. testimoniis utens, cursum primigenium restitui (ep. 63,3: *praefatam scripserit causam)*, et aliis multis in locis lectio consonans rhythmo, ut par erat, ceteris praetuli.

7. Cf. p. 60.

8. Cf. P. Kehr, *o. c.*, t. VIII, p. 299,9.

9. Cf. P. Kehr, *o. c.*, t. VI, 1, p. 31,16.

10. Cf. P. Kehr, *o. c.*, t. IV, p. 7,3.

11. Cf. P. Kehr, *o. c.*, t. IV, p. 211,2.

12. Cf. P. Kehr, *o. c.*, t. I, p. 47,2.

13. Cf. P. Kehr, *o. c.*, t. III, p. 21,1; 23,1; t. V, p. 23,21: 246,2; t. VI, 1, p. 286,2.

iis questus est in epp. 3,4-5 et 80, p. 8 et 196. Falsae illae litterae perierunt quidem, sed aliae, nec minori certe numero, earum loco subrepserunt. Passim enim in coll. canonicis obveniunt epistulae et fragmenta, puro Pelagii nomine insignita, quorum pleraque non nisi excerpta sunt confictarum a Pseudo-Isidoro litterarum, alia vero pauciora, epistulae vel earundem fragmenta Gelasii I, quae errore scribarum quinquies aut sexies nostro pontifici in *Polycarpo* addicta sunt. Istorum omnium initia, quae longum est hic recensere, in finem operis relegavi, post initia genuinarum litterarum sive earundem fragmentorum Pelagii nostri[14].

Curas sollicitudinemque impenditas in hanc sincerarum epistularum Pelagii I editionem, iam satis, opinor, benevolo lectori patere. Illas tamen liquidius adhuc ostendent nova, hucusque nondum edita, parva fragmenta pontificis, quae hic illic feliciter deficientem complent textum. Inedita ista inventa sunt in *Coll. Britannica* (a S. Loewenfeld miro modo praetermissa), in *Coll. Caesaraugustana* et *Vindobonensi*.

En brevis conspectus horum noviter repertorum: 1) ep. 20,3: *siue etiam sacrae actionis tempore...sacratam indui uelis*, ex *Coll. Britannica*[15]; 2) ep. 23,6: *Data IIII Nonas Februarias*, quod in *Coll. Caesaraugustana* notatur; 3) ep. 25,2: *nulli permissurus ultra duos solidos cathedratici nominis licentiam, nec ipsa*, quibus § 2 integrus evadit, et in eadem ep. 25,3: *ut his ita... custoditis... corrigantur*, id est, conclusio litterarum, in *Coll. Britannica* reperta; 4) ep. 42,1: *beati Iohannis in Cathena*, nomen scilicet ignotum pervetusti monasterii Catinensis, ibidem praeterea, paulo post: *quem antea locus ipse habuisse dicitur et...exinde perhibetur expulsus*, quibus § 1 completur, in *Coll. Caesaraugustana* detecta; 5) ep. 52,16: *Explete ergo nunc consuetudinem uestram et habebitis...et opinionis gloriam*, conclusio videlicet litterarum, quam *Coll. Vindobonensis* praebuit; 6) ep. 54,2: *ita ut si quando exinde egredi... temptaverit...et indubitanter patiatur exilium*, scilicet integrus § 2, qui in *Coll. Caesaraugustana* latuerat; 7) ep. 60,1: *Promiseratis de illo Paulino...eum ad nos...occursurum...non solum hoc non fecit sed et ibi multa scelera... perpetrasse*, id est, initium amissum litterarum, quod *Coll. Vindobonensis* suppeditavit; 8) ep. 67,1: *qui iam ad loca ipsa paulo ante fuerat*, et paulo post, *illud in eius persona maxime perlegentes...in affectu debito animis inhesisse*, quibus

14. Cf. p. 237-240.

15. Folia codd. invenies notata in apparatu ad singulas epistulas.

verbis, quae hucusque in *Coll. Britannica* latitaverant, § 1 expletur. His non adnumerantur verba singula aliquando ab editoribus oblita, uti accidit in epp. 9,1; 23,6; 34,4; 49,2; 57,2; 59,3, aut aliis substituta, nec textus noviter dispositus velut in epp. 19,22-29; 24,2-3; 37; 38; 64; 82,2-3, quibus omnibus Pelagianae epistulae, prout data fuit facultas, fuerunt in multis locis sanatae atque expletae.

V

DE EDITIONIBUS PRAETERITIS

Nulla prodiit hucusque editio completa epistularum Pelagii I papae, adeo ut exinde hoc opus editio princeps earum, quae tamen omnes, nunc hae, tum illae crebro sub prelo fuerunt, non inmerito dici posset. Quam ob rem brevius aliqua de praecedentibus editionibus, ubi litterae pontificis in lucem prodiere, edisseram. Ordine temporis ab antiquioribus in recentiores descendens summatim eas recenseo, et epistulas quae in illis continentur dinumero; iudícia quaedam de bonitate textus in eisdem traditi rarius profero, et hoc magis ad recentiores editiones quod pertinet.

Pelagii litteras, maxime quae in *Coll. Arelatensi* erant servatae, inveniuntur praesertim in conciliorum editionibus, ubi decreta et epistulae pontificum saepius eis synodis iunguntur. Vetustiora autem opera, ubi spuria tantummodo reperiuntur, in notulas brevius memini[1].

SIGONIUS

1577

Caroli Sigonii, De Occidentali Imperio libri XX, ab anno 284 ad annum 565, Bononiae, 1577, in folio, (non vidi).

1. Vetustiores conciliorum edd. Jacobi Merlin(i) (Parisiis, 1524; Coloniae, 1530; Parisiis, 1535), Petri Crabbe (Coloniae, 1538; 1551), Laurentii Surii (Coloniae Agrippinae, 1567), Dominici Nicolini et Dominici Bollani, qui opus Surii iterum excussum aliquantulum mutatum et auctum Sixto V dicaverunt (Venetiis, 1587), ubi tantum litterae commendaticiae Pseudo-Pelagii I ad Vigilium, J-K. 973, a Pseudo-Isidoro confictae, inveniuntur, videas apud dom H. QUENTIN, *o. c.*, p. 7-20.

1732

Caroli Sigonii Mutinensis Opera Omnia edita, et inedita, cum notis variorum illustrium virorum et ejusdem vita a Cl. V. Lud. Antonio Muratorio serenissimi ducis Mutinae Bibliothecario conscripta, Philippus Argelatus Bononiensis nunc primum collegit, suasque animadversiones in aliquot ipsius Sigonii Opuscula adjecit... Tomus Primus..., Mediolani, MDCCXXXII, In Aedibus Palatinis. In folio; exstant ibi in

c. 747-749, epp. 65,1-4; 52,14-15 + 60,3-6; 53,1-7.10; 59,3, liberius adlegatae, quae omnes ad Narsetem scriptae perperam putantur.

VIGNIER

1587

La Bibliothèque Historiale, de Nicolas Vignier de Bar sur Seine, ... Contenant la disposition et concordance des temps, des histoires, et des historiographes, ensemble l'estat des principales et plus renommées Monarchies selon leur ordre et succession...Tome second. A Paris chez Abel l'Angelier ... MDLXXXVII. In folio; exstat ibi in

p. 186, ep. 52,15, extracta ab opere Sigonii, quare ad Narsetem scriptam etiam falso reputatur.

CARAFFA-D'AQUINO[2]

1591

Epistolarum decretalium summorum Pontificum. Tomus primus (— tertius)... Romae, in Aedibus Populi Romani, apud Georgium Ferrarium, M.D.XCI. Superiorum permissu. In folio; exstant ibi in

p. 618-620: Pseudo-Pelagii I J-K. 973; p. 620-621: ep. 65; p. 621-622: epp. 52,5-7.9-15 + 60,3-6; p. 622-623: ep. 53; p. 623: ep. 59,3.8-9. Quae omnes litterae sincerae, ex *Coll. Anselmi* et *Polycarpo* desumptae, missae ad Narsetem perperam dicuntur, nam una ep. 60 ad illum ducem fuit re vera scripta.

2. Quoad hanc editionem cf. dom P. COUSTANT, *Epistolae Romanorum Pontificum, et quae ad eos scriptae sunt, a S. Clemente I, usque ad Innocentium III, quotquot reperiri potuerunt, seu novae, seu diversis in locis sparsim editae, adjunctis fragmentis, spuriis segregatis... Tomus 1. ab anno Christi 67, ad annum 440.* Parisiis, MDCCXXI, p. CXXXVII-CXXXIX, et dom H. QUENTIN, *o. c.*, p. 23-24, n. 3.

BARONIUS

1596

Quamvis primus tomus editionis primae a. 1588 Romae prodierit, sub titulo *Annales ecclesiasticae a Christo nato...*, tomus tamen septimus, ubi Pelagii epistulae inveniuntur non editus fuit usque ad annum supra notatum; editionem principem conferre non licuit. Reliquas editiones, ultima excepta, quam contuli, praetermitto.

1867

Caesaris S. R. E. Card. Baronii, Od. Raynaldi et Jac. Laderchii, congregationis Oratorii presbyterorum, Annales Ecclesiastici. Denuo excusi et ad nostra tempora perducti ab Augustino Theiner, ejusdem congregationis presbytero, sanctiorum tabulariorum Vaticani praefecto, ... Tomus decimus 546-599. Barri-Ducis, Ludovicus Guerin, Eques Ordinis S. Silvestri, et Socii, Typographi editores. M DCCC LXVII. In folio; exstant ibi in

p. 152-153: epp. 52,5-7.9-15 + 60,3-6; p. 153-154: epp. 59,3.8-9 et 65; p. 154-155: epp. 53 et 5; p. 155: epp. 6 et 4; p. 156: epp. 1; 2; 8; p. 157-158: epp. 3 et 10; p. 158-159: ep. 11; p. 177-178: ep. 9; p. 178-179: ep. 7. Epistulas istas hausit Baronius partim ex ed. Caraffa-d'Aquino, partim est usus schedis d'Aquino quas illi paraverat ad suum *Auctarium* edendum[3]. *Coll. Arelatensem* de qua loquitur Baronius ipse cognovit in cod. *Vallicellano* G 99, apographo cod. *Colbertini* 5141, postea *Regii* 3989/3, tandem *Parisini Bibl. Nat. lat.* 5537 *(a_3)*[4]. Inde deficientiae eius editionis[5].

BINIUS

1606

Concilia Generalia et Provincialia, quaecumque reperiri potuerunt; Item Epistolae decretales, et Romanor. Pontific. Vitae. Omnia studio et industria Rever. D. Severini Binii, SS. Theologiae Licentiati, et B. Mariae Virginis ad Gradus Coloniae Canonici, Ex Manuscriptis, aliisq; emendatioribus Codicibus aucta, eorundemq; collatione recognita, Notis utilissimis illustrata, historica methodo disposita, et in Tomos quatuor distributa. Tomus secundus quo quid continentur, vide lector Pagina sequenti. Additi sunt Indices duo; unus rerum et verborum; Alter Locorum S. Scripturae Fuse explicatorum. Permissu superiorum ... Coloniae Agrippinae, Apud Ioannem Gymnicum et Antonium Hierat. Anno M.DC.VI. Cum gratia et Privilegio Sacr. Caesar. Maiestas. In folio; exstant ibi in

p. 627-633, epp. J-K. 973, spuria, Pseudo-Isidori; 65; 52,5-7.9-15 + 60,3-6; 53; 59,3.8-9; 5; 6; 4; 1; 2; 8; 3; 10; 11; 9; 7, sumptae ex edd. Caraffa-d'Aquino et Baronii; in p. 695-696, Pelagio II falso tributae, inveniuntur epp. 27; 47; 23; 32; 91,1-2; 81, ex *Decreto Gratiani*, ut videtur, excerptae. Auctoritas igitur et bonitas ed. Binii est quam habent eius fontes.

1618

Concilia Generalia et Provincialia Graeca et Latina quotquot reperiri potuerunt...Tomi Secundi pars II. Coloniae Agrippinae, Sumptibus Ioannis Gymnici, sub Monocerote. Anno M.DC.XVIII... In folio; Pelagii litterae supra recensitae exstant in p. 195-202; 260-261.

1636

Concilia Generalia et Provincialia Graeca et Latina quotquot reperiri potuerunt omnia...Opera et studio R. D. Severini Binii S. Theol. Doctoris et Profess. Metropol. Eccles. Coloniensis Canonici et Presbyteri C. ex Manuscr. Codicibus inter se collatis aucta et recognita, notis illustrata, et historica methodo disposita. Opus nunc primum in Gallia diligentius quam antea et accuratius editum, ab eius Collectore denuo recognitum, et in Tomos novem distributum; Indicibus item suis locupletatum:...Tomus Quartus (—Primus) Lutetiae Parisiorum. Sumptibus Caroli Morelli, typographi Regii. M.DC.XXXVI... In folio; eaedem epistulae in p. 401-410; 480-481[6].

PAULUS V

1608

Editio Romana conciliorum generalium, sub Paulo V pontifice maximo, parata ab Antonio Caraffa, Federico Borromeo, Francisco Toleto et Petro Morino, sequenti insignita titulo: Τῶν ἁγίων οἰκουμενικῶν Συνόδων τῆς Καθολικῆς Ἐκκλησίας ἅπαντα *Concilia generalia Ecclesiae Catholicae Pauli V. Pont. Max. auctoritate edita. Tomus primus. Pleraque Graece nunc primum prodeunt:*

3. Cf. dom P. COUSTANT, *ibid.*, p. CXXXIX-CXL.

4. Cf. dom P. COUSTANT, *ibid.*, p. CXXXIII, n. 165, atque P. et H. BALLERINI, *o. c.*, p. CLXX-CLXXIII.

5. Cf. quod de eius cod. notavi in p. XXVIII.

6. Titulos integros et iudicia de modico pretio harum edd. vide sis apud dom H. QUENTIN, *o. c.*, p. 21-24.

omnia autem ex antiquis exemplaribus tum Graecis tum Latinis diligenter recognita. Romae, Ex Typographia Vaticana, MDCVIII ...Tomus Quartus. Ex Typographia Reverendae Camerae Apostolicae MDCXII. In hoc opere, quod videre non potui, esse videntur eae litterae, quae in ed. Caraffa-d'Aquino fuerant publicatae[7].

SAXIUS

1629

Pontificium Arelatense, seu Historia primatum sanctae Arelatensis ecclesiae, cum indice rerum politicarum Galliae ac Provinciae tempore uniuscuiusque primatis, authore Petro Saxio... Aquis Sextis, typis J. Roize, 1629. In quarto; exstant ibi in

p. 128-131, epp. 5 et 6, ex cod. *Parisino Bibl. Nat. lat.* 5537 probabilius sumptae.

SIRMONDUS

1629

Concilia antiqua Galliae tres in Tomos ordine digesta. Cum epistolis Pontificum Principum constitutionibus, et aliis Gallicanae rei Ecclesiasticae monumentis. Quorum plurima vel integra, vel magna ex parte, nunc primum in lucem exeunt. Opera et studio Iacobi Sirmondi Societatis Iesu Presbyteri. Lutetiae Parisiorum. Sumptibus Sebastiani Cramoisy. M.DC.XXIX. Cum Privilegio Regis. In folio; exstant ibi in

t. I, p. 303-311, epp. 1-6; 8-9; 7, ex codd. *Coll. Arelatensis* quibus et ego usus sum $a_1\, a_2\, a_3$, quos vocat *Pithoeanus, Lirinensis* et *Arelatensis*[8]. Textum Baronii Sirmondus meliorem reddidit, sed adhuc nimis est fisus auctoritati cod. *Arelatensis* (*Paris. Bibl. Nat. lat.* 5537) vel ed. Baronii, cui non semel consentit.

7. Cf. dom H. QUENTIN, *o. c.*, p. 25-28.

8. Cf. quae supra in p. XXVIII, n. 3, scripsi. Serius enim cognovi notulas, lectiones et animadversiones postumas I. Sirmondi et aliorum, quae in fols. 292-296 cod. *Vaticani lat.* 9863, chart., s. XVIII exstant, ad hanc editionem pertinentes. Eisdem, cum aliis quae notaverat dom P. Coustant in cod. *Vaticano lat.* 9856, chart., s. XVIII certius recognoscere potuissem nomina antiqua eorum codd. et cum meis maiore securitate componere. Haec autem omnia, que praetii fuisset conferre, pro dolor, tardius novi. Cf. M. VATASSO-H. CARUSI, *Bibliothecae Apostolicae, codices manu scripti recensiti... Codices Vaticani Latini. Codices 9852-10300*, Romae, 1914, p. 5; 15; 91. — De auctoritate et fidelitate ed. I. Sirmondi, cf. dom H. QUENTIN, *o. c.*, p. 28-29.

REGIA

1644

Conciliorum omnium generalium et provincialium collectio regia. Parisiis. E Typographia Regia. M DC XLIV. Constat ex 37 voluminibus, in folio magno; exstant ibi litterae, quae in edd. Binii et Sirmondi editae erant[9].

GALLIA CHRISTIANA

1656

Gallia Christiana, qua series omnium Archiepiscoporum Episcoporum et abbatum Franciae, vicinarumque ditionum, ab Origine Ecclesiarum, ad nostra tempora per quatuor tomos deducitur. Et probatur ex antiquae fidei Manuscriptis, Vaticani, Regum, Principum, Tabulariis omnium Galliae Cathedralium et Abbatiarum. Opus Fratrum Gemellorum Scevolae et Ludovici Sammarthanorum auctum, et primo in lucem editum a Petro Abello et Nicolao Sammarthanis, Scevolae filiis, Ludovici nepotibus. Tomus I...Lutetiae Parisiorum, Apud Viduam Edmundi Pepingue, in majore Aulâ Palatij, prope Ianuam Aulae Delphinae. M.DC.LVI. Cum privilegio Regis, et mandato Cleri Gallicani. In folio parvo; exstat ibi in

p. 41, ep. 5

1870

Gallia Christiana in Provincias Ecclesiasticas distributa qua series et Historia Archiepiscoporum...probatur ex authenticis instrumentis ad calcem positis Opera et studio Domni Dionysii Sammarthani presbyteri et monachi ordinis sancti Benedicti e Congregatione Sancti Mauri nec non monachorum ejusdem Congregationis. Editio altera, labore et curis Domni Pauli Piolin presbyteri et monachi ejusdem ordinis Sancti Benedicti e Congregatione Gallica recensita et aucta. Tomus Primus...Parisiis, Apud Victorem Palme, Bibliopolam Romae Libraria S. Congregationis de Propaganda Fide M.DCCC.LXX. In folio; exstat ibi in

c. 539, eadem ep. 5, quae notatur in margine [ep.] 12.

In opere canonicorum J.-H. ALBANÈS et U. CHEVALIER, *Gallia Christiana Novissima...Arles*, Valence, 1900-1901, c. 66-68, dantur regesta et parva excerpta epp. 1-5; 9; 19, quae ad Sapaudum fuerunt missae, aut de illo loquuntur.

9. Cf. dom H. QUENTIN, *o. c.*, p. 28.

HOLSTENIUS

1662

Collectio Romana Bipartita veterum aliquot historiae ecclesiasticae monumentorum, edi coepta a Luca Holstenio...absoluta post eius obitum...Romae, Typis Iacobi Dragonelli, M.DC.LXII. In quarto parvo; exstant in ibi

p. 219-241, epp. 24,7-18; 35,1 *a scismaticorum...debetis.* 2-3.5-14; 59,3.8-9 + 52,5-7.9-15; 33,1-5; 86; 89; 22,3; 91; 62; 67; 72,3; 43,1.3-4, quas excepit auctor ex *Coll. Deusdedit, Anselmo* et *Polycarpo,* aliqua forte a *Decreto Gratiani,* quod in margine, ut et *Coll. Deusdedit,* septies notatur, minime vero, ex *Coll. in II libros (Q),* qua ego sum usus[10]. Recensio Holstenii est generatim bona, parvis mendis aut dubiis emendationibus tantum maculatur, nec multum abest a veritate[11].

LABBEUS-COSSARTUS

1672

Sacrosancta concilia ad Regiam editionem exacta quae nunc quarta parte prodit auctior studio Philip. Labbei, et Gabr. Cossartii, Soc. Jesu Presbyterorum. Tomus Primus (—Decimus-Quintus). Ab initiis aerae Christianae ad annum CCCXXIV (—ad annum M DC LXIV). Lutetiae Parisiorum. Impensis Societatis Typographicae Librorum Ecclesiasticorum jussu Regis constitutae M DC LXXI. (—M DC LXXII). Cum privilegio Regis Christianissimi. Constat ex 17 voluminibus, in folio. Opus, quod conferre non valui, continere tantum videtur in t. V, fictum Pseudo-Isidori, J-K. 973, et ep. 7, ex ed. Sirmondi excerpta, quas postea edidit iterum I. Harduinus.

BALUZIUS

1700

Stephani Balvzii Miscellaneorum Liber Qvintvs, Hoc est, Collectio Vetervm monumentorum quae hactenus latuerant in variis codicibus ac bibliothecis...Parisiis Excudebat Franciscus Mvgvet Regis, Cleri Gallicani, et illustrissimi Archiepiscopi Parisiensis Typographus. M DCC Cum Privilegio Regis, In 12°; exstant ibi in

10. Cf. E. STEVENSON, *o. c., l. c.*, p. 318, n. 9.

11. Epistulas a L. Holstenio editas invenies etiam apud MANSI t. IX, c. 730-736, et apud MIGNE, PL. 69, c. 411-416.

p. 464-466, epp. 50; 57,1.3; 87; 84; 69,1-3; p. 467-468, epp. 18,1-2.4; 23,1; 47, Pelagio II male tributae; p. 460, ep. 29, quae Gelasio falso adsignatur. Omnes excerpsit Baluzius ex codd. *Colbertinis* 4047 et 4048, et e cod. *Rivipullensi,* maxime ex duobus primis, id est, ex codd. *Paris. Bibl. Nat. lat.* 3881, 3876 et 3875, meis codd. P_1, C_3 et C_2. Transcriptio est satis accurata, et omissis parvis differentiis orthographicis et emendationibus, semel tantummodo lapsus fuisse videtur in transcribendo raro compendio cod. C_3 *non haec* pro *nihil* (ep. 84, l. 2).

1762

Stephani Baluzii Tutelensis Miscellanea novo ordine digesta et non paucis ineditis monumentis opportunisque animadversionibus aucta Opera ac studio Joannis Dominici Mansi Lucensis. Tomus Tertius Continens Monumenta Diplomatica et Epistolaria...Lucae M DCC LXII Apud Vincentium Junctinium. Superiorum Permissu. Sumptibus Joannis Riccomini. In folio; exstant ibi, in p. 2ᵇ-3ᵃ et 1ᵃ epistulae supra recensitae. Praetermisi parvum fragmentum spurium, J-K. 954 (cf. J-K. 1051; P. HINSCHIUS, *o. c.*, p. 721!), quod Pelagio II donatur.

HARDUINUS

1714

Acta Conciliorum et Epistolae decretales ac Constitutiones Summorum Pontificum. Tomus tertius. Ab anno DLI. ad annum DCCLXXXVII... Parisiis, Ex Typographia Regia MDCXIV[12]. In folio; exstant ibi in

c. 329-334, fictum Pseudo-Isidori, J-K. 973, et ep. 7 ex ed. Sirmondii hausta.

PAGUS

1717

Breviarium historico-chronologico-criticum illustriora Pontificum Romanorum gesta, Conciliorum generalium acta. Nec non complura cum Sacrorum Rituum, tum antiquae Ecclesiae Disciplinae Capita complectens; Collecta et ordinata studio et opera R. P. Francisci Pagi ord. Minorum Conventualium S. Fran-

12. Titulum completum huius editionis haud parvi momenti, quae in 12 tomos prodiit, cetera quae ad eam spectant, videas apud dom H. QUENTIN, *o. c.*, p. 38-54, titulus in p. 40-41, n. 2.

cisci S. T. D... Antverpiae Apud Joannem Van der Hart M.DCC.XVII. Prodierunt 6 tomi, in octavo; exstant ibi in (t. I)

p. 322-324, excerpta epp. 10; 11; 8; 53, quas excepit ex ed. Baronii. Quod ad ep. 3 adtinet, acutior fuit Pagus, qui subtiliore critica innixus, partem eiusdem reiecit velut opus Vigilii[13].

1730

...Editio prima Veneta... Tomus Primus. Venetiis, MDCCXXX. Apud Joannem Baptistam Recurti. Superiorum permissu, ac privilegio. Prodiit opus item in 6 tomos, in quarto parvo. Pelagii excerpta supra recensita, in p. 248-249.

COLETI

1729

Sacrosancta Concilia ad Regiam editionem exacta quae olim quarta parte prodiit auctior studio Philip. Labbei, et Gabr. Cossarti, Soc. Jesu Presbyterorum; Nunc verò integre insertis Stephani Baluzii, et Joannis Harduini additamentis, plurimis praeterea undecunque conquisitis monumentis, notis insuper ac observationibus, firmiori fundamento Conciliorum epochas praecipue fulcientibus, longè locupletior, et emendatior exhibetur, curante Nicolao Coleti Ecclesiae S. Moysis Venetiarum Sacerdote Alumno. Tomus Sextus Ab Anno DLIII. ad annum DCXVIII... Venetiis, M DCC XXIX. Apud Jo: Baptistam Albrizzi Hieron. Fil. et Sebastianum Coleti. Cum Veneti Senatus privilegio. In folio; exstant ibi in

c. 464-487, epp. J-K. 973, Pseudo-Isidori; 65; 52,5-7.9-15 + + 60,3-6; 53; 59,3-.8-9; 10-11; 1-6; 8-9; 7; 24,7-18; 35,1 *a scismaticorum...debetis*.2-3.5-14; 59,3.8-9 + 52,5-7.9-15; 33,1-5; 86; 89; 22,3; 91; 62; 67; 72,3; 43,1.3-4; c. 639-642, epp. 27; 47; 23; 32; 91,1-2; 81, Pelagio II male adscriptae, decerptae ex edd. Binii, Baronii, Sirmondi, Holstenii, et iterum Binii[14].

---

13. Cf. adnotationes in ep. 3,3, p. 7; MANSI, t. IX, c. 722, et MIGNE, PL. 69, c. 403-404, animadversiones Pagii susceperunt, sed eis modo Bouquet obtemperavit.

14. De ed. Coleti vide sis quae notavit dom H. QUENTIN, *o. c.*, p. 54-58.

BULLARIUM[15]

1739

Bullarum Privilegiorum ac Diplomatum Romanorum Pontificum Amplissima Collectio Cui accessere Pontificum omnium Vitae, Notae, et Indices opportuni. Opera et studio Caroli Cocquelines. Tomus Primus...Romae, M.DCC.XXXIX. Typis S. Michaelis ad Ripam, Sumptibus Hieronymi Mainardi. Superiorum facultate, et privilegio. In folio; exstat ibi in

p. 92, ep. 5, ex ed. Coleti, ut videtur, desumpta.

1857

Bullarum Diplomatum et Privilegiorum Sanctorum Romanorum Pontificum Taurinensis Editio locupletior facta...cura et studio Collegii adlecti Romae Virorum S. Theologiae et SS. Canonum peritorum quam SS.D.N. Pius Papa IX apostolica benedictione erexit. Auspicante Emo. ac Revmo. Dno. S. R. E. Cardinali Francisco Gaude. Tomus I...Augustae Taurinorum Seb. Franco et Henrico Dalmazzo editoribus M DCCC LVII. In quarto; exstant ibi, praeter supra memoratam epistulam, quae invenitur in p. 154-155, in *...Appendix...*, vol. I, Augustae Taurinorum, M DCCC LXVII, p. 315, ep. 29; p. 323, XXXVII, ep. 36; p. 325, ep. 95, quae Gelasii nomine perperam inscribuntur.

DE RUBEIS

1740

Monumenta ecclesiae Aquilejensis commentario historico-chronologico-critico illustrata; cum appendice in qua vetusta Aquilejensium patriarcharum...chronica, emendatiora quaedam, alia nunc primum

---

15. In opere cui titulus *Magnum Bullarium Romanum a Beato Leone Magno usque ad S. D. N. Benedictum XIII. Opus absolutissimum, Laertii Cherubini, Praestantissimi Jurisconsulti Romani, à D. Angelo Maria Cherubini Monacho Cassinensi, deinde à R. R. P. P. Angelo A Lantusca et Joanne Paulo A Roma, Ordinis Minorum S. Francisci Strictioris Observantiae, ac tandem eorum cura et studio qui recentiorum Pontificum Constitutiones hactenus promulgatas collegerunt, illustratum et auctum. Editio novissima, octo voluminibus comprehensa. Accedunt, prout in Editione Romana, Vitae omnium Pontificum, Appendices insuper suis Locis restituti. Cum rubricis, summariis, scholiis, et indicibus locupletissimis. Tomus Primus. A. B. Leone Magno, ad Paulum IV. Juxta Exemplar Romae, Ex Typographia Reverendae Camerae Apostolicae, MDCXXXVIII. Luxemburgi, Sumptibus Andreae Chevalier, Bibliopolae et Typographi, MDCCXXVII. Cum privilegio sacrae*

in lucem prodeunt, auctore F. Jo. Fran. Bernardo Maria de Rubeis... Argentinae MDCXL. In folio; in opere, quod videre non potui, exstant

(p. 204-208), epp. 65; 53; 24,7-18?; 35,2-3.5-14?; (p. 211), ep. 69,1-3.

MANSI

1748

Sanctorum Conciliorum et decretorum Collectio nova seu Collectionis Conciliorum a PP. Philippo Labbeo, et Gabriele Cossartio Soc. Jesu Presbyteris primum Vulgatae, dein emendatioris, et amplioris opera Nicolai Coleti Sacerdotis Venetiis recusae Supplementum. In quo additamenta, variantes lectiones, emendationes...notis, dissertationibus historicis, criticis, chronologicis, dogmaticis illustravit Joannes Dominicus Mansi Lucensis Clericus Regularis Congregationis Matris Dei. Tomus primus a saeculo Christiano I. ad annum MLXXIII. Lucae MDCCXLVIII. Ex Typographia Josephi Salani, et Vincentii Junctinii... Prodiit in 6 volumina, in folio[16]. In hoc opere, quod videre non licuit, paucas tantum opinor Pelagii epistulas inveniri, forte in vol. I *Supplementi*, eas quae, sub nomine Pelagii II, editae sunt postea in t. IX, c. 907-910 sequentis editionis.

1759

Sacrorum Conciliorum nova et amplissima Collectio, in qua praeter ea quae Phil. Labbeus, et Gabr. Cossartius S. J. Et novissime Nicolaus Coleti in lucem edidere, ea omnia insuper suis in locis optime disposita exhibentur, quae Dominicus Mansi, Lucensis, Congregationis Matris Dei evulgavit. Editio novissima ab eodem Patre Mansi, potissimum favorem etiam et opem praestante Emmo. Cardinali Dominico Passioneo Sanctae Sedis Apostolicae Bibliothecario, aliisque item eruditissimis viris manus auxiliatrices ferentibus, curata, Novorum Conciliorum, novorumque Documentorum Additionibus locupletata, Ad MSS. Codices Vaticanos, Lucenses, aliosque recensita, et perfecta. Accedunt etiam notae, et dissertationes quamplurimae, quae in ceteris editionibus desiderantur. Tomus Nonus. Ab anno DXXXVI. usque ad annum DXC. inclusive...Florentiae MDCCLXIII. Expensis Antonii Zatta Veneti. (Editio iterata ad Editionis principis exemplum ab Huberto Welter, Bibliopola, Via dicta Bernard Palissy 4, Parisiis M.D.CCCCII). (Postremum volumen, XXXI, prodiit a. 1798). In folio; exstant ibi in

c. 711-736, epp. J-K. 973, Pseudo-Isidori; 65; 52,5-7.9-15 + + 60,3-6; 53; 59,3.8-9; 10-11; 1-6; 8-9; 7; 24,7-18; 35,1 *a scismaticorum...debetis.* 2-3.5-14; 59,3.8-9; 52,5-7.9-15; 33,1-5; 86; 89; 22,3; 91; 62; 67; 72,3; 43,1.3-4, id est, eae quas ediderat Coleti, qui ex aliis illas hausit, ut supra notavi; c. 736-738, epp. 88; 14,2-5; 90; 85; 83; 12 (quibusdam omissis); 13; 64,3-6, quas omnes, ultima seclusa, desumpsit ex ed. fratrum Ballerini, de qua statim; c. 906-908, epp. 27; 47; 23; 32; 91,1-2; 81; 18; 47; 15; 42,2, Pelagii II nomine insignitae, ex edd. Coleti et Baluze, et ex *Decreto Gratiani* excerptae. Praeterea, inveniuntur in t. VIII, Florentiae, 1762, c. 122-123, ep. 29, ex ed. Baluze; c. 129, ep. 32 (in t. IX, c. 908, Pelagio II tributa); c. 142-143, ep. 95, ex cod. *Univers. Taurinensis* f. IV. 7, nunc *Taurinensi Bibl. Naz.* 783 *(U)*, exscripta, omnes Gelasii nomine inscriptae. Magnum opus Mansi, quamvis parva nova tantum adtulerit, non parvi est pendendum, quod corpus Pelagianum haud despiciendum collexerit; mendis tamen, quod alioqui in tam magno opere non est mirandum, textus scatet ubique.

BALLERINI

1757

Appendix ad Sancti Leonis Magni Opera, seu vetustissimus codex canonum ecclesiasticorum, et constitutorum sancta sedis apostolicae, a Quesnello ejusdem Pontificis Operibus adjectus, nunc autem ad praestantissima MSS. Exemplaria recognitus, et in meliorem multo formam restitutus; cui alia subjiciuntur rarissima, vel inedita antiquissimi Juris Canonici documenta, et quinque Dissertationes Quesnelli in eumdem Canonum Codicem ad criticen revocatae. Praemittitur Tractatus de antiquis tum editis, tum ineditis Collectionibus Canonum ad Gratianum usque. Curantibus Petro et Hieronymo Fratribus Ballerinis Presbyteris Veronensibus. Tomus Tertius. Venetiis Anno MDCCLVII. Apud Simonem Occhi. Superiorum permissu, ac privilegio. In folio parvo; exstant ibi in

p. CCCV-CCCVI, epp. 88; 14,2-5; 90; 85; 83; 12 (quibusdam omissis); 13, exscriptae ex *Coll. Deusdedit*, cod. *Vaticano lat.* 3833,

---

Caesareae et catholicae majestatis., nihil Pelagii, nisi eius vitae curriculum, inveni. Animadvertendum mihi est, opus prodiisse re vera in 9 tomos, quorum ultimus, continuationis sive appendicis instar, Luxemburgi, a. 1730, in nostra iterata editione, prodiit in lucem.

16. Titulum editionis integrum et plurimas observationes ad edd. J. D. Mansi spectantes videas apud dom H. QUENTIN, *o. c.*, p. 59-186; tituli, cum brevioribus notulis de editionis tempore, in p. 62-63, n. 1 et 83-84, n. 2. Quoad J. D. Mansi cf. etiam possunt J. CARREYRE, *Mansi Jean Dominique*, DTC., t. IX, 2, c. 1915-1916; H. LECLERCQ, *Mansi*, DACL., t. X, 2, c. 1565-1582; F. LAUCHERT, *Mansi*, in *Lex. f. Th. u. K.*, t. VI, c. 857-858,

(D₁), quas iterum edidit Mansi, a. 1759, uti supra est notatum. Epistulae non sufficienti cura et diligentia descriptae aut emendatae fuerunt.

SACCARELLI

1784

Historia Ecclesiastica per annos digesta variisque observationibus illustrata, auctore Gaspare Saccarello Taurinensi...Tomus duodecimus... Romae MDCCLXXXIV. In quarto; exstant ibi in p. 139-141, fragmenta litterarum, quae sumit ex edd. Baronii et Labbei-Cossarti. Haec autem sufficiant, nam opus non ut vera editio epistularum reputari debet.

MAURINI (LABATIUS)

1789

Conciliorum Galliae, tam editorum quam ineditorum, Collectio, temporum ordine digesta, ab anno Christi 177 ad ann. 1563. Cum epistolis Pontificum, principum constitutionibus, et aliis ecclesiasticae rei gallicanae monumentis. Opera et studio Monachorum Congregationis Sancti Mauri. Tomus Primus. Parisiis, Sumptibus Petri Didot, M.DCC.LXXXIX. In folio; primus fuit unus qui apparuit tomus, exstant ibi in

c. 1097-1114, epp. 1-6; 8-9; 7, ex ed. Sirmondi, collato autem denuo cod. *Regio* 3849, olim *Pithoeano*, id est, *Parisino Bibl. Nat. lat.* 3849*(a_2)*[17], quem vero non tanti quanti erat opus fecerunt auctores; textus idcirco eorum est expurgandus non numquam lectionibus aut emendationibus minus rectis.

THEINER

1836

Disquisitiones criticae in praecipuas canonum et decretalium collectiones seu Sylloges Gallandianae dissertationum de vetustibus canonum collectionibus continuatio. Auctore Aug. Theiner. Romae, 1836. In quarto; exstant ibi in

p. 201-203, epp. 21,1; 19,22-26.29; 49; 38,1; 69; 59,2 (partim). 3-4; 20; p. 108 (Append. II), ep. 56. Maior epistularum pars exscripta fuit, ut Theiner ait, ex cod. *Vindobonensi* (jus can. v. 39. et n. 25. in fol.). Re autem ipsa fuit cod. *Vindobonensis Iur. Can.*

17. Cf. *Dictionnaire des mss.*, t. I, c. 718: notitiae enim quae in c. 715-718 ibi continentur extractae sunt ex Prologo dom J. B. Labatii in ed. Maurinam, p. V sqq.

38, nunc vero, *Vindob. Oesterr. Nat. Bibl. lat.* 2153 *(I)*, prouti detexit saepe laudatus Dr. F. Unterkircher. Litterae, ultima quam non vidi — nam nec integrum opus videre licuit — excepta, sat neglegenter exscriptae fuerunt a Theiner, qui praeter quaedam verba indebite addita aut omissa (cf. apparatum epp. 69 et 49), *E* codicis cum *C* confudit; ita, verbi gratia, *Citticio* pro *Euticio* (tit. ep. 20) perperam scripsit.

KANDLER

1847

Codice diplomatico istriano, a cura di Pietro Kandler. Trieste, Tip. del Lloyd, 1847. In quarto; exstant ibi, ad a. 555 (numeros paginarum ignoro, quia opus prae manibus non habui), epp. 53 et 65.

PITRA

1858

Spicilegium Solesmense complectens Sanctorum Patrum Scriptorumque ecclesiasticorum anecdota hactenus opera, selecta e graecis orientalibusque et latinis codicibus, publica juris facta curante Domno J. B. Pitra O. S. B. monacho e congregatione Gallica... Tomus Quartus...Parisiis, prostat apud Firmin Didot fratres M.DCCC.LVIII. In quarto; exstant ibi in

p. XII-XIV, epp. 7,6-16 + 11,6-11, id est, appelata *Fides Pelagii*, vel *Fides Sci. Pelagii Papae*[18]. Eam exscripsit Pitra, non desiderata diligentia et fidelitate, ex cod. *Voss. Q.* 122, nunc *Leidensi lat. Q.* 122 *(n)*.

MIGNE

1865

Patrologia Cursus completus... Series latina... Accurante J.-P. Migne... Patrologiae Latinae, Tomus LXIX... apud J.-P. Migne, editorem... Lutetiae Parisiorum...1865. In quarto magno; exstant ibi in

c. 393-418, epistulae supra recensitae apud MANSI, t. IX, c. 711-736, quas vide sis supra in p. LXXXIX, exceptis litteris spuriis Pseudo-Isidoris, J.-K. 973, quae in PL. 69, tamquam appendix prodeunt, in c. 419-422. Praeterea, in PL. 72, c. 745-750, Pelagio II adscriptae, eaedem epistulae quae apud MANSI, *ibid.*, c. 906-908,

18. Cf. p. XXX, et adnotationes in ep. 11,4, p. 37.

et in PL. 59, c. 139; 145; 156, illae litterae quae Gelasio I tribuuntur apud Mansi, t. VIII, c. 122-123; 129; 142-143. Textus igitur epistularum eisdem laborat lacunis et mendis atque apud Mansi.

Thiel

1867

Epistolae Romanorum Pontificum genuinae, et quae ad eos scriptae sunt a S. Hilario usque ad Pelagium II. Ex schedis clar. Petri Coustantii aliisque editis, adhibitis praestantissimis codicibus Italiae et Germaniae recensuit et edidit Andreas Thiel, SS. Theologiae doctor eiusdemque in Facultate theologica Lycei Regi Hosiani Brunsbergensis Prof. Publ ord. Fasciculus I. Brunsbergae, MDCCCLXVII. In octavo; exstant ibi in

p. 454, ep. 36, tamquam ep. 41 Gelasii I edita; p. 484, ep. 29, quae prodit velut frag. 3 Gelasii I. Praeterea, Pelagio II falso tribuuntur, epp. 34 et 47, in p. 613, ubi etiam alia non recta notantur de litteris Pelagii nostri, quae vero nihil ad nos. Ep. 36 editur ex cod. *Vaticano lat.* 1364 *(O_4)*, et ep. 29 desumitur ex ed. Baluzii.

Bouquet

1869

Recueil des Historiens des Gaules et de la France. Tome Quatrième Contenant les lettres historiques, les loix, les formules, les diplomes, et plusiers autres monuments, qui concernent les Gaules et la France sous les Rois de la première race Par Dom Martin Bouquet, prêtre et religieux bénédictin de la Congrégation de Saint-Maur. Nouvelle édition publiée sous la direction de M. Léopold Delisle Membre de l'Institut... Paris Victor Palmé, éditeur des Bollandistes 25, Rue Grenelle — Saint-Germain, 25, M DCCC LXIX. In folio magno; exstant ibi in

p. 71-74, epp. 2; 3,1-2.10-12; 4-6; 8; 7,1-5.16-19; 9 quas excerpsit ex ed. Sirmondi, expungens vero in ep. 3 § 3-9, propter auctoritatem Pagi[19] et omissa in ep. 7 *Fides Pelagii.*

Ewald

1880

Die Papstbriefe der Brittischen Sammlung, von P. Ewald, in *Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deustsche Geschichtskunde... Fünfter Band...Hannover. Hahn'sche Buchandlung. 1880,*

19. Cf. p. LXXXVI, n. 13.

XV, p. 533-562, ubi, ultra regesta et quaedam initia litterarum omnium quae in *Coll. Britannica (B)* servantur, sub numeris 1; 3-4; 6; 11; 22; 24; 30; 39; 44; 46-48; 63-64; 66; 68, exstant editae epp. 14,1; 16,2; 17,4-5; 19,1-21.24-25.26-28; 24,1-5; 35,15-17; 37,1-2; 43,2; 52,1-3; 57,2; 59,1-2.4-7; 60,2; 61; 77-78; 52,4; 80. Praeterea, in p. 574, n.º 16-18, in p. 586, n.º 42-47 et in p. 589, n.º 92-93 aliqua inveniuntur initia litterarum sive earundem fragmentorum, quae in *Varia, Pars I. B* et in *Varia, Pars 2.* servantur. Transcriptio est communiter satis diligens et fide digna (verbum quod desideratur in ep. 57,2, iam deerat probabiliter in apographo E. Bishop, quo est usus Ewald), emendationes veri similes et recipiendae (aliter est iudicandum in ep. 24,2)[20], textus tamen aliquando sollertius edidi poterat. Notulae plurimae, quibus editio est erudite adornata, saepius sunt rectae, sed maiore qua par est frequentia claudicant. De orthographia ab editore usurpata, videas postmodum, ubi de ed. S. Loewenfeld egi, quae scripsi[21].

Pflugk-Harttung

1884

Acta Pontificum Romanorum inedita. II. Urkunden der Päpste vom Jahre c. 97 bis zum Jahre 1197 Gesammelt und herausgegeben von Dr. J. v. Pflugk-Harttung...Zweiter Band. Stuttgart, Verlag von W. Kohlhammer, 1884. In quarto; exstant ibi in

p. 13, n.º 35, ep. 95; p. 15, n. 41, ep. 96, descriptae e cod. *Taurinensi Bibl. Nat.* E. V. 44, nunc vero, 783, id est, meo cod. *U.* Transcriptio est accurata, quamquam menda duo vel tres (cf. apparatum epp. 95 et 96) subrepserunt.

Loewenfeld

1885

Epistolae Pontificum Romanorum Ineditae. Edidit S. Loewenfeld. Lipsiae, Veit et Comp. 1885. In octavo; exstant ibi in

p. 12-21, epp. 16-17; 22; 33,6; 38,2-4; 39-41; 42,1 (paucis omissis); 37,3-4; 68; 70-72,1-2; 74,2-6; 79; 82, omnes, qua desiderata est cura, ex *Coll. Britannica* (*B*: cod. *Londiniensi Britan. Mus.*

20. De his singulis inspicere oportet apparatum ad unamquamque epistularum, p. 152 et 74.

21. Ad editiones quod adtinet coll. canonicarum, libellorum *De lite...*, scriptorum qui obiter tantum epistulas vel excerpta nostri pontificis adlegant, cf. capita I et II horum prolegomenorum, ubi expresse illa omnia et singula persolvuntur.

Add. 8873) exscriptae. Editor scrupulose servavit orthographiam codicis, in quo illum non sum secutus: nimis enim in quibusdam abhorret a multo meliore scribendi ratione, quae saepius in codd. s. VI-VII exhibetur. Contra, longe maiorem partem emendationum et coniecturarum ab eo excogitatarum esse suscipiendam censui.

KALTENBRUNNER

1885

Regesta Pontificum Romanorum ab condita Ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII edidit Philippus Jaffé. Editionem secundam correctam et auctam auspiciis Gulielmi Wattenbach professoris Berolinensis, curaverunt S. Loewenfeld, F. Kaltenbrunner, P. Ewald. Tomus Primus (a S. Petro ad a. MCXLIII)... Lipsiae, Veit et Comp. 1885. In quarto; exstant ibi, praeter regesta et initia omnium litterarum, in

p. 128, litterae pseudoepigraphae J-K. 967 [22]; p. 130, J-K. 985, ep. 26; J-K. 987, ep. 28; J-K. 990, ep. 31; p. 132, J-K. 1004-1005, epp. 45-46; J-K. 1008, ep. 48; J-K. 1009, ep. 50; p. 133, J-K. 1014, ep. 55; p. 134, J-K. 1020, ep. 61; p. 135, J-K. 1033-1035, epp. 75-77, descriptae ex *Coll. Britannica,* sed emendatae ubi auctori esse necesse visum est.

GUNDLACH

1892

I. Epistolae Arelatenses genuinae. (Wilhelmus Gundlach). VII. Epistolae aevi Merowingici collectae. Recognovit Wilhelmus Gundlach., in *Monumenta Germaniae Historica...Epistolae Merowingici et Karolini aevi Tomvs I Edidit Societas aperiendis fontibvs rervm Germanicarvm medii aevi. Inest tabvla. Berolini, Apvd Weidmannos MDCCCXCII.* In quarto; exstant ibi in

p. 69-83, epp. 1-6; 8-9; 7; 10-11, editae ex *Coll. Arelatensis* codd. *Parisinis Bibl. Nat. lat.* 2777 (a_1), 3849 (a_2), 5537 (a_3), quos designat editor numeribus 1, 2, 3. Editio est diligenter curata; attamen sequentia sunt notanda: *a)* ad orthographiam quod adtinet, barbariores potius quam difficiliores lectiones cod. a_1 crebrius usurpavit editor, neglegens et silens saepe testimonium cod. a_2, qui, ipso iudice, fideliter et accuratius est descriptus; ita nimis frequenter, contra lectiones cod. a_2 *e* pro *ae*, *eclesia*, vel

22. Cf. quae scripsi in p. 239, nota.

eclesie pro *ecclesia* vel *ecclesiae*, *omines* pro *homines*, ceteraque id genus non pauca scripsit; *b)* quandoque inmerito contra codd. testimonium textum mutavit, puta, in epp. 6,3; 8,2; 9,3 [23]; *c)* semel, in ep. 9,1 [24], textum non recte restituit, ut poterat, si codd. adtentius perscrutasset, nec alias cod. a_2 lectiones, quem ipse fatebatur meliorem, ea qua decebat constantia esse secutum videtur. Praeter litteras in *Coll. Arelatensi* servatas, edidit ibidem in p. 442-446, epp. 19,1-21.24-25.26-28 [25] et 52,4-15 ex *Coll. Britannica*, et *Decreto Gratiani* (ep. 52,15). Recensio, parvis exceptis, recta et bona generatim videtur.

DUEMMLER

1897

Bernaldi Libellus de vitanda excommunicatorum communione edidit E. Dümmler, in *Monumenta Germaniae Historica...Libelli de lite imperatorum et pontificum saeculis XI. et XII. conscripti. Edidit Societas aperiendis fontibus rerum Germanicarum medii aevi. Tomus III. Hannoverae. Impensis bibliopoli Hahniani MDCCCXCVII.* In quarto; exstant ibi in

p. 597-599, epp. 24,14.16-18.12-13.5-10 et 35,1-5.7-9.11-13, accurate exscriptae ex cod. *Vindobonensi lat.* 2192, quondam *Salisburgensi* 323 *(J)*.

FOURNIER

1921

La collection canonique dite Caesaraugustana, in *Nouvelle Revue de droit français et étranger, XLV, 1921*, p. 78, ubi exstant epp. 93-94, ex cod. *Parisino Bibl. Nat. lat.* 3875 *(C_1)*, non optata fidelitate[26] descriptae.

23. Cf. apparatum ad ep. 6, l. 19; ep. 8, l. 14; ep. 9, l. 17, p. 14; 27; 29.

24. Cf. l. 4 (p. 28).

25. Cf. quae notavi in apparatu (l. 82; 129-132, p. 59 et 61) de fictis lacunis quas in cod. *Coll. Britannicae* Gundlach denotavit.

26. Cf. apparatum, p. 221 et 223-224.

VI

EDITIO NOSTRA

A) TRANSCRIPTIONIS RATIO ET ORTHOGRAPHICA QUAEDAM

Lectiones codd. etiam orthographicas ubicumque licuit sum fideliter secutus, et reiectas in apparatu plurimum notavi. Iuvabit tamen recensere eas in quibus a codd. discedere oportuit, et quaenam in apparatu non constant.

Iam vero, in epistulis huius editionis lector adtentus duas statim partes distinguet, orthographia quoque, sicut et aliis rationibus, plane diversas. Sunt autem: 1.ª) epp. 1-11; 2.ª) epp. 12-96. Huius diversitatis causa praecipua potest haberi varia tempora quibus descriptae litterae fuerunt, s. VIII-IX primae, s. XI-XII alterae. Nec tamen est obliviscenda differens epistularum origo, nam epp. 1-11 ex ipsis originalibus litteris, uti a scrinio Lateranensi exierunt, missae Arelatem, fuerunt exscriptae; origo vero plus minusve remota ceterarum epp. 12-96 fuit Lateranense tabularium, quod fuit probabiliter minus accurate exaratum quam ipsi archetypi. Idcirco maior debebatur auctoritas scribendi rationi *Coll. Arelatensis*, quam ei quae in reliquis serioribus coll. fuit adhibita. Potui equidem orthographiam omnium epistularum formare ad exemplum eius quae in *Coll. Arelatensi* est usurpata, sed securius et veritati propius iudicavi eam scribendi rationem retinere, quae in coll. canonicis inveni, nam mores scribarum s. XI-XII, etiamsi non pauca mutare deturpareque certo in litterarum scripturam potuerunt, non tamen ideo omnia, nec fortassis pleraque, ita perperam immutata erant censenda; sed potius non in paucis locis tradidisse Lateranensis tabularii scripturam veri simile videbatur. Propterea in epistulis alterae partis, videlicet, 12-96, accessi communiter, ut saepe et in reliquis, ad rationem scribendi a *Coll. Britannica* traditam.

Verum, cum in animo fuisset exprimere et reddere pro viribus quam fidelissime posset modum scribendi s. VI mediante Romae usitatum, aut certe ea emendare quae ab illius saeculi consuetudine abhorrebant, accuratius inspexi quosdam vetustos codd., qui adumbrare probe possent mores scribarum eius remotae aetatis.

Sedulo igitur examinavi cod. *Fuldensem*, c. aa. 541-546 Capuae scriptum, et emendatum a Victore praesule Capuano, maximae igitur auctoritatis codicem[1]; contuli etiam aliquatenus cod. *Amiatini* lectiones, quae ibidem in *Commentario critico* prostant[2]; perpendi saepius orthographica cod. *Trecensis, Bibl. Munic.* 504, s. VI-VII Romae veri similiter scriptum, ubi S. GREGORII MAGNI *Regula pastoralis* exstat[3]; inspexi etiam aliquatenus cod. *Parisinum Bibl. Nat.* 12205, s. VI-VII conscriptum, ubi adservatur iam famosa *Regula Magistri*[4]; paucas item lectiones examinavi cod. *Veronensis Bibl. Capit. LXXXV (*80*)*, s. VI^2, qui continet *Sacramentarium Veronense*[5]; adtentius perpendi lectiones cod. *Aurelianensis* 73 *(*70*)*, s. IX, unus notus ms. in quo servatum est imperfecte opus PELAGII *In defensione Trium Capitulorum*[6]; contuli demum pauca VIGILII (PELAGII) *Constitutum de Tribus Capitulis*, videlicet *ep.* 83 *Coll. Avellanae*[7]. Sed contuli insuper hic et illic, haud semel quidem, alias plures lectiones antiquiorum codd., cum *Veterum Latinarum* et *Vulgatae* versionum, tum patrum, in primis, cod. *Lugdunensis Pentateuchi*[8], s. VI^2, *Palimpsestorum Wirce-*

---

1. Cf. ed. E. RANKE, *o. c.*, Marburgi et Lipsiae, 1868; F. STEFFENS-R. COULON, *Paléographie latine... Édition française...*, Trèves-Paris, 1910, p. 21.

2. Cf. E. RANKE, *ibid.*, p. 510-569; cf. etiam E. A. LOWE, *o. c.*, t. III, 299, p. [8] et [43].

3. Cf. E. A. LOWE, *o. c.*, t. VI, 838, p. [40] et [48]. Ipsum cod. non vidi, sed eius orthographica contuli in studiis L. M. HARTMANN, *Ueber die Orthographie Papst Gregors I*, NA., t. XV, 1890, p. 529-549; MGH., *Epp.*, t. II, p. XXXIII.

4. Cf. ed. dom H. VANDERHOVEN-F. MASAI, cooperante P. B. CORBETT, *Aux sources du monachisme bénédictin. t. I, La Règle du Maître. Édition diplomatique des mss. lat. 12205 et 12364 de Paris*, Bruxelles... Amsterdam, 1953.

5. Cf. E. A. LOWE, *o. c.*, t. IV, 514, p. [32] et [40]. Notanda vero et consulenda est recentior ed. L. C. MOHLBERG, L. EIZENHOEFER, P. SIFFRIN, *Sacramentarium Veronense (Cod. Bibl. Capit. Veron. LXXXV* [80]*)*, t. II, Romae, 1955.

6. Cf. ed. R. DEVREESSE, *o. c.*, Città del Vaticano, 1932.

7. Cf. ed. O. GUENTHER, *o. c.*, Vindobonae, 1898.

8. Cf. ed. U. ROBERT, *o. c.*, Paris, 1881; E. A. LOWE, *o. c.*, t. IV, 771, p. [21] et [44].

burgensium Prophetarum et *Pentateuchi*, s. v-vi [9], *Fragmentorum Frisingensium*, s. vi-vii [10], et cod. *Wirceburgensis* Mp. th. q. 3 (olim CXXVII) Priscilliani (?) aut Instantii (?), s. v-vi [11]. His igitur munitus subsidiis haec, de transcriptionis ratione secuta primo, deinde de orthographia delecta, videntur notanda.

Ae, *ę*, *e*, etiam in syllabis *pre-* et *que-*, saepissime usurpatis promiscue in meis codd. s. xi-xii, verbi gratia, *aecclesia*, *ęcclesia*, *aecclesie* pro *ecclesiae*, *manifestae* pro *manifeste* (ep. 74, l. 5), aliaque plura id genus transcripsi prout scribi plerumque solent in codd. vetustissimis s. vi et vii, et in aliis codd. magna etiam antiquitate praestantibus, quos inspexi. Ita, exempli causa, *caelum*, *ecclesia*,[12]

9. Cf. ed. E. Ranke, *Par Palimpsestorum Wirceburgensium. Antiquissimae Veteris Testamenti Versionis Latinae fragmenta e codd. rescriptis eruit, edidit, explicuit...*, Vindobonae, 1871.

10. Cf. ed. dom D. de Bruyne, *Les Fragments de Freising (épîtres de S. Paul et épîtres catholiques)...*, (*Collect. Bibl. Lat...*, V), Romae, 1921.

11. Cf. ed. G. Schepss, *Priscilliani quae supersunt maximam partem nuper detexit adiectisque commentariis criticis et indicibus primus edidit... Accedit Orosii Commonitorium de errore Priscillianistarum et Origenistarum*, CSEL., t. XVIII, Vindobonae, 1889. — Contuli praeterea *Orthographica totius Octateuchi* in *Biblia Sacra iuxta Latinam Vulgatam Versionem ad codd. fidem... cura et studio monachorum abbatiae S. Hieronymi in Urbe*, t. IV, *Libri Iosue Iudicum Ruth...*, Romae, 1939, p. 393-490, et saepe lectiones ed. I. Wordsworth, H. I. White, H. F. Davis Sparks, A. White Adams, *Nouum Testamentum Domini Nostri Iesu Christi Latine secundum editionem sancti Hieronymi ad codicum manuscriptorum fidem...*, Oxonii, 1889-1954, quantum licuit examinavi. Idem dicendum de ed. A. Juelicher-W. Matzkow, *Itala. Das Neue Testament in Altlateinischer Ueberlieferung...*, t. I-ss., Berlin, 1938 ss., et praeterea de aliis operibus, quae suis locis adlegantur. Contra, conferre non potui opus H. Roensch, *Itala und Vulgata*, Leipzig, 1875.

12. *Aecclesia* occurrit quidem non raro iam in antiquis inscriptionibus s. vi (cf. H. Schuchardt, *o. c.*, t. I, p. 329-330; t. III, p. 128), quas inter, vel bis in inscriptionibus basilicae Parentinae aa. c. 540-545 ab Eufrasio episcopo (cf. p. 141) exstructae; sed in codd. non inveni nisi in cod. *Sacramentarii Veronensis* s. vi², bis in cod. (*Turonensi*) *Paris. N. Acq. lat.* 2334 *Pentateuchi*, s. vi-vii, non numquam in cod. *Oxoniensi Actuum Apostolorum* s. vii-viii, saepe in cod. *Vatic. Ottob. lat.* 66 *Heptateuchi*, s. vii-viii, et in paucis aliis codd. *Vulgatae*, maxime s. viii-ix. *Ecclesia* vero, sive *eclesia*, scribitur in codd. *Fuldensi*, *Amiatino*, in aliis codd. *Vulgatae*, in cod. *Aurelianensi*, et in meis codd. *a*, ceteris codd. vetustis s. vi-vii quos contuli, aliquando et meis codd. s. xi-xii (etiam ipso cod. *B*, qui *aeccl-* *a(e)ccl-* scribere amat), praetermissis. De his et sequentibus cf. etiam orthographica S. Gregorii Magni *Reg.*, in MGH., *Epp.*, t. II, p. XXXIV-XXXVII.

oboedientia, *paene*[13], *paenitentia*[14], *quaerere*, *quaestio*, *querela*, semel autem *quaerimonia*[15] (ep. 91, l. 13), cetera huius modi exscripsi; *e* vero pro *ae* in textu reliqui in paucissimis locis ubi codd. *Coll. Arelatensis* inter se consentiebant (cf. ep. 3, 1.7). In apparatu autem nequivi communiter notare discrimina innumera quae in eis litteris scribendis intercedunt; *e* tamen in eo reliqui, quando ita in codd. pro *ae* falso exstabat descripta; *-ci-* et *-ti-*, quae etiam permixtim inveniuntur usurpata, rite descripsi, ut in codd. Italicis antiquioribus factum est[16], neque diversitates permultas in earundem syllabarum scriptura recensui, praeterquam ubi uno tantum codice editio nititur, aut ubi contra codd. consultos omnes (vel longe plurimos) scripsi;

c̄- transcripsi *con-*, quemadmodum codd. qui hoc utuntur compendio suadebant, *cō-* vero plerumque *com-*, sed rectitudo huius transcriptionis aliquando est anceps;

ī- exscripsi *im-*, sed et in casu dubium quandoque manet, utrum potius *in-* expresserit quandoque breviatio illa;

ih̄s semper *Iesus* transcripsi;

k̄me, *k̄m̄i* transcribuntur *carissime*, *carissimi*, prout in codd. vetustissimis et in meis codd. *a*, ubi explicate sunt scripta, prostant;

13. *Paene* ter in cod. *Fuldensi* reperitur, semel (N.T.) vero in cod. *Amiatino*; *pene* iam in *Trecensi* et in *Aurelianensi*, et saepius in codd. meis s. xi-xii, ubi tamen — vel semel — in codd. O_3 O_4 *p(a)ene* (*e* caudata) et *poene* in *Q* (ep. 65, 1) testatur. Quocirca, cum et alii antiquiores et optimi codd. *Vulgatae* rectam tueantur orthographiam, eam semper esse sequendam sum arbitratus.

14. *Penit-* communiter in *B*.

15. Codd. enim D_1 D_2 inter se conveniebant; neque *quaerel(l)a*, neque *quaerimonia*, nec denique *quaeri* sunt rara in pervetustis codd. s. v-ix, *quaerella* exempli gratia, invenitur in *Fuldensi*, in *Amiatino*, et in cod. *Lugdunensi Pentateuchi*, *quaerela* et *quaerimonia* autem vel semel, in cod. *Aurelianensi*. (Cf. etiam H. Schuchardt, *o. c.*, t. I, p. 412-414; t. III, p. 144). Hic etiam animadvertere operae forte pretium erit, usus scribendi *ae* pro *e* saepe saepius in antiquissimis codd. multum lateque invaluisse (cf. U. Robert, *o. c.*, p. 45-46 et H. Schuchardt, *o. c.*, t. I, p. 304-460; t. III, p. 133 et 135) et — contra quod pedetentim evenit in codd. s. ix-xvi — rarius *e* loco *ae* in eis videtur adhiberi; excipe tamen syllabam *her-* (cf. infra ad verba *heresis*, *hereticus*). Cf. etiam n. 17.

16. Cf. quae observavit P. B. Corbett in ed. *Regulae Magistri*, p. 38; 74; 90; 92, supra in n. 4 adlegata.

nichil et ab eo derivata, item *michi*, ita fere semper in omnibus paene codd. s. XI-XIII scripta, *nihil* constanter et *mihi* cum antiquioribus codd. cunctis exscripsi, nec amplius quid in textu (parcissime tantum in apparatu) indicandum visum est;

p̄- fuit *prae*- ubique descriptum, uti vetusti codd. plerique creberrime monent[17]. Syllabam vero *pre*-, ubicumque recte et explicate in codd. meis inveni, servavi;

prb̄r, *p̄b̄r* seu *pb̄r*, transcripsi *praesbyter*, prout codd. multi, s. VI-VII saepius admonent[18]. Tutius fateor et libentius equidem scripserim communiter *praesbyter*, alias vero *presbyter*, sed cum compendia discernere non permittant ubi utraque forma est adhibenda, *presbyter* modo servavi in uno loco ubi syllaba *pres*- exstabat testata (ep. 86,3); ita minus aberrare sum ratus ab illa ratione scribendi hanc vocem quae probabiliter tempore Pelagii usu venit frequentius;

set, passim in codd. quibusdam s. XII scriptum, quamquam nil in apparatu expressi, *sed* semper exscripsi;

u maiuscula semper transcripsi *U*, haud semel suffragantibus et codd. meis, numquam *V*, nam nostra U hodierna magis accedit ad formas quas haec littera, sive in uncialibus characteribus, sive

17. Cf. H. SCHUCHARDT, *o. c.*, t. I, p. 393-394; 310 *(praem-)*, p. 366-367 *(praess-, -praess-)*, p. 378-380 *(praec-)*, p. 388 *(-praehendere)*, p. 418-421 *(praet-, interpraet-)*. Haec quidem, et si qua similia, saepissime repeiuntur in codd. permultis antiquis, etiam in *Fuldensi*, *Trecensi* et *Amiatino*, *Sacramentario Veronensi*, cod. *Regulae Magistri*, *Lugdunensi Pentateuchi*, uno verbo, in cunctis quos contuli antiquioribus codd., sed exstant etiam ita interdum scripta in cod. *Aurelianensi*, et insuper codd. meis *a* aliquando adtestata (ep. 2, 1.13; ep. 11, 1.8), unde et illud compendium, quamvis aliud saepe saepius suaderent mei codd. s. XI-XII, potius et securius *prae*- quam *pre*- explicare visum est.

18. Cf. H. SCHUCHARDT, *o. c.*, t. I, p. 358-359, t. III, p. 133 (quaedam exempla ex inscriptionibus, sed maxima pars ex codd. desumpta), sed alia loca ubi *Fuldensis* et *Amiatinus praesbyter* similiter scripserunt, in eo opere sunt praetermissa (cf. E. RANKE, *o. c.*, p. 368, l. 13; 293, l. 23; 306, l. 25.33; 175, l. 33). Illam lectionem tuentur praeterea, inter alios, codd. *Paris. B. N. lat.* 12205 *Regulae Magistri* (in fol. LXXXVII: unico loco ubi *presbyter* inveni), *Lugdunensis* 403 + 1964 *Heptateuchi* (cf. U. ROBERT, *o. c.*, p. 264, l. 2; 265, l. 5.6.31.36; 266, l. 5; 274, l. 41), *Clm.* 6436 = *Fragm. Frisingensia* Apostolorum (cf. ed. dom D. DE BRUYNE, p. 51, l. 3), *Palimpsesta Wirceburgensia Pentateuchi* et *Prophetarum* (cf. ed. E. RANKE, p. 375), *Wirceburgensis* Mp. th. q. 3 *Priscilliani* (?) (cf. ed. G. SCHEPSS, p. 39, l. 26; 40, l. 17), et praestantior cod. C_1, s. VIII, S. GREGORII MAGNI *Reg*. Conferri autem insuper possunt edd. *Vulgatae*, supra in n. 11 memoratae, in locis ubi *presbyter* sive *presbyterium* usurpantur.

in cursivis litteris induit. Eadem igitur ratione qua eruditus L. Havet[19] voluit ut in editiones classicorum latinitatis auctorum V potius quam U transcriberetur, U prae charactere V adhibere malui ego. Ceterum iam saepius ita factum est in edendis codd. s. VI-VII, uti, inter alios multos, E. Ranke, H. Vanderhoven-F. Masai, L. C. Mohlberg demum recentissime, in editionibus cod. *Fuldensis*, *Regulae Magistri*, et *Sacramentarii Veronensis*[20];

numeros denique romano more expressos, quos aliqui codd. hic illic aliquando exhibebant, interpretavi, iis tantum exceptis locis ubi exprimuntur dies quibus datae litterae fuerunt.

Cum his quae modo notavi arcte coniungitur quaestio de orthographia in Pelagianis litteris. Consulto «in Pelagianis litteris» dixi, non Pelagii, propterea quod ipse notariis, scribis, ceterisque scrinii Lateranensis ministris utens, in epistulis quas ipse dictavit nil ferme suum, id est, propria manu exaratum, nisi subscriptio ep. 3,13, potest reputari.

Haec autem, quae ad orthographiam epistularum Pelagii adtinent, notatu digna videntur:

africa, *africanus*, potius quam *affrica* et *affricanus* duxi esse scribenda, quamvis aliter faciant codd. *B D* (epp. 19,7-8.21; 85, tit.). Cf. infra simile quid in verbo *definire*;

apud, *aput*, permixte usurpavi. Ita iam saepe in codd. *Fuldensi*, *Trecensi* et *Amiatino*[21]; passim insuper in *B* scriptum *aput* invenitur (epp. 19,2.27; 23,6; 24,4; 35,9; 81,1; 82,1, alibi), aliquando et in P_1 P_2 (ep. 23,6), semel in a_1 (ep. 2,6), nam in ceteris locis codd. *a* habent *apud* (epp. 2,6: a_2 a_3; 5,6; 9,3; 10,4);

aquileiensis malui pro *aquilegensis*. Cf. apparatum ad epp. 24,11; 52,10; 59,3;

calchedonensis rectius in codd. s. VI-IX, ut videtur, quam *calcedonensis* fuit scriptum, sed utrumque suscipiendum credidi. Dum prima forma, seu *calchidonensis*, passim in cod. *Aurelianensi*, et in codd. *a m n* praesertim occurrit, *calcedonensis* constanter in codd. coll. canonicarum s. XI-XII scribitur;

19. L. HAVET, *Règles et recommandations générales pour l'établissement des éditions Guillaume Budé* (sine loco et anno), p. 15.

20. Cf. p. XCVII, n. 4 et 5. Eadem transcriptionis ratione utitur in ed. I. Wordsworth-H. I. White... (cf. n. 11).

21. Et in aliis adhuc vetustibus codd., ut puta, in cod. *Paris. B. N. lat.* 12205 *Regulae Magistri*, in cod. *Lugdunensi Pentateuchi* et in codd. S. GREGORII MAGNI *Reg*.

calumnia, non autem *calumpnia* scribendum, uti in ep. 14,5 codd. *D*, et ut aliis in casibus, falso *p* post *m* ante *n* scripta, in codd. coll. canonum evenit (cf. infra *condemno*, *contemno*), aperte docent antiquiores codd.[22];

caritas, *carissime*, constanter loco *karitas*, *karissime* (etiam ubi explicate sunt scripta), cum codd. vetustioribus omnibus scripsi. Perperam scripta passim inveniuntur in codd. coll. canonum, maxime in *B* (epp. 17,4; 37,1; 38,2; 39,4, alibi);

cohercere, *cohertio* adoptanda sum ratus. Iam enim ita reperiuntur scripta in codd. *Fuldensi* et *Amiatino* cum aliis longe plurimis codd. *Vulgatae*[23], in S. GREGORII MAGNI *Reg.*[24], in *Coll. Avellana*[25], plerumque in melioribus codd. meis s. XI-XII (epp.52,13; 53,6; 60,6); littera *h* officio videtur functa nostrorum ¨ (diaeresis). Ita in cod. *Fuldensi*, *ahera*[26] scribitur, et in pervetustis codd. *Veterum Latinarum* et *Vulgatae* versionum semper *Istrahel* et *Israhel* scripta fuisse, omnibus notum est;

condemno, *contemno* non autem *condempno*, *contempno* duxi scribenda cum *Fuldensi*, *Trecensi*, *Amiatino*, *Aurelianensi* et plerisque codd. antiquissimis, quamvis mendose communiter in omnibus fere codd. s. XI-XII coll. canonicarum exstent descripta. Cf., verbi gratia, ep. 59,9 et infra ad verbum *damnare*;

crassari pro *grassari* recipiendum conieci, nam ita in longe plerisque et melioribus codd. meis fuit exscriptum (ep. 53,5);

damnare, *damnatio*, *damnum*, semper recepi cum vetustioriribus codd. cunctis, pro *dampnare*, cetera. Cf. supra notata ad verbum *condemno*. Verbis his mendose scriptis codd. coll. canonicarum s. XI-XII scatent (epp. 23,6; 25,2; 59,6; 60,4; 95,4);

debachare pro *debacchare* scribendum duxi, nam unanimi sunt codd. mei omnes (ep. 65,5);

decem malui pro *decim* cod. a_2, vel semel cum a_3 (ep. 11,6), quod *Fuldensis* et alii vetusti codd. etiam *e* tueantur[27]; ceteri codd. mei numeros in loco habent;

22. Cf. tamen exempla quae collexit H. SCHUCHARDT, *o. c.*, t. I, p. 149.

23. Cf. ed. I. WORDSWORTH... H. F. DAVIS SPARKS, *Nouum Testam. D. N. Iesu Christi latine...*, Oxonii, 1949, p. 294ª, v. 10.

24. Cf. MGH., *Epp.*, t. II, p. XXXV.

25. Cf. O. GUENTHER, *o. c.*, p. 228, l. 19.

26. Cf. ed. E. RANKE, *o. c.*, p. 225, l. 21.

27. Etiamsi ita scribit et cod. *Amiatinus* et plerique melioresque codd. *Vulgatae*, cf. tamen H. SCHUCHARDT, *o. c.*, t. I, p. 446; t. III, p. 147

definire, *definitiones*, recte, loco *diffinire*, *difinire*, *diffinitiones*, ubique cum codd. antiquioribus scripsi, quos inter, *Fuldensi*, *Amiatino*, mei codd. *a* (epp. 3,1; 7,5; 10,4; 11,4)[28], aliquando et *B* (ep. 19,1), et *OPQR* (ep. 44,8). Formae *diffin.*, *difin.*, quae propagari coepisse videntur s. VIII-IX — et quidem praesertim in Gallia — apparent in codd. *B* (epp. 19,1; 22,1) et *F* (ep. 63,2); *i* pro *e* invenitur praeterea saepe: cod. *B* habet *dispicitis*. pro *despicitis* (ep. 60,2); *exigimus* pro *exegimus*[29] (an recte fortasse?) descripserunt codd. BD_2 (ep. 14,2), et *BO* — *O* vero, si erratum non est in ed. Thaner — in ep. 33,5; *acciperimus* pro *acceperimus*, a_1 (ep. 4,3); *ostenderit* (an recte?) pro *ostenderet*[30], a_1 a_3 in ep. 11,1, et *cognosceris*, *deduceris* (an item recte fortasse?) pro *-res*[30], *B* in ep. 48; *ambigit* (et quidem recte fortassis) pro *ambiget* a_1 a_3 in ep. 11,2. Contra, cod. a_2 facilius *e* pro *i* (cf. autem supra *decim*) scribit, rite, opinor, identidem, vitiose vero, ut videtur, in vocibus: *uero* pr *uiro* (ep. 2,1); *relegiosi* (ep. 8,4); *recensetis* loco *recensitis* (ep. 2,1); *subrepere* pro *subripere* (ep. 2,5); *contegerunt* pro *contigerunt* (ep. 3,3); *acceperemus* pro *acceperimus* (ep. 4,3); *pallei* pro *palii* demum (ep. 6,2), et in paucis forte aliis, quae quamvis rite scripta videantur, ambigua quadamtenus manent, propterea quod codd. a_1 a_3 cum *i* ea descripserunt (cf. supra notata *ostenderit*, *ambigit* in ep. 11,1-2). Cf. ceteroqui notata in verba: *enormia*, *genetrix*, *intellegere*, *neglegere*, *quatenus*, *saltem*;

et ed. *Pentateuchi Lugdunensis* U. ROBERT, *o. c.*, p. 141, l. 6; 155, l. 31-32. Etiam in cod. *Aurelianensi* ter *decim milia* et semel *decem milia* scribitur, sed hanc, sicut et multas (non omnes) alias mutationes *e* in *i*, *o* in *u*, aut e contrario, de quibus cito agitur, facile tribuerim moribus quibus in scribendis et forte in pronuntiandis etiam pluribus vocibus erant adsueti in Gallia s. VII-IX librarii.

28. Cf. etiam orthographiam codd. *a* in VIGILII *Epistulis* (W. GUNDLACH, *Epp. Arelatenses*, *l. c.*, p. 60, l. 6.17.29; 64, l. 25; 65, l. 37.40; 67, l. 26.28).

29. Malui *exeg-* seligere; haec namque lectio testatur in *Fuldensi* (cf. E. RANKE, *o. c.*, p. 135, l. 8), [in *Amiatino?*] (cf. *ibid.* p. 521ᵇ, **19**, 23), in cod. *Vercellensi Veteris Latinae* (cf. ed. A. GASQUET, *Codex Vercellensis ...denuo cum manuscripto collatus in lucem profertur...* [*Collect. Bibl. Lat...*, III], Romae..., 1914, p. 117ᵇ, l. 15), etin optimis et antiquioribus codd. *Vulgatae* (*4 Reg.*, 23,35), quos inter *Amiatinus*, et *Veronensis Capit.* II (2), s. VI, exceptis tantum duobus codd. s. XI-XII.

30. Etiam hic emendatiorem lectionem deligendam esse putavi, cum simillimas lectiones meliores et vetustiores codd. *Vulgatae*, in primis *Fuldensis* et *Amiatinus* — licet in *1 Tim.*, 1,3 *remaneris* pro *remaneres* habeant — recte communiter scripserint.

diaconum, subdiaconum, pro *diac(h)onem, subdiac(h)onem* retinui cum plerisque antiquioribus et melioribus codd., etiam meis s. XI-XII, (epp. 3,10; 4,1; 5,8; 9,2; 19,10.26; 43,1; 49,2; 72,2); *diaconos* semel in *B* (ep. 35,17), *diacones* vero item *B* in ep. 71,2 habet. *Diac(h)onem, subdiac(h)onem* exhibent in primis a_3 (epp. 3,10; 4,1), semper CP_3U (epp. 29,2; 95,1-2, alibi);

dinoscitur loco *dignoscitur* suffragatur plerisque codd. meis, aliisque vetustioribus codd., et recte quidem (ep. 47,2);

diocesis semper scripsi, nec umquam *dioecesis* adtestatum inveni (epp. 25,1; 40,1; 44,5; 86,2);

duplicis rite scriptum plerumque reperitur, male, vel semel, *dupplicis* E_3 (ep. 37,4);

ebdomada cum codd. meis aliisque vetustis non paucis recepi; *epdomada* aliquando scribitur in *B* (epp. 36,3; 43,3);

enormia praetuli *innormia*, cum codd. *BS* contra $OO_{16}P$ (ep. 25,2);

epistula malui quam *epistola*, nam cum vox communiter compendio scribatur, *epistulari* in ep. 3,2 cod. a_2 — qui alioqui magis amat *o* quam *u* — habet, et *epistulas* cod. *n* in ep. 11,9. Itaque, licet *epistola* bis vel ter cod. a_1 servaverit, et ita legatur etiam in cod. *Aurelianensi* — vel certe transcripserit editor —, cum *u* esse potius vocem scribendam sum arbitratus, quod quidem suadebat aliunde auctoritas codd. *Fuldensis, Amiatini* et aliorum optimorum quorumque quos consului codd. s. VI;

euangelium, euangelicus, cum antiquioribus codd., in primis *Fuldensi* et *Amiatino,* et codd. meis permultis ubicumque adoptavi; *euuangelicus* plerumque *B*, aliquando cum E_3 et P_3, exscripsit (epp. 19,16; 21,3.5; 30; 34,1);

execratus, execrandus, existere, extare, et si quid aliud simile, *s* post *x* omissa, scripsi constanter cum meis codd. cunctis, exceptis S_1 et (aliquando) P_2 P_4 (ep. 24,7.10; alibi passim); iam ita in codd. *Trecensi* et *Aurelianensi* fuit scriptum;

genetrix, non *genitrix,* omnes codd. mei ferunt (ep. 7,9), et ita habet etiam cod. *Aurelianensis;*

heresis, heretici, item *inherere* constanter suscepi. Ita enim scripta haec verba apparent iam in codd. *Fuldensi, Trecensi, Amiatino* et *Aurelianensi,* in cod.. denique meis cunctis. Syllaba igitur *her-*, iam a priscis temporibus hac ratione exscripta, est excipienda ab iis, quae supra proposui de transcriptione *ae, ę, e;*

honerosum vel semel excipiendum putavi in ep. 18,1 cum codd. $P_1 P_2 Q$ adversus solum recentiorem P_3. Ita scripserunt insuper uni $P_1 Q$ in ep. 24,11; sed iam cum *h* scripta non semel haec vox reperitur in cod. *Paris, B.N. lat.* 12205 *Regulae Magistri,* item saepe in codd. S. Gregorii Magni *Reg.*, quod facilis sit falsa derivatio ab *honore.* — Ceterum littera *h*, utpote quae non sonet, pro lubitu scribarum saepe haud in paucis codd. omissa aut addita fuit; in epistulis Pelagii, verbi gratia: *carta* — emendatum aliquando ex *cartha* — (epp. 3,4-5.7; 31,1); *exortantes* pro *exorantes* (ep. 6,1); *exortatione* (ep. 29,1); *omines* (ep. 9,4); *onorem* (ep. 52,10); *ortamur* (ep. 52,14); *ortodoxos* (ep. 11,7; alibi); *habundantes* (ep. 35,6); *adhipisci* (ep. 34,4); *atthrai* (ep. 59,9); *cohoperante, hoperante* (ep. 11,3.4); *synhodus* (recte fortasse) in ep. 11,7; *thomus* (ep.7,2-3), et alia bene multa similia. E contrario in codd. *Fuldensi* et *Amiatino* rite *abundantius* scribitur, et corrector cod. *Trecensis* (an ipse met Gregorius?) *h* saepius recte addidit aut delevit. Itaque ego eas et consimiles voces plerumque cum codd. qui rite eas servaverunt scripsi, paucis, uti *cartae,* quandoque exceptis, ubi simpliciores formas longe melius adtestatas inveni. Cf. verba *calchedonensis, cohercere, diaconum, parrochia, pascha, sepulchrum;*

incolumis praetuli scripturae *incolomis* cum codd. $a_1 a_2$ adversus a_3 (epp. 1,3; 2,8; 4,7; 5,9; 6,4; 7,19; 8,5; 9,5; 10,8; 11,12); excipienda autem videtur *incolomitas* in ep. 9,2 cui lectioni codd. omnes consentiunt. Ceterum *o* pro *u* non semel in codd. *a* reperitur: *paruolis* scripsit a_2 in ep. 11,3; *orbis* pro *urbis* etiam a_2 in ep. 3,13; *postolamus,* a_1 in ep. 6,3; *praesolis* loco *praesulis* demum a_2 in ep. 7,3, neque semel hic ultimus cod. *u* ex *o* correxit. Contra, *tumentacia* (sive *tumentia* mendose) scribunt in ep. 4,5 codd. omnes;

intellegere et *intelligere* inveniuntur; primam formam autem excepi ubicumque testatam exstabat. In codd. *a, intellegere* (epp. 3,7; 7,8), iam vero *intelligere* scribitur in codd. recentioribus coll. canonum s. XI-XII (ep. 59,9), cod. D_1 excepto. *Intelligere* iam aliquando apparet in cod. *Trecensi,* verum corrigitur plerumque; ideo *intellegere* scribere malui et ego cum optimis et vetustis aliis codd. permultis;

membrum scripsi ubicumque, etiamsi *menbrum* non raro in codd. meis s. XI-XII, *B* in primis, reperiatur (epp. 11,7; 19,27; 24,2.10; 35,2); recte, inter alios, in codd. *Fuldensi* et *a* prostat scriptum;

mysterium semper scribendum sum ratus, licet saepe in meis codd. coll. canonicarum, etiam in *B*, *misterium* (aliquando pro *ministerium*) exstet scriptum. Sepius enim cum *y* genuine scribitur in plerisque codd. antiquioribus s. VI-IX, in meis codd. *a*, itemque in aliis codd. meis non numquam. Mutatio *y* in *i* in hoc et in

aliis verbis, puta *synodus*, *syracusa*, facilius explicaretur, si re ipsa codd. vel eorum archetyporum quidam fuerint dictati; *mysterium* sive *misterium* occurrit in epp. 10,3; 36,3; 38,4; 43,4; 50; 57,2;

neglegentia et *negligentia*, *negligens*, *negligenter* in meis codd. inveniuntur (epp. 60,2; 84,1; 91,3). *Negleg-* malui conservare ubi adtestatum fuit, cum in cod. *Trecensi* communiter *i* in *e* corrector emendaverit, et vetustiores codd. plures *e* similiter praeferant;

obtinere et *optinere* permixte suscepi, pro codd. testimonio. *P* loco *b* scripta fuit non raro iam in vetustis codd. *Fuldensi*, *Lugdunensi*, *Trecensi*, *Amiatino* et *Aurelianensi;* item in cod. a_1 (ep. 5,4), rite, opinor; in BE_3 (ep. 37,4); IKS_2 (ep. 53,10); quos omnes sum secutus; contra *obtamus* pro *optamus* (ep. 2,2) servavit cod. a_2, et *babtismi* sive *babptismi* (epp. 56,3 et 58,2) codd. P_2 C_4 C_2 exscripserunt; *p* ex *b*, aut e contra, bis emendavit *B* (epp. 56,3 et 77). Cf. p. 148; 154; 192;

parrochia et *parroechia*, bene adtestantur in codd. meis (epp. 17,1.4; 32; 33,6; 36; 51,1); praeferenda autem videtur *parrochia*, quippe quae — licet non pluries — maiori tamen codd. numero fulcitur, similior est voci *diocesis* (pro *dioecesis*) semper in epistulis adhibitae, magis demum distans ab hodierna *paroecia*;

pascha adoptavi cum *Fuldensi*, *Amiatino* aliisque vetustis codd. pluribus et meo cod. *I*, etsi non semel *pascae* scriptum in *B* (epp. 41,2; 43,3) et codd. *O* (ep. 43,3) reperitur;

peierauit in ep. 49,1 scripsi pro *peiurauit* cod. *I*. Ratio est haec: scriba non potuit legere *periurauit*, nam verbum scripsisset per compendium solitum *p(er)iurauit*. Sed *peiurare* apparet tantum in cod. *Beza* versionis *Veteris Latinae* et in paucis codd. *Vulgatae* parvae auctoritatis; contra, *peierare* sive *perierare* gaudet suffragio vetustiorum et optimorum codd. *Vulgatae* tam V. T. quam N. T., etiam *Fuldensis*, *Amiatini* (bis, semel *periur.*) et *(Turonensis) Paris. N. Acq. lat.* 2334 *(perier.)*, unde veri simile est, librarium legisse re ipsa *peierauit* quod, consuetudinis influxu *(periurauit)*, excripsit *peiurauit*;

pincxistis est lectio a_2 (ep. 2,2), notatu digna, originalis forte. Similis ratio *c* ante *x* scribendi iam in cod. *Fuldensi* aliquotiens occurrit, item in cod. *Paris. B. N. lat.* 12205 *Regulae Magistri*, in cod. *Trecensi*, ubi autem emendatur a correctore, et in aliis vetustis codd. bene multis[31];

31. Etiam, exempli ergo, in cod. *Lugdunensi Pentateuchi*. Cf. U. ROBERT, *o. c.*, p. XLVIII[b].

quatenus et *quatinus* recepi, quod iam ambae scripturae rationes inveniantur in cod. *Trecensi;* memoranda est vox *protinus*, quae cum *i* similiter scribitur. Codd., quibus sum usus, a_2 et *V* *quatenus* habent, *quatinus* vero saepius servavit a_1[32], semper *B*, item plerumque codd. recentiores (epp. 7,2; 9,4; 41,2; 69,3; 86,3; 91,2; 92,1). *Quatenus* autem potius quam *quatinus* genuinam fuisse lectionem, istique idcirco praeponendam, ubi ambae simul occurrunt, autumo; nam cetera vocabula quae etiam ex *-tenus* constant, uti *hactenus*, *ullatenus*, *nullatenus* semper *e* scribuntur, excepto semel *aliquatinus* cod. *J*, contra *aliquatenus* cod. *I* (ep. 35,1). Cf., verbi gratia, epp. 11,3; 19,6; 34,5; 38,2; 49,2; 55; 59,3; 64,1.5.6; 86,3[33];

repperire potius quam *reperire* scribere malui ubi ubi adestatum inveni (epp. 1,2; 6,2; 43,3; 64,6), cum quibusdam codd. meorum itemque cum *Fuldensi*, *Trecensi*, *Amiatino*, *Aurelianensi*, aliisque compluribus vetustis codd., qui saepe saepius *p* amant iterare[34];

saltem et *saltim* (epp. 8,1; 17,5; 21,1; 79) recepi, cum vox iam ab antiquo, et quidem iam crebro in *Trecensi*, semper in *Aurelianensi*, non numquam et in *Amiatino*, cum *i* scribatur; *saltem* vero malui retinere, ubi utraque forma testatur, quod facere monent cod. *Fuldensis*, et alii optimi codd. *Vulgatae* s. VI-VII[35];

32. Cf. etiam orthographiam VIGILII *Epp.*, quam tradunt codd. *a* in ed. W. GUNDLACH, *Epp. Arelatenses...*, *l. c.*, p. 56, l. 19; 58, l. 25; 60, l. 16; 64, l. 25; 66, l. 2; 67, l. 22; 68, l. 20.

33. *Quatenus* invenitur vel certe semel in cod. *Fuldensi* (cf. ed. E. RANKE, *o. c.*, p. 3, l. 28), *quatinus* vero numquam in eo cod. reperii. Cf. etiam quod animadvertitur in ed. W. JACOB-R. HANSLIK, *CASSIODORI—EPIPHANII Historia ecclesiastica tripartita*, CSEL., t. LXXI, Vindobonae, 1952, p. 728[a], id est, scriptores codd. semper *quatenus* exscripsisse, correctores vero iterum atque iterum in *quatinus* emendarunt. In locupletibus huius ed. indicibus (p. 722-766) inveniet curiosior lector multa huius operis, s. VI item conscripti, quae tum graphice tum grammatice proxime accedunt ad eam scribendi rationem quae in epistulis Pelagii est usurpata. — Discrimen quod inter *quatenus* et *quatinus* fecerunt quidam latini grammatici s. II-VIII (cf. H. SCHUCHARDT, *o. c.*, t. I, p. 399 et Ae. FORCELLINI... I. PERIN, *Lexicon...*, t. III, p. 1005[a]-1006c) teneri non potest.

34. Idem observatur, exempli causa, in codd. S. GREGORII MAGNI *Reg.* et in codd. CASSIODORI-EPIPHANII *Historiae ecclesiasticae tripartitae.*

35. *Saltim* fuit iam ab antiquo scriptum etiam in aliis antiquis codd. (cf. H. SCHUCHARDT, *o. c.*, t. I, p. 446), etiam in plerisque codd. *Vulgatae* (N.T.: *Act.*, 5,15), et in pluribus codd. item *Vulgatae* (V.T.) quorum antiquiores sunt quidem plerumque s. VIII-IX (cod. *Amiatinus* vero septies *saltem* in V.T., sed ter certe *saltim.* in V.T. et semel in N.T.). Cum autem,

scisma pro *schisma*, exceptione facta ep. 10,3, et *scismaticus* duxi scribendum. *Scisma* enim scribitur non semel in codd. *Fuldensi*[36], *Wirceburgensi* Mp. th. q. 3 (olim CXXVII) Priscilliani (?) aut Instantii(?)[37], *Amiatino*[36] et *Aurelianensi*, semper in codd. Aviti et Ennodii[38], item apud Hormisdam in *Coll. Avellana*[39]; sed et, quod pluris forsitan sit faciendum, *scisma*, non autem *schisma* fuit in ipso met Pelagii epitaphio exculptum[40]. Ita demum constanter est exscriptum in meis codd. s. XI-XII, si excipias bis vel ter *scismathicus*, quae quidem lectio non certo probat legisse scriba *schismaticus*, sed potius aut eruditionis librarii falsa emendatio, aut illius mendum est plane reputandum;

sepulchrum cum cod. *I*, pro *sepulcrum* cod. *B* (ep. 20,3) adoptavi; cum littera enim *h* vocabulum scribitur iam in codd. *Fuldensi*, *Trecensi* et *Amiatino*, inter alios optimos codd. pervetustos, denique in epitaphio ipsius Pelagii;

synodus semper scripsi ubi codd. mei *sinodus* habent (epp. 24,1.3.4; 59,7; 95,4; alibi codd. quidam), quod consulunt tum codd. *a*, tum cod. *Aurelianensis*, tum demum codd. *Fuldensis*, *Amiatinus* aliique vetusti, qui *synagoga* scribunt constanter. Idem valet de nomine *Syracusanus* (epp. 18,3; 25,1; 33,2-5) quod cum *y* scribitur tum in quibusdam meis codd., tum item in codd. *Fuldensi* et *Amiatino*, inter alios antiquiores codd. *Vulgatae*;

---

ultra cod. *Fuldensem* cum paucis aliis recentioribus in N.T., alii etiam vetustiores codd. *Vulgatae* s. VI-VIII (V.T.), quos inter, *(Turonensis) Paris. N. Avq. lat.* 2334, *Veronensis Capit.* II (2) et *Vaticanus Ottob. lat.* 66, lectionem cum *e* scriptam tueantur, eam idcirco praeferendam duxi in ep. 21,1, ubi utraque forma invenitur.

36. Σχίσμα interpretatur *scisma* bis in cod. *Fuldensi*, semel in *Amiatino;* semel *scissura* in *Fuld.*, bis in *Am.*; *schisma* bis in *Fuld.*, bis in *Am.*, alias demum *dissensio* in ambobus.

37. Hoc in cod., s. V-VI, semel *schisma*, quinquies vero *scismatici* scribitur.

38. Cf. edd. R. PEIPER, MGH., *AA.*, t. VI, p. 349ª et F. VOGEL, *ibid.*, t. VII, p. 345ª. Etiam in *Orthographica* postremi operis (p. 334-348) saepius et eadem menda in codd., et similis scribendi ratio, perinde ac in codd. meis et in hac ed. notantur, inveniuntur.

39. Cf. ed. O. GUENTHER, *o. c.*, p. 629, l. 14 et 735, l. 13.

40. *Scisma* insuper reperitur in *Fragm. Frisingensia* (cf. ed. dom D. DE BRUYNE, p. 5, l. 21). Ceterum consulendi sunt in ed. I. WORDSWORTH-H. I. WHITE... (cf. p. XCVIII, n. 11) loca N. T. (*Io.*, 9,16; *1 Cor.*, 1,10; 11,18; 12,25) ubi verbum potest inveniri. — Pelagii epitaphium videas apud L. DUCHESNE, *Le Lib. Pontif...*, p. 304: cf. aliam ed. in notulis ad ep. 94, p. 224.

temptare denique, non *tentare* ubique ferme, cum omnibus codd., *B* semel excepto (ep. 52,3), retinui. Recte plerumque cum *p* scribit verbum *Fuldensis*, aliquotiens et *Amiatinus*, licet potius *temtare* scribere amet; *Trecensis* quoque *p* constanter adiecit; unus a_1 codd. meorum semel *temtare* servavit (ep. 11,3), uti et ego, emendans supra memoratam lectionem cod. *B*, correctam volui.

De assimilatione autem haec quae notantur sufficient. Dum codd. *a*, praesertim a_2, lectionibus non adsimilatis gaudeant, plerumque, quibusdam vero momenti exceptis, codd. recentiores coll. canonicarum assimilationem praeferunt. Ideo lectori quandoque forsan videbitur, saepius non adsimilatas paucorum codd. in epistulis 12-96 lectionibus assimilatis plurimorum fuisse praeponendas. Anceps haesi et ipse, sed cum res aliquatenus maneat incerta, cautius tandem incedere putavi, si lectiones maioris partis codd., *B* plerumque prae ceteris, in epp. 12-96 receperim.

Quae animadvertenda praesertim videntur haec fere sunt[41]:

accrescere (ep. 12,1)
adgravare (ep. 19,6)
adimplere, adinpl. (ep. 27,1; 36,3; 42,2; 44,3)
admittere (epp. 3,1; 19,5)
adnectere (ep. 11,4)
adquiescere, acquiesc. (epp. 36,2; 52,10)
adquirere (ep. 26)
adsistere (ep. 11,10)
adstruere, astr. (epp. 3,6.8; 73,1)
adsumptio, assumpt. (ep. 7,11)
adtemptare (ep. 17,3)
adtendere, attend. (epp. 3,2.7; 19,20.23)
afferre (epp. 3,5; 24,15)
alloquium (epp. 1,2; 67,4)
ammirari[42], *admir.* (epp. 2,5; 19,22)
ammon., *admon.*[43] (epp. 3,1; 7,4; 19,12.20.24.29; 21,1.3; 23,5.6; 29,1; 34,1; 44,4; 59,2; 67,2)
anniti (ep. 91,3)
annuere (ep. 87,1)
apparere (ep. 19,2)
approbatio, adprob. (epp. 11,3; 24,2)
aspicere (ep. 9,4)

---

41. Non omnia prorsus loca recensere intendi, ubi verba notata occurrunt; quaedam modo animadverti quae inlustrent varias verborum scribendorum rationes in codd. repertas.

42. *Ammirari* iam invenitur vel bis in *Fuldensi* et saepius in *Amiatino*; semper in cod. *Aurelianensi*. Idem advertitur praeterea in orthographia VIGILII, *Epistularum* in *Coll. Arelatensi*, et in CASSIODORI-EPIPHANII, *Historia ecclesiastica tripartita*.

43. *Ammon-* item, certe semel, in codd. *Fuldensi* et in *Amiatino* scribitur. Itidem ubique in *Trecensi* et in *Aurelianensi*, et in operibus supra in n. 42 memoratis. Sed, cum ipse cod. *Fuldensis* aliique vetusti codd. s. V-VII *admon-* ferant etiam non semel, rem diiudicandam credidi in singulis locis pro qualitate codd. ambas lectiones testificantium.

B) Editionis ratio

Paucis exponam quo pacto sit praesens editio digesta, quaenam signa et conventiones usurpatae.

Epistulae disponuntur plerumque eodem ordine quo in *Coll. Arelatensi* (epp. 1-11) et in *Coll. Britannica* (epp. 12-82) prostant, et ubicumque ab ea ordinatione receditur indicatur. Ceterum, litterae ordinantur etiam pro viribus ordine chronologico temporis quo fuerunt datae, ita ut prius collocentur eae quarum tempus melius et certius dinoscitur (epp. 1-83), postea quae dubie aut aliqua hypothesi cuidam adscribuntur tempori (epp. 84-86), aut quarum definiri non potest (epp. 87-95). ord. chronol.

Singulas epistulas praecedent regesta quibus litterarum argumentum summatim contrahitur. Infra designantur numeri quibus epistula respondit apud J-K. et Kehr, si tamen litterae in operibus eorum recensentur. regesta J-K.

Enumerantur postea praestantiores, aut quae omnibus magis patent editiones, quibus autem antecedit, ubi litterae in eis integrae non eduntur, adnotatio paragraphorum quae in illis exstant. Litterarum enim textus in paragraphos distinguitur in longioribus epistulis. Sensu plerumque fit divisio, quandoque vero ad secernendum commodius quae noviter fuerant reperta (epp. 25,3; 42,1-2; 52,16; 54,2; 60,1), aut diversa ad diversas collectiones pertinentia (ep. 19,29). editiones paragraphi

In textu quae certo aut probabilius omittenda videntur, quae tamen auctoritate quarumdem coll. aut cuiusdam non contemnendi cod. fulciuntur, his uncinis [ ] includuntur, his vero ⟨ ⟩ quae addenda censui, his ( ) denique, quae ad sensum explicandum aliquo modo a reliquis secludere oportebat. [ ] ⟨ ⟩ ( )

Signo * * notavi quasdem lacunas in medio textu detectas, nam aliae satis iam patent adnotationibus auctorum coll. canonicarum, ut puta, [Et paulo post], [Post pauca], [Inter cetera], [Inter alia], [Et post alia], [Et infra], [Item], et his consimilibus. Initio autem et fini epistularum numquam illam adposui notam, propterea quod, cum multae litterarum Pelagii non nisi excerpta epistularum esse constet, saepius debuissem eo uti indicio. Item illo abstinui ubinam quaedam non certae lacunae aliqua coniectura possent deprehendi. * *

Insigni † † designavi pauca verba nondum ad amussim nec satis certe sanata. † †

Litteris inclinatis quas *italicas* vocant exprimuntur quae quoquo modo ab editore, contra dicentibus codd., sunt mutata. Nullo *litt. inclin.*

autem pacto notatur omissio litterae *c* ante *h* neque *e* post *a* ubi vitiose erant descripta, de quibus iam satius supra dixi, ubi ratio transcriptionis expenditur.

litt. separat. Litteris paulo amplius separatis notantur adlegationes a pontifice factae, non vero merae reminiscentiae, adlusiones aut demum quae libere nimis citantur.

apparatus Quod adtinet ad apparatum, signantur primo in eo codd. quibus nititur textus, folia ubi insunt Pelagianae litterae, aut earum fragmenta, quo in casu advertitur, semel post primum cod., quae paragraphi servantur in unaquaque coll. — si omnes codices coll. eadem habeant — alias ea paragraphorum notatio iteratur,

codd. : , Ubicumque testimonia positiva et negativa codd. efferuntur, ambas partes duobus punctis: discerno, diversae autem lectiones virgula distinguuntur; verbi gratia: pelagius] *E Q*: gelasius *O P*. *om*. *B* (ep. 36,1). Advertas in apparatu non indicari distinctionem inter maiusculas et minusculas litteras in codd., nec plerumque eorum interpunctionem.

Saepe saepius negativum tantum codd. testimonium in apparatu exposui, id est, codd. qui ab iis in textu secutis discrepant; ceteri codd. de quibus nil loquitur lectioni receptae consentire censentur. Aliquando autem, etiamsi id stricte sufficiebat, ad maiorem claritatem, puta, ut in memoriam lectoris revocarem quibus codd. ibi ea epistulae pars adservetur, malui etiam positiva testimonia recensere.

Litteris puris, sine subindicibus[44], designavi consensus codd. collectionis, aut certe eorum codd. qui non expresse in alia parte notulae criticae adlegantur. Excipiendam esse patet, eam coll. quae uno cod. modo servatur aut cuius uno tantum cod. fuerim usus; verbi gratia: cuilibet] O_1 O_2 O_9 O_{16} *S*: cuiuslibet *O* = cuilib.] O_1 O_2 O_9 O_{16} S_1 S_2: cuiuslib. $O_{3\text{-}8}$ $O_{10\text{-}15}$ (ep. 18,3); helpidium] D_2 E_3 *H*: hespedium *B*, elpidium *E* = ...: hespedium B, elpidium E_1 E_2 E_4 (ep. 23,5).

[ ] His uncinis [ ] includuntur in apparatu verba quibus ab inmediata lectione — ceteris convenientibus — quidam cod. a reliquis discrepat, maxime scripturae ratione; verbi gratia: dissecrat ipse potius] B_1 *D I J R*: ..., desecrat ipse potius *O* [desacrat] C_2 (ep. 24,9); rarius intra eos inclusi lectionem ad praecedentem melius declarandam.

44. Codd. qui bis epistulam sive fragmentum aliquod habent denotantur altera vice indice[b], qui ad litteram cod. designantem adponitur; exempli gratia: B^b $C_2{}^b$ $C_3{}^b$.

Punctis ... exprimuntur communiter verba lectionis longioris consulto a me omissa, aut etiam alias rarius litterae quae in lacuna aut in rasura quaedam desiderantur. ...

Correctorum manus indicavi additis numeribus post codd. sigla: a_1 2, B2, B3, verum in eis tantummodo locis ubi clare discernuntur aut solido dubio patent. correct. B2

Incerta interpretatio, dubia lectio, signo *(?)* post lectionem ante sigla codd. exprimitur; sin vero dubium versatur circa manum correctoris idem signum post cod. ponitur; verbi gratia: uerbo] *ex* morbo *(?) B* (ep. 19,1); uobis] *ex* nobis *corr. vid. B2 (?)* (ep. 27,3). Cod. qui dubio in lectione aut interpretatione afficitur virgula secernitur ab aliis codd. qui eum praecedunt; ex. gratia: ...inmunitate C_2 C_3, C_4 *(?)* (ep. 23,2). (?)

Nota discrimen inter *eras.*(um) (-it), *expunx.*(it) *expunct.*(um), et *del.*(etum) (-evit). Primum de se patet; alterum designat puncta quibusdam litteris subposita, aut etiam superposita, quibus eas scriba voluit inritare. Postremo denique denotantur tenues lineae nominibus quibusdam inscriptae, aut eisdem subscriptae quibus ea verba infitiantur. *eras.* *del.*

Restat tandem ut paucis declarentur partes quas et auctor et editor in opere conficiendo habuerunt. Auctori adiudicanda sunt: 1) labor ingratus et haud parvus colligendi textus omnium epistularum earundemque ordine chronologico disponendarum: 2) epistularum regesta pleraque; 3) notulae historicae plurimae, maxime quae nexum intimum et relationes litterarum mutuas pandunt, et aliae paucae quae ad geographiam spectant; 4) praefatio potius historica, hic vero omissa, serius, Deo iuvante locupletior edenda, qua opus munierat; 5) paucae emendationes textus, quarum autem aliquae magni sunt pretii, quae quidem in loco uniuscuiusque proprio notantur; 6) parvae indicationes de unitate duarum epistularum coniungendarum (epp. 97 et 38) quas ego sum secutus (ep. 38). Auctor

Editor vero: quoad 1) reiecit ut spuriam ep. J-K. 967[45] (ep. 94 auctoris), aliam autem addidit, ep. 96 videlicet[46]. Epp. 37; 38; 64 edidit duas in unaquaque coniungens litteras auctoris (in ep. 38, ut nuper dixi, sequens nutum auctoris), quae antiquis numeris ordinis prisci sub hodiernis notantur. Immutatus est in paucis aliis ordo litterarum, quorum praecipua sunt: numerus 10 datus Editor

45. Cf. p. 239, nota.
46. Cf. p. 227-228.

ep. 1 auctoris, unde etiam eius epp. 2-10 numeros 1-9 receperunt; transpositiones minoris momenti 9 aliae litterae auctoris subierunt, praesertim priscae epp. 36 (nunc 69) et 93-98, ob reiectionem in primis ep. 94 (J-K. 967) auctoris, et admissionem ep. 96; quare etiam aliae litterae ordinem et numeros paulum mutaverunt. Numeri vero auctoris qui adhuc servantur sunt epp. 11-35, sed ordo antiquus paene inmutatus praeterea mansit in epp. 1-9; 37-68; 71-92. Prisca igitur dispositio auctoris quantum licuit fuit servata; quoad 3) editoris sunt adnotationes quae ad grammaticam pertinent, item quae ad explanandum sensum rariorum verborum inservire volunt, omnes demum notulae quae —uti quaedam geographica sive topologica— ita hodiernis lectionibus textus nectuntur, ut istum recenter statutum supponant. Bibliographiam augere ubique pro viribus conatus est editor, summatim tamen, ita ut ea communiter opera adlegentur ubi studiosus lector copiam librorum qui ad unamquamque rem spectant possit invenire. Prolegomena denique operis sicut et textus recensionem ad editorem pertinere liquet.

Ceterum, quidquid boni in hoc qualicumque inveneris opere, Deo optimo, uni veritatis fonti, maxime tribue, eis vero qui in hoc labore insudarunt, si quae minus feliciter tibi viderentur soluta, veniam benevolentia tua concede.

Editor

In coenobio Montisserrati aa. D. 1955-1956.

PELAGII I PAPAE EPISTVLAE QVAE SVPERSVNT

NOTULAE CODICUM ET SIGLA

a_1 *Paris. B. N. lat.* 2777 (s. IX^1)
a_2 *Paris. B. N. lat.* 3849 (s. IX)
a_3 *Paris. B. N. lat.* 5537 (s. X-XII)
b *Valentianensis* 160 (s. IX)
c *Vatic. lat.* 3879 (s. IX-X)
d *Vatic. lat.* 3827 (s. X-XI)
e *Vatic. lat.* 3827 (s. X-XI)
f *Casinensis* 220 (s. XII)
m *Montepessul. Sch. Med.* H. 308 (s. IX^1)
n *Leidensis Voss. lat.* Q. 122 (s. IX-X)
p *Paris. B. N. lat.* 2853 (s. X)
B *Londin. Brit. Mus.* Add. 8873 (s. XI-XII)
B_1 *Londin. Brit. Mus.* Add. 8873 (s. XI-XII)
C_1 *Paris. B. N. lat.* 3875 (s. XII^1)
C_2 *Salmantic. Univ.* «*Zam. Hist. Hisp.*» 2644 (s. XII med.)
C_3 *Paris. B. N. lat.* 3876 (s. XII^2)
C_4 *Vatic. lat.* 5715 (s. XII^2)
D_1 *Vatic. lat.* 3833 (s. XII in.)
D_2 *Vatic. lat.* 3829 (s. XII med.)
E_1 *Vatic. Reg. lat.* 973 (s. XII med.)
E_2 *Berolin. Oefftl. W. B. lat.* 612 (s. XII^1)
E_3 *Paris. B. N. lat.* 13656 (s. XII in.)
E_4 *Monacen. lat.* 12603 (s. XII^1)
F_1 *Paris. B. N. lat.* 14315 (s. XII^1)
F_2 *Vatic. lat.* 1357 (s. XII^2)
F_3 *Paris. B. N. lat.* 3874 (s. XII^2)
G *Paris. B. N. lat.* 3865 (s. XII^2)
H *Vindobon. B. N. lat.* 2178 (s. XII-XIII)
I *Vindobon. B. N. lat.* 2153 (s. XII^2)
J *Vindobon. B. N. lat.* 2192 (s. XII^1)
K *Berolin. Oefftl. W. B. lat.* 142 (s. XI ex.)
O_1 *Vatic. lat.* 1363 (s. XII med.)
O_2 *Paris. B. N. lat.* 12519 (s. XII^1)
O_3 *Vatic. lat.* 6381 (s. XII in.)
O_4 *Vatic. lat.* 1364 (s. XII^1)
O_5 *Graecensis* II, 351 (s. XII)
O_6 *Parmensis* 976 (s. XII)
O_7 *Neapolit.* XII. A. 37-39 (s. XII)
O_8 *Florent. Laurent. Ashburn.* 53 (s. XII)
O_9 *Venet. S. Marci Cl.* IV, LV (s. XII)
O_{10} *Mantuan.* C. II. 23 (s. XII in.)
O_{11} *Bonon. Univ. lat.* 375 (s. XII)
O_{12} *Vatic. lat.* 4983, chart. (s. XVI)
O_{13} *Pisan. Semin.* 56(59) (s. XII)
O_{14} *Vatic. Barb. lat.* 535 (s. XII in.)
O_{15} *Vatic. lat.* 1361 (s. XII)
O_{16} *Berolin. O. W. B. Savignyn.* 3 (s. XII^2)
P_1 *Matrit. B. N.* 7127 (s. XII^1)
P_2 *Paris. B. N. lat.* 3881 (s. XII^1)
P_3 *Paris. B. N. lat.* 3882 (s. XIV-XV)
P_4 *Vatic. Reg. lat.* 987 (s. XII med.)
Q *Vatic. lat.* 3832 (s. XI-XII)
R_1 *Vatic. Rossian. lat.* 226 (s. XII in.)
R_2 *Brixian. Arch. Capit.* s. n. (s. XII med.)
R_3 *Florent. Laurent.* Plut. XXIII, Dext. Cod. V (s. XII^2)
S_1 *Vatic. lat.* 1346 (s. XII in.)
S_2 *Vindobon. B. N. lat.* 2186 (s. XII^1)
S_3 *Cortonensis.* 43, VIII (s. XII^1)
T *Vatic. lat.* 1348 (s. XII in.)
U *Taurin. B. N.* 783 (s. XII^1)
V *Vatic.* Hhhhh 97 ex caps. X (s. VIII-IX)

Bishop: Emendat. propositae ab E. Bishop in describ. cod. *B* (Editores apparatu adlegati, in singulis epp. notantur).
[ ] his uncinis includuntur quae omittenda videntur
⟨ ⟩ his vero quae addenda
( ) his utuntur ad declarandas textus periodos
** designant lacunas sat certas in medio textu detectas
† † discernunt verba nondum sanata aut dubia
litteris inclinatis scribuntur quae quoquo modo sunt ab editore mutata
l i t t e r i s s e p a r a t i s adlegationes operum scriptorumve aliorum notant

1

Sapaudo salutem dicit, suamque in solium pontificium evectionem nuntiat.

J-K. 940 4 iulii a. 556

Edd.: GUNDLACH, MGH., Epp., III, p. 69; MANSI, IX, c. 721; MIGNE, PL. 69, c. 401.

DILECTISSIMO FRATRI SAPAUDO PELAGIUS. Quae 1
nobiscum omnipotentis Dei gratia fuerint operata, ad caritatem tuam credimus fuisse perlatum; pro qua re ad uos destinari conuenerat, ut uisitatione communi magno inuicem gaudio fruere-
mur. Nos tamen fraternae memores caritatis, praesentium por- 2
titorum occasione repperta, officium fraternae salutationis

Codd.: a_1 fol. 36 a_2 fol. 39^v, a_3 fol. 71.

1 sapaudo] *ex* sapado *(u superscr.)* a_3 2 gratia fuerint] *ex* gratiam fuerit a_2: gratia fuerit a_1 a_3 *post* operata a *eras. vid.* a_2 5 caritatis] per *add. Baronius* [per praesent. portitorem] *non* a_2 *(ut notat Gundlach)* 6 reperta a_1 a_3 salutationis] *ex* salutatione *(?)* a_3

Tit. **Sapaudo:** Arelatensis episcopus, nobis notus tum hac et epp. 2; 4; 5; 8,2; 9; 19, quae ad eum noster pontifex misit, tum conciliis gallicis quibus interfuit. Cf. W. GUNDLACH, *...Arles und Vienne...*, NA., t. XIV, p. 336-337. Patricii Placidi filius (epp. 4,4; 9,3), ut Arelatensis episcopus et praeses concilii Parisiis a. 552 habiti primo nobis occurrit. Cf. F. MAASSEN, *Concilia aevi Merov.*, MGH., *Legum sectio III Concilia*, t. I, Hannoverae, 1893, p. 117; 119. Die 3 febr. a. 557 Pelagius ad primatum totius Galliae eum evexit. Cf. KEUNE, *Sapaudus*, in *Pauly-Wissowa*, t. I^A, c. 2320. Obiit a. 586. Cf. GREG. TURONENSIS, *Hist. Franc.*, VIII, 39. (B. KRUSCH, MGH., *SS. rer. Merov.* t. I, p. 406). Quod ad sedem Arelatensem adtinet, praeter opera notata in ep. 5, 1, p. 14, cf. etiam H. LECLERCQ, *Arles*, DACL., t. I, 2, c. 2889-2913; L. ROYER, *Arles*, DHGE., t. IV, c. 231-243 (de primatu c. 231-236); L. DE BRUYNE, *Arles*, in *Enc. Cattol.*, t. I, c. 1945-1948.

2. **praesentium portitorum:** Arelatenses viri. Cf. ep. 2,3., p. 4.

inpendimus, optantes ut alterna in timore Domini caritate uiuen-
tes, mutuo frequenter refoueamur alloquio. Deus te incolumem 3
custodiat frater carissime. Data IV Nonarum Iuliarum anno XV 4
post consulatum Basili uiri clarissimi.

---

7 impendimus a_1 a_3 optantes] *ex* opantes a_3 8 incolomem a_3 9 karissime [kme] *codd.* 10 basilii *ex* basili a_3*2 (?)* uiri clarissimi] uindarissimi a_3.

---

4. **post consulatum:** Usitata ratio ad subsignandum tempus quo litterae datae erant, ubi nullus novus consul anno currenti designatus fuerat. Antiquiore duarum rationum, quae tunc temporis vigebant ad litteras dandas, curia romana utebatur. Cf. E. STEIN, *Postconsulat...*, *l. c.*, p. 869; 873-875.

Basili: Flavius Anicius Faustus Albinus Basilius, postremus *consul Orientis*, a. 541. Cf. G. HUMBERT, *Consul*, in *Daremberg-Saglio*, t. I, 2, p. 1465, et G. BLOCH, *ibid.*, p. 1474; D. VAGLIERI apud E. DE RUGGIERO, *Dizion.Epigraf.d'antich.romane*, t. II, Roma, 1910, p. 1107; Ae. FORCELLINI... I. PERIN, *Lexicon...*, t. V, *Onomasticon*, p. 247; E. STEIN, *Histoire ...*, p. 462; 788. — Contractio autem genitivi *-ii* in *i* satis nota est. Sufficiat hic, exempli ergo, adlegare usum Gregorii Turonensis in Gallia s. VI exeunte. Cf. M. BONNET, *o. c.*, p. 334-336; MGH., *SS. rer. Merov.*, t. I, 1, p. 590ª (declinatio 2).

uiri clarissimi: Cf. notulas in epp. 21,1 et 63,1, p. 65 et 165. Quod consul hunc vetustum retineat titulum, etiamsi alius tunc temporis dignior ei deberetur, explanat P. KOCH, *o. c.*, p. 14.

2

Grato animo laudes a Sapaudo inmerito sibi tributas commemorat simulque eum salutat, atque de re ab eius legato coram exposita agit.

J-K. 941 16 septembris a. 556

Edd.: GUNDLACH, MGH., Epp., III, p. 69-70; MANSI, IX, c. 721-722; MIGNE, PL. 69, c. 401-402.

DILECTISSIMO FRATRI SAPAUDO PELAGIUS. Frater- 1
nitatis uestrae grata nobis conloquia, Felice uiro honesto deferente, suscepimus; quibus recensitis, communi Domino ac Deo nostro insufficientes gratias egimus, quia incolumitatem dilectionis tuae,
quae nobis est desiderabilis, earum testificatione cognouimus. Ea 2
autem quae in nostris laudibus facundia oris uestri disseruit, quamquam uos congruentem rem fecisse manifestum sit, nos tamen nihil nostrum ex omnibus quae dicta sunt agnoscentes, uerecundiam magis incurrimus, illud doctissimi uiri ad animum perducentes qui dixit: S i c u t u e r a l a u s o r n a t, s i c f a l s a c a s t i g a t; multum enim uitae nostrae ac morum uerba caritatis uestrae mensuras excedunt. Optamus tamen, ut

---

Codd.: a_1 fol. 36-36ᵛ, a_2 fol. 40-40ᵛ, a_3 fol. 71-73.

1 pelagius] *ex* pelabius a_2 2 colloquia a_3 uero a_2 3 recensetis a_2 nostro] non a_3 4 egimus] *ex* agimus *(?)* a_3 incolumitatem] a_2 *(cf. infra l. 35, epp. 1 et 6, l. 8, et passim in fine epp. 4-11, ubi recte codd.* a_1 a_2, *aliquando et* a_3, incolum. *descripserunt)*: incolomitatem a_1 a_3 *(cf. ep. 9, l. 5)* 5 desiderabilis] *om.* a_1 eorum a_2 6 disseruit] *ex* desseruit a_1 7 quanquam a_1 a_3 12 excedunt] *ex* excedant a_2 obtamus a_2

---

1. **Felice uiro honesto:** Aliunde ignotus. Viri honesti enim titulo donabantur tempore illo liberi aut liberti homines, qui arte aut officio quodam lucrativo victum sibi quaerebant. Cf. E. MAYER, *o. c.*, p. 76. Negotiatorem quendam, nomine Petrum, invenies hocce decoratum titulo, quem illi restitui, in ep. 9,1, p. 28.

2. **Sicut uera laus... castigat:** Operis incerti AURELII SYMMACHI. (O. SEECK, MGH., *AA.*, t. VI, 1, p. 340). Adlegationi CAESARII, *Hom.* XXV, in *Max. Bibl. Patr.*, t. VIII, p. 845 = *Sermo* CCXXXVI., 4 (Dom G. MORIN, *Corp. Christ.*, Ser. Lat., t. CIV, p. 943), adde *Sermo* CCXVII, 3 (*ibidem*, p. 863). Vera et genuina lectio SYMMACHI forsitan fuit: *Ut uera laus ornat, ita falsa castigat,* prout inferri potest ex diversis locis adlegatis, quae eadem verba nobis servaverunt.

sanctorum omnium praecibus et uestris orationibus faciat nos
Deus tales existere, quales uos esse ex bona uoluntate pinxistis.
Atque ideo, salutantes debito caritatis affectu, indicamus, nos, 3
inuenta ante hoc paruum tempus occasione quorundam de pro-
uincia uestra Romam uenientium, tanto amoris uestri feruore
fuisse succensos, ut inpatienter ferremus huiusmodi oportunita-
tem silentio praeterire. Scribentes namque gloriosissimo commu- 4
ni filio, regi Childeberto, etiam ad caritatem tuam litteras quales
sub breuitate temporis potuimus dictare transmisimus. Quae- 5
dam autem nobis, sicut scripsistis, proprio ore, litterarum ues-
trarum in compendio portitor intimauit, quae nos non mediocriter
permouerunt, ammirantes nimium qua ratione tam noua res
fuerit usurpata; et necesse habemus esse solliciti, ut, si quis uene-
rit, non facile nobis tamquam ignaris subripere aliquid uideatur.
Melius tamen fraternitas tua facit, si cognoscens illos quos suspi- 6
camini ad nos esse uenturos, etiam uos personam instructam ex

13 praecibus] a_2 *(cf. quae in prolegms. scripsi)*: precibus a_1 a_3, *ex* praec. *(*a *del. postea)* a_2 **14** pincxistis a_2 **16** hoc] hoc *alterum praemissum del.* a_3 quorundam] *ex* corundam a_2 prouintia] a_1 **21** subreuitatem a_1 ptuimus a_1 **22** proprio ore] propiore a_1 **23** mediocriter] *ex* mediocreter a_2 **25** esse] *om.* a_1 a_3 **26** subrepere a_2 **27** facit] a_2 *(cf. infra, l. 29:* dirigitis*)*: fecit a_1, faciet a_3 cognosens a_3 **28** etiam] et a_3

3. **inuenta occasione:** Ep. 1 scilicet.

4. **scribentes namque ... regi:** Illa epistula, data nimirum die 4 iul. a. 556 cum ep. 1, deperdita videtur.

gloriosissimo: Haec honoris appellatio, propria maximorum quorumque virorum, illis barbarorum regibus qui cum Romano imperatore amicitiae foedera pepigerant facile tribuebatur. Quod refert ad eius usum pridem, cf. M. BRIDGET, *o. c.*, p. 133-134; 155; 159; 166. Quoad *gloriosi* titulum, cf. adnotationes in ep. 20,1, p. 62.

5-7. **Quaedam autem nobis ...:** W. GUNDLACH, *Epp. Arelatenses...*, *l. c.*, p. 69 et E. CASPAR, *o. c.*, p. 298, n. 6, hic agi putant de controversia quae inter ecclesias Arelatensem et Viennensem agitabatur ad Galliae primatum adipiscendum. Etsi facile non sit probare, textum epistulae hic alio spectare, tamen magis textui et sensui litterarum harum consentaneum duco, eandem esse causam de qua hic loquitur pontifex atque illam quae movetur in ep. 8. Verba enim adhibita in utraque epistula sunt similia:

2,5 ... *ammirantes nimium qua ratione tam noua res fuerit usurpata. et necesse habemus esse soliciti ut si quis uenerit, non facile nobis tamquam ignaris subripere aliquid uideatur ...*	8,2 ... *passi estis subripi uobis ... illum qui usurpauit necesse sit de inlicita praesumptione culpari ...*

Huic adde quod non *tam noua res* esset controversia, quae iam saecularis evaserat. Neque pontifex, cui praesto erant in archiviis Romanis

omni parte dirigitis, quae eis possit obsistere; quia, cum epistula
uestra nihil de causa contineat, si hic qui nobis modo ex uoluntate
uestra uerbo suggessit tunc apud nos nequeat inueniri, uidebi-
mur nos accusatoris officium suscepisse. Quod si a tua caritate 7
persona dirigitur, nostrum est, et pro affectu quem uobis inpendi-
mus, et pro rei gestae nouitate, salua aequitate, competentem illi
quem dilectio tua miserit praebere fauorem. Deus te incolumem 8
custodiat frater carissime. Data XVI Kalendas Octobres anno XV 9
post consulatum Basilii uiri clarissimi.

29 dirigatis a_3 **30** de causa] de causa *alterum praemiss. del.* a_3 **31** aput a_1 **32** -mus a_2 accusatoris] *ex* accusatores a_2, *ex* accutoris a_3 quod] a_1 a_3: nam a_2 *(cf. notam seq.)* **33** quem] quod a_2 impendi- a_1 a_3 **34** saluequietate a_1 competentem a_2 illi] *om.* a_3 **35** incolomem a_3 **36** kme *codd.* XVI] a_1: XV a_2, XI a_3 **37** basilii] a_2, *ex* basili a_3: basili a_1.

documenta, ubi testimonia explicita exstabant de concesso ecclesiae Arelatensi primatu (cf. ep. 5. et notulas, p. 14) tunc locum accusatoris ullo modo tenere potuisset, si Sapaudus quam petiit expertem personam ad eum non miserit. Haec mea coniectura: Episcopus quidam, a Sapaudo ordinatus (ep. 8,2), insidias ei molitur, ut iudicio eum tradat *(ibid.)*; ad istud autem adsequendum, consensum Pelagii obtinere oportet. Sapaudus vero, qui illa omnia noverat, misso Felice (ep. 2,5), quae res agitetur pontificem monet. Machinator ille papam non aditus, aut eius favorem non adeptus, ad regem recurrere statuit. Tum Sapaudus, ut machinationem eius infirmet, ipsemet a pontifice exposcit vices eius et Galliarum primatum (ep. 4,3); verum, ante moram ab ipso papa propositam *(ibid.)*, intra quinquaginta dies, ab ipso rege nunc postulatam, primatus impetrat gratiam (ep. 6,2-3). Interim illa ambitiosi episcopi machinatio suos parit fructus et Childebertus rex praecipit ut iudicetur Sapaudus, quo a papa recte carpitur (ep. 8,2-3). Quod ratio princeps vices Galliarum concedendi sit Sapaudi non vero Pelagii commodum, confirmare videntur, cum negatio pontificis ad ea sponte praebenda, nam dicit: *superfluum iudicauimus ultro transmittere* (ep. 4,3), tum commendatio ad regem delata, ut quem ita postulavit evehi tueatur atque honoret (ep. 6,3). Verbis ibidem expressis voluit veri similiter Pelagius impedire, quominus archiepiscopus Arelatensis illa inuretur iniuria qua iam in ep. 8 dedecoratus apparet.

7. **Quod si:** Formula saepe a nostro auctore usurpata (epp. 10,6; 24,2; 38,4; 60,5), dum *nam si*, ni fallor, nusquam in Pelagii epistulis reperies. Correctio *nam* in *quod* probabiliter e suo excidit loco in cod. a_2 et ita perperam mutavit infra *quem* in *quod*. Cf. apparatum.

3

Ut Childeberti et episcoporum Galliae animos sedet, omnes illos exsecrat, qui a fide Leonis papae, a concilio Chalcedonensi confirmata, recedant. Insidias et calumnias haereticorum, qui Ecclesiae divisionem quaerunt, deprehendit. Reliquias monachis Lirinensibus iam traditas confirmat; nihilo tamen minus ope subdiaconi Homoboni alias mittit.

J-K. 942 11 decembris a. 556

Edd.: GUNDLACH, MGH., Epp., III, p. 71-72; MANSI, IX, c. 722-723; MIGNE, PL. 69, c. 402-403.

DOMINO FILIO GLORIOSISSIMO ATQUE PRAECELLENTISSIMO CHILDEBERTO REGI PELAGIUS EPISCOPUS.

Rufinus, uir magnificus, legatus excellentiae uestrae, nobis dixit ⟨de⟩ eo quod et in prouinciis Galliarum quidam semina scandalorum sparserint, dicendo aliquid contra fidem catholicam, quod Deus non patietur, admissum. Et quamuis a transitu 1

Codd.: a_1 fol. 36ᵛ-37ᵛ, a_2 fol. 40ᵛ-42ᵛ, a_3 fol. 73-75ᵛ.

1 adque a_1 **2** childiberto a_2 pelagius] *ex* pelagiuss a_1 **3** rofinus a_3 **4** de eo] *coni. (alioqui expungnd. vid.* eo, *ut fecer. Baronius et Sirmondus; cf. ep. 19, l. 126, et infra l. 35 et 48)* **5** sparserunt a_3 aliquid] quid a_1 a_3 **6** deus] dominus a_1 a_3 patietur] *an* pateretur *(?)*, patiatur *Baron. Sirmond.*

Tit. **Domino:** Sive *domno* erat titulus quo, praeter imperatoris familiam, gaudebant quoque magistratus excellentissimorum graduum. Cf. P. KOCH, *o. c.*, p. 82 ss.

praecellentissimo: hoc generatim decorabantur nomine Germani principes. Cf. P. KOCH, *o. c.*, p. 102. Re vera Childeberto tribuit Pelagius in epistulis omnibus. De usu eiusdem tempore antiquiore, cf. M. BRIDGET, *o. c.*, p. 150; 166.

1. **Rufinus:** Ei adluditur in ep. 4,1: *legati filii nostri*, et in ep. 6,1: *legati uestri*. Praeterea expresse nominatur in ep. 7,2. 4. Ad legationem regis (ep. 6, 1) addidit missionem pontificis ad Sapaudum, ut apparet in ep. 4,3. Vir erat altae dignitatis, uti monstratur titulis quibus decoratur: *uir magnificus* hic et in ep. 7,2 nuncupatur, et *uiri inlustris* nomine donatur in ep. 7,4. Quoad dignitates quae his respondebant titulis in imperio, cf. notata in epp. 20,1 et 23,4, p. 62 et 71. Tunc temporis, ut ex Pelagii epistulis deducitur, nondum perfecta erat distinctio inter titulos *magnifici* et *inlustris*.

quod Deus non patietur: Nescio utrum hoc verbum futuro tempore, quod servare debui cum codd., sit re ipsa usus Pelagii peculiaris,

diue memoriae Theodorae augustae, nullas de fide questiones ecclesia Dei in partibus orientis, Deo miserante, formidet, sed quaedam capitula extra fidem fuerint agitata, de quibus longum est, ut epistulari possint conplecti sermone, hoc breuiter secundum ammonitionem praefati magnifici uiri Rufini, ad sanandum animum uestrum uel omnium fratrum et coepiscoporum nostrorum in Galliae regionibus consistentium, faciendum esse perspeximus, dicentes, anathematizare nos et alienos ab aeternae uitae praemiis iudicare, quicumque ab illa fide quam beatae recordationis papa Leo in suis epistulis praedicauit, et quam Calchidonense concilium sequens eundem praesulem edita definitione suscepit, in una sylla-ba aut in uno uerbo uel in sensu errauit uel errauerit aliquando,
aut declinauit uel declinauerit aliquando. Quibus se ita habenti- 2
bus, non adtendat celsitudo uestra, nec fratres nostri episcopi,
fabulas eorum hominum qui scandalis delectantur. Quoniam haec 3
ipsa ita contigerunt ut, cum pater uester, clementissimus impe-

7 memoriae] morae a_1 **8** eclesia a_1 **8-9** quae clam a_3, quedam a_1 **10** epistolari a_1 a_3 hoc] c *superscr.* a_3 **12** coepiscopum nostrum a_1 **14** anatematizare a_1, anathemazare a_3 aeternae] *ex* aeterni *(?)* a_2: eterne a_1 a_3 **16** epistolis *edd. semper* chalchidonense a_2, chalchidonensis a_1 **17** sequens] *in marg.* a_3 praesolem a_2 silla- a_1 **20** attendat a_1 a_3, adtendit a_2 **21** homini a_1 **22** contegerunt a_2 ut] *om.* a_1

an mendum scribis imputandum, et legendum potius foret: *patiatur* aut *pateretur*.

Theodorae augustae: Decessit die 28 iun. a. 548. Cf. A. NAGL, *Theodora*, in *Pauly-Wissowa*, t. V^{A}, c. 1791.

capitula extra fidem: Tandem, contra id quod adhuc diaconus tenuerat, sincera ut videtur mente, cognovit quaestionem Trium Capitulorum, in Conc. Constantinopolitano a. 553 damnatorum, fidem Chalcedonensem non tetigisse.

2. **celsitudo uestra:** Praeter imperatores et reges hac etiam donabantur appellatione nobilissimi quique. Cf. P. KOCH, *o. c.*, p. 109-111, et notulas in ep. 52,15, p. 138.

3. **pater uester:** Ob haec verba praesertim P. A. PAGI, *Critica historico-chronologica ... in Annales Ecclesiasticos ... card. Baronii*, t. II, Antwerpiae, 1727, p. 619-620 (MANSI, t. IX, c. 722; MIGNE, PL. 69, c. 403-404) damnavit hanc epistulam tamquam fictum quoddam consarcinatum duabus aliis, alia Pelagii ad Childebertum, altera Vigilii ad Constantinum. Perperam autem hoc fuit adsertum, nam imperatori hoc tribuebatur nomen ab iis qui supremis imperii muneribus fungebantur. Honoris ergo, non generationis carnalis causa, hoc utitur titulo pontifex. Cf. P. KOCH, *o. c.*, p. 101.

rator, omnium hereses, quae Constantinopoli episcopos suos et
ecclesias cum magnis reditibus et uasorum diuersitate usque ad
tempora imperii eius habuerunt, euerterit, et sublatis basilicis
eorum atque reditibus omnibusque aliis rebus catholicis tradide-
rit; hi ergo qui in ipsis erroribus remanserunt, conglobati sunt in 4
unum et agunt uehementer qualiter ecclesiam catholicam scindant
atque perturbent. Nam et hic in Italia, quamdiu nos in Constanti-
nopoli fuimus, de nomine nostro cartas mittebant, dicendo, quasi

---

23 omnium hereses] *coni. ad sensum servdm. et explicds. quadamten. codd. lects.*: omnium heresum a_1 a_2 *(quae lect., quamvis teneri vid. non posse, nisi autum. aliqd. verb., ut puta,* sectas. diuisiones, *quod tam. codd. ignorant, excidisse post* heresum, *forte sit genuina)* omnes hereses a_3 *(lect. confict. et falsam esse arguit lect. codd.* a_1 a_2*)* constantinopolim a_2 a_3 **24** reuitibus a_1 **25** habuerunt] *ex* habuerint a_2 **26** reuitibus a_1 **27** in ipsis] impiis a_1 **29** perturbent] *ex* perturbant a_1 huc in italiam *ex* hic in italia(m) a_3 **30** -nopolim a_2, m *del. in fine* a_3 sumus a_1

---

clementissimus imperator: Ita aut consimili modo, saepe Pelagius Iustinianum nominat, tum in epistulis (epp. 3,9; 73,2), tum etiam bis *In Def. Trium Cap.*, V, VI (R. DEVREESSE, *o. c.*, p. 41, l. 45; p. 67, l. 16). Titulus deest apud Koch; *clementissimus princeps* occurrit in epp. 43,1; 52,15; 53,10; 59,3; 75,1, p. 120; 139; 142; 156; 189. Cf. M. BRIDGET, *o. c.*, p. 130-131; 166; cf. etiam p. 11-13.

omnium hereses ... euerterit: Cf. Ch. DIEL, *Justinien et la civilisation byzantine*, Paris, 1901, p. 322-340, J. B. BURY, *o. c.*, p. 364-367, E. STEIN, *Histoire ...*, p. 376-402; 623-669.

4. **qui in ipsis erroribus remanserunt:** Non haeretici Constantinopolitani, sed eius quondam amici et confoederati in pugna contra damnationem Trium Capitulorum, id est, in primis: Facundus Hermianensis, Victor Tunnunnensis et Liberatus diaconus, quorum duo primi eum de mutatione versatili reprehenderunt. Cf. R. DEVREESSE, *o. c.*, p. XLII-XLIII; XLVII; E. CASPAR, *o. c.*, p. 281; 291.

agunt ... qualiter: *Qualiter* = *ut*. Cf., exempli gratia, S. BENEDICTI, *Regula*, 41, v. 5 (A. LENTINI, *o. c.*, p. 344); PH. V. BAGAN, *o. c.*, p. 181.

hic in Italia: Casus *ubi* pro casu *quo*. Haec genuina lectio videtur. Cf. infra § 5: *afferunt hic cartas*, et epp. 9,3; 56,1. Videas etiam *Coll. Avellana, ep.* 77 (O. GUENTHER, *o. c.*, p. 206, l. 14). Ceterum, hic usus sat frequenter reperitur apud illius aevi scriptores. Cf. *Thesaurus ...*, t. VI, p. 2763. Nihilo autem minus cf. epp. 9,1; 49,2, ubi *illuc* recte exstat usitatum.

nomine nostro cartas mittebant: Quod adhuc facere pergebant, ut ait papa paululo post, in § 5. Serio tamen illud umquam fecisse negavit Pelagius in ep. 80. Igitur epistula, quam prae manibus habere adserebant episcopi Aemiliae (cf. *ibid.*), una ex illis esse videtur, de quibus mentionem facit papa in praesenti. Una epistula cuius auctorem se Pelagius fatetur (ep. 19,1), non ad Italiam Constantinopoli, sed Africam versus ex Italia missa fuit.

nos dixerimus, fidem catholicam fuisse corruptam. Nunc uero 5
etiam contra nos afferunt hic cartas tacitis nominibus, ut nescia-
tur quis eas misit; sed sic faciunt christiani qui in Constantino-
poli sunt, dum eos constet non esse christianos. Maxime tamen 6
Nestorianae heresis homines, pro eo quod Nestorius duas naturas
in Christo separatas quidem et diuisas adstruxerit, fraudulenter
moliuntur dicere, se non longe ab intellectu esse Calchedonensis
synodi et papae Leonis, dum Nestorium, pro eo quod diuisas duas
naturas assereret, ipso dogmate beati papae Leonis constat esse
damnatum. Haec breuiter insinuanda esse excellentiae uestrae 7
curauimus, ut ille ardor fidei uestrae et unitatis amor non alicuius
peruersi hominis fabulas aut cartas superfluas permittat adtendi:
quia et hic simplices aliquos episcopos et nescientes prima elementa
fidei sollicitauerunt, ut nec rationem ipsam intellegant nec discer-
nant quantum sit bonum a fide catholica non errare, sed si qua
sunt alia, quibus crimen ab hereticis patitur sancta ecclesia, re-
futare. Quis enim patiatur, ut Nestorii uel sectatorum eius 8
blasphemias, pro eo quod duas naturas in Christo separatas qui-
dem et diuisas esse adstruxerit, catholicae fidei existimet concor-
dare? Ut autem nos diu tribulationes Constantinopoli pateremur, 9
illa res fecit, quam breuiter superius tetigimus: quoniam, uiuente
augusta, quicquid in ecclesiasticis causis mouebatur, suspectum
habuimus; nam pater uester, clementissimus imperator, et beati
papae Leonis dogmata et Calchedonensis synodi fidem nullo modo
umquam patitur uiolari. Reliquias uero, tam beatorum aposto- 10
lorum quam sanctorum martyrum, iam quidem per seruos Dei

---

32 huc a_3 **33** quis] qui a_3 **34** -polim a_2 non] *ex* nunc a_2 **35** hereses a_1 **36** astruxerit a_1 a_3 **37** se non] a_2: non a_1, *om.* a_3 calchidonensis a_3 **40** excellentiae] n *sup. ras.* a_2 **41** illa a_2 cartas] a_3, *ex* carthas *(*h *del.)* a_2: carthas a_1 *(forte in orig.* chart., *sed cf. supra l. 30-32; epp. 31, l. 1 et 78, l. 12)* **42** attendi a_3, *ex* attenda a_1 **47** nestori... *(duas litter. eras., et ultima rescripta interpr. nequit)* a_1 **48** eo] id a_2 separatos a_1 **48-49** quidem et] a_2 *(cf. supra l. 36)*: idem a_1, id est a_3 **49** astruxerit a_1 a_3 **50** nos] *om.* a_1 constantinopolim a_2 **53** uester] *om.* a_1 **54** pappa a_1 dogma a_3, docmata a_1 calchidonensis a_2, calcidonensis a_1

---

quasi nos dixerimus ...: Hoc quidem crediderat Pelagius, dum adhuc diaconus constantissimus Trium Capitulorum exstiterat defensor.

7. **excellentiae uestrae:** Erat generatim epithetum ordinum modo excellentiorum. Cf. P. KOCH, *o. c.*, p. 113; M. BRIDGET, *o. c.*, p. 45; 166.

10. **reliquiae... apostolorum:** Videlicet SS. Petri et Pauli. Cf. ep. 4, 1 et ep. 20, p. 11 et 63.

monasterii Lirenensis dereximus; sed et nunc, quas legati uestri
poposcerunt, nos misisse signamus, deputantes Hominembonum
subdiaconum ex clero ecclesiae nostrae, a quo usque ad fratrem et
coepiscopum nostrum Sapaudum, iubente Domino, deferantur.
Data III Iduum Decembrium anno XV ⟨post consulatum⟩ Basili 11
uiri clarissimi. Per Rufinum legatum. Pelagius, misericordia Dei 12
episcopus ecclesiae catholicae urbis Romae, exemplaria epistulae
nostrae subscripsimus.

---

57 lirinensis a_3, lyrenen. *ex* lerenen. *sive* lirenen. a_1 **59** subdiaconem a_3 **60** quoepiscopum a_1 nostrum] *om.* a_1 a_2 deferatur a_2 **61** iduum] id. *codd.* decemb(ris) *(?)* a_2 a_3 basilii a_2 **63** episcopo a_2 orbis a_2 exemplaria] a_2 *(cf. ep. 59, l. 2)*: exemplariae a_1 a_3 epistolae a_1 **64** suscripsimus a_2 *(cf. ep. 19, l. 121)*.

Hominembonum: Cf. ep. 4,1, p. 11.

13. **exemplaria:** Idem quod *apographum* aut ἀντίγραφον. Cf. *Thesaurus...*, t. V, 2, p. 1324-1325.

subscripsimus: Unde eruitur non ipse papa sibi suas scripsisse litteras, ideoque in cassum in his suam propriam scribendi rationem (sive orthographiam) quaereres. Pontifex itaque suas litteras dictasse — ut semper tulit mos scriptorum et principum — sui scrinii scribis videtur. Cf. N. ERTL, *Diktatoren frühmittelalterlichen*, in *Archiv f. Urkundenforschung*, t. XV, 1938, p. 61-66, quod opus ipse met conferre non valui. In opere quod a manu Pelagii fuit probabiliter exaratum, id est, *In def. Trium Cap.*, constanter *subscribimus* reperitur; verum apud VIGILIUM (PELAGIUM) *Constitutum de Tribus Capitulis*, in *Coll. Avellana, ep.* 83, 313 (O. GUENTHER, *o. c.*, p. 320) dicitur: *Pelagius, miserante Deo diaconus sanctae ecclesiae Romanae, huic constituto consentiens suscripsi.* Ad hanc subscriptionem de manu pontificis praesentium litterarum referitur ep. 7,3 p. 21, et fortassis ep. 19,25. Cf. notata in p. 60.

4

Ut subdiaconus Homobonus redeat, hortatur. Ut primum aliquis epistulam adferat petitoriam, honorem abs se petitum a Sapaudo libenter praestabit. Ad pauperes sublevandos vestes ei mittendas rogat ex expensis quas ecclesia Romana habet in Gallia. Monet ut Anastasius, frater Pauli defensoris, ante papam se sistat.

J-K. 943 14 decembris a. 556

Edd.: GUNDLACH, MGH., Epp., III, p. 72-73; MANSI, IX, c. 724-725; MIGNE, PL. 69, c. 404-405.

DILECTISSIMO FRATRI SAPAUDO PELAGIUS. Quia 1
legati filii nostri, gloriosissimi regis Childeberti, beatorum apostolorum Petri et Pauli et aliorum sanctorum martyrum reliquias
poposcerunt, necesse habuimus Hominembonum subdiaconum de
clero nostro dirigere, qui eas usque ad fraternitatem tuam cum
reuerentia deportaret. Et ideo salutantes hortamur, ut quaesita 2
occasione siue nauis siue terreno, cum talibus personis de quibus
nulla periculi possit esse suspicio, ad nos eum iuuante Domino
remittatis. Ea autem quae pro honore caritatis tuae a nobis 3
supradicti legati poposcisse noscuntur, parati sumus Deo iuuante
concedere. Sed, nisi litteras tuas de hac parte acceperimus, sicut

---

Codd.: a_1 fol. 37^v-38, a_2 fol. 42^v-43^v, a_3 fol. 75^v-77.

2 legatus a_3, *ex* legatis a_1 filii] *ex* filie a_1 **4** subdiaconem a_3 **9** pro] *superscr.* a_3 **11** nisi] *ex* nasi *seu* nesi a_1 de hac parte] a_2: per te a_1 a_3 acceperemus a_2, acciperimus a_1

---

1. **legati:** Quorum caput erat Rufinus. Cf. ep. 3,1, p. 6-7.

reliquias poposcerunt: Cf. ep. 3,10, p. 9.

2. **siue terreno:** *(Itinere)* videlicet? Cf. PLINIUM, *Hist. natur.*, III, 14,2; VI, 19,2; 21,6; XXVII, 51,1; Ae. FORCELLINI... I. PERIN, *Lexicon...*, t. IV, p. 706[a]; DU CANGE, *Glossarium...*, t. VIII, *(terrena)*, p. 75-76.

3. **pro honore:** Adluditur negotio de concedendo Galliarum primatu, deque vicibus pontificis et usu pallii sedi Arelatensi confirmandis. Cf. ep. 5, p. 14-16. Quod refert ad rationes huius concessionis consentire nequeo iis quae E. CASPAR, *o. c.*, p. 299 adseruit. Claro enim illi viro videtur, non aliam nisi pontificis commodum fuisse causam favoris, cum Pelagius vellet sui vicarii auctoritate uti, ad expugnandas suspiciones quas in Galliis

etiam decessores nostri postulantibus utique tuis decessoribus
praestiterunt, superfluum iudicauimus ultro transmittere; sed mox
ad nos, iuuante Domino, [cum] de clero tuo cum litteris direxeris, si
Dominus uoluerit et si uixerimus, promittimus nos esse facturos.
Praeterea hortamur, ut uiro magnificentissimo, filio nostro, patricio 4
Placido, genitori tuo, dicas ut, quod de pensionibus possessionum
ecclesiae nostrae collectum est, aut per suum hominem aut per
harum nobis dignetur dirigere portitorem; quia Italiae praedia ita
desolata sunt, ut ad recuperationem earum nemo sufficiat. Et si 5
possibile est, ut nobis de ipsis solidis saga tumentacia, quae pauperibus erogari possint, et tunicas albas aut cucullas uel colobia, aut si quae aliae species in Prouincia fiunt, quae pauperibus, ut diximus, erogari debeant, nobis exinde facite conparari, et, oportunitate nauis inuenta, dirigite, ut maximas fraternitatis tuae gratias referamus,

12 utique] *om.* a_1 a_3 tuis] s *ante* t *eras.* a_2 **13** ultra a_1 a_3 **14** cum[1]] *om.* a_1 a_2 **15** nos] non a_1 facturus a_1 **16** propterea a_3 **18** nostrae] *in marg.* a_3 **18-19** per harum] poenarum a_1 **20** desolati a_1 ad] *superscr.* a_3 eorum a_3 **21** tumentia a_1 **23** quas alias a_2 prouintia a_1 **24** conparari] *ex* conpareri a_2 nauis] *ex* magis a_1

suscitaverat sua agendi ratio in quaestionem Trium Capitulorum. Hac causa quidem non seclusa, mihi videtur rationem proximam stetisse in eis quae supra in notulis in ep. 2,5-7, p. 4-5, exposui.

4. **uiro magnificentissimo:** Contra quod affirmat P. Koch, *o. c.*, p. 45, indubium teneo non fuisse tempore Pelagii aequipolentia *magnificentissimum* et *magnificum*. Dum *magnificus* evadit communiter titulus proprius nobilium secundae dignitatis, non alii in nostri pontificis litteris nisi nostro patricio epithetum *magnificentissimi* tribuitur. Cf. P. Koch, *ibid.*, p. 46-47; M. Bridget, *o. c.*, p. 149.

patricio: In Provincia hoc utebatur titulo unus praefectus sive rector Provinciae. Itaque, hoc in casu, non supremus gradus Romanus innuitur, sed maximi moderatoris Provinciae. Cf. R. Buchner, *Die Provence in merowingischer Zeit* ..., Stuttgart, 1933, p. 15-17.

Placido genitori tuo: De quo infra recurrit sermo in ep. 9,3-4. Keune, *Sapaudus*, in *Pauly-Wissowa*, t. I[A], c. 2320, silet nomen patris Sapaudi.

Italiae praedia desolata: Continuis bellis inter Gothos et Byzantios. Cf. ep. 85, p. 207; E. Stein, *Histoire* ..., p. 328-368; 564-612.

possessionum ecclesiae: Quarum administratio usque ad tempora S. Gregorii Magni, sive gubernatori Provinciae sive archiepiscopo Arelatensi fuit commissa. Cf. L. M. Hartmann, *Geschichte* ..., t. II, p. 138.

5. Consimile huic est quod in ep. 9, 4, p. 29, dicitur.

saga tumentacia: Cuius sensum in notula W. Gundlach, *Epp. Arelatenses* ..., *l. c.*, p. 73, l. 41, se ignorare fatetur. Legendum est *tomen-*

dum huiusmodi sollicitudinem nostram prouidentia caritatis tuae
releuari contigerit. Hortamur etiam, ut Anastasium, fratrem 6
Pauli, defensoris ecclesiae nostrae, ad nos faciatis occurrere. Deus 7
te incolumem custodiat frater carissime. Data XIX. Kalendas 8
Ianuarias anno XV post consulatum Basili uiri clarissimi.

28 nostrae] *om.* a_1 a_3 **29** incolomem a_3 karissime [kme] *codd.* **30** iunias a_3 basilii *ex* basili a_3.

tacia. Cf. Ae. Forcellini ... I. Perin, *Lexicon*..., t. IV, p. 744, ubi notatur: *Tomentum proprie sunt flocci ex texta lana derasi a fullonibus et in culcitas farti: inventum Galliarum; quare varia tomentorum genera Gallicis nominibus discernuntur*...

5

Sapaudum vicarium Romanae sedis nominat, eique primatum Galliae palliique usum largitur. De iuribus et officiis novi muneris agit.

J-K. 944 3 februarii a. 557

Edd.: GUNDLACH, MGH., Epp., III, p. 73-74; MANSI, IX, c. 725-726; MIGNE, PL. 69, c. 405-406.

DILECTISSIMO FRATRI SAPAUDO PELAGIUS. Maio- 1
rum nostrorum, operante Dei misericordia, cupientes inherere uesti-
giis, et eorum actus diuino iuuamine in omnibus imitari, caritati
tuae per uniuersam Galliam sanctae sedis apostolicae, cui diuina
gratia praesidemus, uices iniungimus. Hoc enim antiquitatis me- 2
moria docet, hoc ecclesiae Romanae testantur scrinia, a sanctis
patribus et decessoribus nostris tuis decessoribus esse concessum,
ut illius stabilis petrae sempiterna soliditas, super quam Dominus
saluator noster propriam fundauit ecclesiam, a solis ortu usque ad
occasum primatus sui apicem successorum suorum auctoritate tam

---

Codd.: a_1 fol. 38-38^v, a_2 fol. 43^v-44^v, a_3 fol. 77-79.

3 actus] *ex* actos a_2 imitare a_1 **4** diuinae a_2 **7** concessu a_1 **8** stabilis petrae] stabili spetiae *(?) ex* stab. speciae a_2 supra a_3 **10** successorem a_1

1-2. **Maiorum nostrorum ... uestigiis ... ecclesiae Romanae testantur scrinia:** Cf. J.K. 328; 331-334; 340 (W. GUNDLACH, *Epp. Arelatenses..., l. c.*, p. 5-13): epistulas Zosimi; J-K. 764; 769 *(ibid.*, p. 37-42): epistulas Symmachi; J-K, 913-914; 918-919 *(ibid.*, p. 61-66): epistulas Vigilii. Quoad earum auctoritatem cf. W. GUNDLACH, *...Arles und Vienne ...*, NA., t. XIV, p. 313-342; C. SILVA-TAROUCA, *Nuovi studi sulle antiche lettere dei Papi*, in *Gregorianum*, t. XII, 1931, p. 383-385. De controversiis autem inter ecclesias Arelatensem et Viennensem exortis ad primatum Galliae retinendum, consuli possunt: L. DUCHESNE, *Fastes épiscopaux de l'ancienne Gaule*, Paris, 1894, p. 84-144; W. GUNDLACH, ... *Arles und Vienne ...*, NA., t. XIV, p. 253-277; t. XV, p. 235-275; J. HEFELE-H. LECLERCQ, *Histoire des conciles*, t. II, Paris, 1908, p. 424-428; E. CASPAR, *o. c.*, p. 611; J. RAFFALI, *Arles (Vicariat d')*, DDC., t. I, c. 1038-1043. Cf. insuper notulas in titulum ep. 1, p. 1.

2. **petrae... supra quam Dominus ... fundauit ecclesiam:** Cf. *Mt.*, 16, 18; *Io.*, 21,15-17.

per se quam per uicarios suos firmiter obtineret. Nos autem, 3
sicut dicit beatus apostolus, non in inmensum gloriabimur, sed secundum mensuram regulae, quam mensus est nobis Deus, mensuram pertingendi usque ad uos; nec enim quasi [qui] non pertingentes ad uos superextendimus nos. Sic ergo, participata sollicitudine, sanctam Dei uniuersalem eccle-
siam nostri per Dei gratiam rexere maiores. Hinc est, quod et nos 4
fraternitati tuae huiusmodi curas iniungimus, ut sedis nostrae uicarius institutus, ad instar nostrum in Galliarum partibus primi sacerdotis locum optineas, et quicquid ad gubernationem uel dispositionem ecclesiastici status gerendum est, seruatis patrum regulis et sedis apostolicae constitutis, diuini iudicii consideratione dispenses, talemque te in custodiendis canonibus sancta conuersatione de-
monstres, qualem tanti loci decet esse uicarium. Memor sententiae 5
beati Pauli apostoli, qua Timotheum discipulum sollicitus magister informat dicens: Testor coram Deo et Christo Iesu et electis angelis eius, ut haec custodias sine praeiudicio, nihil faciens in aliam partem
declinando. Utere igitur, carissime frater, auctoritatem 6
pontificis et pastoris mansuetudine, per nos tibi locum uicarii

---

11 per^2] *om.* a_2 **12-13** gloriabimur] a_1, *ex* gloriabitur a_2: gloriamur a_3 **14** qua a_3 **15** nec enim] *superscr.* a_2 2 *(?)* qui] *om.* a_1 a_2 **16** supraextendimus a_1 **17** sic] si a_1 partitipata a_1 **20** institutus] *ex* institutis *(?)* a_2 nostrorum *(cf. ep. 6, l. 21; an recte?)* a_2 **21** optineas] a_1 *(cf. epp. 37, l. 9 et 53, l. 36)*: obtineas a_2 a_3 *(cf. supra l. 11, sed etiam ep. 2, l. 12:* obtamus a_2*)* quiquid a_1 dispositi-] a_1 a_2: dispensati- a_3 **22** ecclesiastici] ci *superscr.* a_3, eclesiastici a_1 gerendum] e *primam superscr.* a_1 **23** dispenses] *litter. eras. aut del. vid. ante* es a_1 **25** loci] det *(?) seq. eras.* a_1 sententiae] sentie a_1 **30** utere igitur] a_2: ut erogetur a_1 a_3 auctoritatem a_1 a_2: auctoritas a_3 **31** mansuetudine] a_1 a_2: mansuetudo a_3 per] pro a_1 vicarii] uica a_1 *(seq. lacuna usque ad* gratiae*)*

---

3. **sicut dicit beatus apostolus:** *2 Cor.*, 10,13-14.

5. **sententiae beati Pauli apostoli:** *1 Tim.*, 5, 21.

6. **Utere ... auctoritatem ... et mansuetudine:** Constructio re vera digna notatu. Utrum vero genuina sit necne, anceps haereo. Usus quidem cum verbo *uti* accusativi casus est certo sat cognitus (cf. M. BONNET, *o. c.*, p. 553), et occurrit etiam — quod nostra refert — in *Vitae Patrum*, V, 4, 34. (MIGNE, PL. 73, c. 869), quae versio ex originali graeco probabiliter Pelagio nostro tribui debet. Cf. A. H. SALONIUS, *o. c.*, p. 142; 33-35. Verum, etsi scriptores, qui *uti* cum accusativo adhibuerunt, eodem verbo item ablativum iunxerunt, ut evenit, ex. causa, apud Gregorium Turon. (cf. M. BONNET, *o. c.*, *ibid.*, n. 3), raritas constructionis hic a papa nostro usurpata in

apostolicae sedis diuinae gratiae largitate concessum, quia licet
apud Deum non sit acceptio personarum, tuam tamen caritatem
etiam carnali generatione constat esse praeclaram; et ideo conue-
nit, ut, quantum in te Dominus multiplicia bona largitus est, tanto
te in sacerdotalibus actibus probitate morum exhibeas clariorem;
scriptum est enim: C u i c o m m e n d a u e r u n t m u l t u m ,
p l u s p e t e n t a b e o . Usum quoque pallii tibi alacriter 7
affectioseque concedimus, pariter etiam pallium dirigentes, ut in
tanti loci fastigio constitutus, praeclaro quoque habitu decoreris,
sciturus omnibus ecclesiastici gradus hominibus, nullam habere
licentiam sine formata tuae caritatis ex quacumque Galliarum
parte longiores petere regiones, ne prohibita praesumentes ipsi se
proprio priuare uideantur officio. Haec igitur per Flauianum 8
diaconum et Nestorium subdiaconum ecclesiae tuae, per quos

32 apost. sed. diuinae] *om.* a_1, sicut et decessoribus tuis noueris a_3 **33** deum] a_1 a_2: dominum a_3 *(?)*, *Baron. Gundlach* **35** quanto a_3 **36** te] *om.* a_3 probitatem orum a_1 exibeas a **37** commodauerunt a_3 **38** petant a_3 palii] *ex* pallei *(?)* *(i prima sup. ras.)* a_2 **40** decoreris] *ex* dccoreris *(?)* a_1 **41** sciturus a_3 eclesiastici a_1 nullum a_1 haberi a_3 **43** ipse si a_1 **44** hac a_1 **45** eclesie a_1

eo praesertim sistit, ut una coniuncti occurrant sub eodem *uti* accusativi et ablativi casus. Quocirca, nescio utrum haec lectio ut vere genuina sit retinenda, an potius recurrendum mendo scribarum, qui sive primo nomini *m* falso addidissent, sive *m* alteri mendose dempsissent.

apud Deum non sit acceptio personarum: *Rom.*, 2,11. Cf. *1 Ptr.*, 1,17.

quantum in te Dominus... tanto: Eadem scribendi ratio invenitur in *Lib. diurnus*, form. 84; 91 (Th. E. v. SICKEL, *o. c.*, p. 94, l. 3-5, p. 120, l. 2-4).

scriptum est enim: *Lc.*, 12,48.

7. **usum palii:** Generatim vicariis Sanctae Sedis et metropolitis concessum. Cf. J. BRAUN, *Die liturgischen Paramente*, Freiburg, 1924, p. 144-145. H. LECLERCQ, *Pallium*, DACL., t. XIII, c. 931-940. Quod iam S. Caesario a Symmacho, Auxanio et Aureliano a Vigilio, serius autem Virgilio a S. Gregorio Magno concessum fuit. Cf. P. EWALD, MGH. *Epp.*, t. I, p. 368, n. 2, et notulas supra adpositas ad § 1.2. Cf. *Lib. diurnus*, form. 45-48 (Th. E. v. SICKEL, *o. c.*, p. 32-40), quarum, vel quarundem, in primis form. 47 et 46, auctorem fuisse Pelagium possibile videtur.

formata: Id est, epistula commendaticia, quae necessaria ecclesiasticis viris erat, ut rite iter facere possent. Cf. *Thesaurus* ..., t. VI, 1, p. 1109-1110; A. DOLD, «*Forma*» *u.* «*formata*», in *Scriptorium*, t. V, 2, 1951, p. 216; 218.

8. **Flauianum diaconum et Nestorium subdiaconum:** Qui, ut facerent satis desiderio pontificis (ep. 4,3), Hominembonum subdiaconum sunt comi-

epistulas tuas accepimus, scribenda esse curauimus, in quorum
etiam conuersatione laudabile tuae caritatis agnouimus institutum.
Deus te incolumem custodiat frater carissime. Data III Nonas 9
Februarias anno XVI post consulatum Basili uiri clarissimi.

46 tuas] tuas *iterat. del.* a_3 **47** institutum] i *primam ex* c *(?)* a_1 instutum a_3 **48** incolumen a_1, incolomem a_3 k$\overline{m}$e *codd.* **49** XVI] a_1: XV a_2, XI a_3 basilii a_2 *(cf. epp. 1, l. 10; 3, l. 61; 4, l. 30; 9, l. 31; 10, l. 53; 11, l. 53, et tamen, epp. 2, l. 37; 11, l. 54; 83, l. 7).*

tati. Illis constabat legatio a Pelagio expetita in ep. 4,3; ferebant item litteras, tum ad Sapaudum, tum etiam ad regem (ep. 6,1). Ut monstratur ep. 9,2, cum Arelatem redirent aliam ad Childebertum ferebant epistulam. Quaenam haec fuerit vide sis in notulis in ep. 7 et ep. 9,2, p. 21 et 28.

6

Childeberto binas eius epistulas a se receptas significat, eiusque petitioni accessisse dicit. Itaque Sapaudo concedit munus vicarii sedis Romanae palliique usum. Regem quoque rogat, ut nullo modo ab ecclesiasticis viris contemni patiatur, quem ipse hoc munere fecit honestare.

J-K. 945 — 3 februarii a. 557

Edd.: GUNDLACH, MGH., Epp., III, p. 75; MANSI, IX, c. 726; MIGNE, PL. 69, c. 406.

DOMINO FILIO MERITO GLORIOSISSIMO ATQUE PRAECELLENTISSIMO CHILDEBERTO REGI PELAGIUS EPISCOPUS. Excellentiae uestrae litteras post illas quas legati 1
uestri detulerunt, etiam per eos quos frater et coepiscopus noster Sapaudus ad nos direxit, reuerenter accepimus; et salutis uestrae, quae nobis semper optanda est, cognoscentes indicia, gratias diuinae pietati retulimus, exorantes clementiam eius, ut uos annis pluribus dexterae suae protectione seruet incolumes. Uices autem 2
nostras praefato consacerdoti nostro Sapaudo secundum petitionem uestram dereximus, usum pallii pariter concedentes; quia in scrinio ecclesiastico huiusmodi exempla repperimus, quibus ostenditur, Arelatensibus episcopis a sanctae recordationis decessoribus nostris haec fuisse conlata. Propterea, salutantes cultu regalibus 3
infulis debito, postulamus, ut ita eum atque ecclesiam eius gratia

---

Codd.: a_1 fol. 38v-39, a_2 fol. 44v-45. a_3 fol. 79-80.

1 domno *(?)* a_2 **3** episcopus] *om.* a_1 a_3 **5** direxit] *ex* dieexit *(?)* a_1 **7** exortantes a_1 **7-8** uos annis... seruet] a_2: uos *seq. lacuna* tue seruet a_1, uos largiflua pietate sua conseruet a_3 uices] a_2: litteras a_1 a_3 **9** sabaudo a_3 **10** pallei a_2 *(cf. ep. 5, l. 38-39, ubi recte descripsit)* **11** eclesiastico a_1 **12** arelatensis a_1 **14** infulis] *ex* infolis a_2 debita *Gundlach* postolamus a_1

---

3 februarii a. 557: Hoc enim die censeo epistulam datam fuisse, cum abs dubio una cum ep. 5 fuerit missa.

1. **legati uestri:** Cf. ep. 4,1, et notulas in ep. 3,1, p. 11 et 6.

per eos quos... Sapaudus ad nos direxit: Cf. ep. 5,8 et adnotationes ad eundem locum, p. 16-17.

2. **Uices ... nostras** Cf. ep. 5.

excellentiae uestrae tueatur ac foueat, ne, quem per uices nostras augeri, propitiante Domino postulastis, in aliqua parte cuiquam Gallicanorum sacerdotum uel cuiuslibet ordinis ecclesiastici personae, quod non oportet, contemptibilis habeatur, et in eo auctoritati sanctae sedis apostolicae et genio uestro, qui pro eo suffragatores acceditis, quod absit, uideatur in aliquo derogari. Incolumem 4
excellentiam uestram Deus noster custodiat, domine fili gloriosissime atque praecellentissime.

---

16 propiciante a_1 postulatis a_3 **18** eo] ea a_3 auctoritati] *ex* auctoritatis *(s del.)* a_1: auctoritatis a_2, auctoritate a_3 **19** sanctae] *superscr.* a_1 sedi a_3 et genio] *codd. (signum in marg. a_2)*: ingenio *Gundlach* **20** P Incolumem *(?)* *ex* ꝑ Incolumem a_1, perincolomem a_3 *(cf. ep. 8, l. 25, ubi omnes codd. habent* incolumem) **21** excellentissimum uestrum a_1 noster] nostrorum a_2 **22** atque] *om. (lacuna)* a_2.

---

3. **ne ... contemptibilis habeatur:** Cf. notata in ep. 2,5-7.

et genio uestro: Originalis certe lectio, quam omnes codices testantur. Perperam correxit Gundlach; *genius* enim bene loco huic coaptatur. Cf. *Thesaurus* ..., t. VI. p. 1839-1840 (= *ingenium*), p. 1840-1841 (= *maiestas, auctoritas)*, p. 1841 (= *honos)*.

Incolumen: Cf. apparatum. Lectionem cod. a_1: ꝑ transcripsit W. GUNDLACH, *Epp. Arelatenses, l. c.*: p, eo quod super ꝑ, post paragraphi signum ante *Incolumem* scriptum, est notatio ∸. Digna autem quae notetur haec coniectura forte videbitur. An illud signum ꝑ, quod prostat etiam ante exitum ep. 7 (§ 19), foret re ipsa P vel chresimon (aut crux), quod exstat ante initium quarundem inscriptionum, quamquam raro, etiam aevo Iustiniani? Cf. CIL., t. VI, 1, 1199 cum notulis; (1200); t. VIII, 1, 1863; 4677; (t. VIII, 2, 10529); t. X, 1, 101; 4497; 4500-4505; 4517; 5328; t. X, 2, 8045,14; 8082-8083. Satis enim cognitum est, multa compendia epigraphica in codd. fuisse adhibita; iam vero, quod P vel chresimon (aut crux) ante salutationem in fine epistularum, iam in documentis pontificum s. VI posset inveniri, veri simile facit usus scribendi, etiam s. IX, in antiquioribus bullis pontificiis adservatis, duas cruces initio et fine salutationis *Bene Ualete*, et certius adhuc facere videtur subscriptio Victoris episcopi Capuani (aa. 546-547) in celebri cod. *Fuldensi*, quam quidem subscriptionem praecedit crux. Cf. E. RANKE, *o. c.*, p. 398 et 462. Itaque haberetur in casu rarissimum vestigium vetustissimi signi, quod incuria et ignorantia praesertim scribarum, id quod vellet iam ignorantium, ex epistulis antiquorum pontificum paulatim evanuerit.

7

Cum in epistula quarta congruum responsum de rebus levissimis per Rufinum quaesitis regi dedisset, eidem hac epistula suam professionem fidei proponens in quaestione maximi momenti satis facit. Rogat insuper regem ut impedire velit, ne contra Ecclesiae unitatem, in Gallia quidam insolenter garrientes, maligna semina divisionis iactare persistant.

J-K. 946 — 3 februarii a. 557

Edd.: GUNDLACH, MGH., Epp., III, p. 77-80; MANSI, IX, c. 728-730; MIGNE, PL. 69, c. 408-410; (6-16) *PITRA, Spic. Solesm., IV, p. XII-XIV; HAHN, Bibliothek der Symbole u. Glaubensregeln, p. 334-336.*

DOMINO FILIO GLORIOSISSIMO ATQUE PRAECEL-
LENTISSIMO CHILDEBERTO REGI PELAGIUS EPISCO-
PUS. Humani generis saluator ac Dominus discipulos suos docens 1
ait: N o n e s t u o l u n t a s P a t r i s u e s t r i q u i i n c a e -

---

Codd.: a_1 *fol. 40-41*^{v}, a_2 *fol. 46*^{v}*-50;* a_3 *fol. 82*^{v}*-87*^{v}*;* ***m*** *fol. 178*^{v}*-179*^{v}*:* (6-16); ***n*** *fol. 36-37*^{v}*:* (6-16); *B fol. 72:* (1: satagendum...-4); E_1 *fol. 47*^{vb}*:* (1: satagendum... -4), E_2 *fol. 68*^{a}, E_3 *fol. 73,* E_4 *fol. 36*^{a}*;* F_1 *fol. 122*$^{a-b}$*:* (1: satagendum...-4), F_2 *fol. 99*^{va}, F_3 *fol. 108*$^{a-b}$.

1-2 domino... pelag. episc.] *a:* pelagius childeberto regi *BE F* [hildeberto] E_4, *titul. om. mn (cf. infra* **27***)* **3** humani] *ex* humano a_2

Hac epistula opus est mihi mutationem in ordinem quem codd. exhibent inducere. En rationes quae ut ita facerem suaserunt. In ep. 9,2 petit Pelagius Sapaudo, ut velit se certiorem facere, an regi et Galliarum episcopis placuerat illa fidei professio, quam ad regem, ope Flaviani diaconi et Nestorii subdiaconi, miserat. Iam vero, haec fidei professio alia esse non potest quam praesens epistula, cum esse nequeat nec ep. 3, a Rufino lata, neque ep. 11, quae ad Childebertum non dirigitur, sed ad totius orbis fideles, quaeque item post litteras has data fuerit oportet, alioqui haec ep. 7 inutilis et inanis fere evasisset. Itaque praesens epistula collocari debet ante ep. 9, etiamsi illam in codd. sequatur, et insuper, accuratius rem pervestigans, hanc una cum epp. 5 et 6 datam fuisse comperio, quippe quae ab eisdem nuntiis missae fuerint. Propterea epistulae huic adsignavi cum illis diem 3 februarii a. 557, non faciens cum F. KALTENBRUNNER, J-K. 946 (t. I, p. 126) neque cum W. GUNDLACH, *Epp. Arelatenses, l. c.,* p. 76, qui eam datam fuisse putarunt intra Februarii et Aprilis menses.

1. **Dominus ... ait:** *Mt.,* 18,14.

l i s e s t , u t u n u s s a l t i m p e r e a t d e p u s i l l i s ; de
quibus nec scandalizari quemquam sine magni asserit conparatione
supplicii. Cum igitur etiam de pusillis ista forma praecepti sit,
quanto nobis studio ac labore satagendum est, ut pro auferendo
suspicionis scandalo obsequium confessionis nostrae regibus mi-
nistremus, quibus nos etiam subditos esse sanctae scripturae prae-
cipiunt? Ueniens etenim Rufinus uir magnificus, legatus excellen- 2
tiae uestrae, confidenter a nobis, ut decuit, postulauit, quatenus
uobis, aut beatae recordationis papae Leonis tomum a nobis per
omnia conseruari significare debuissemus, aut propriis uerbis no-
strae confessionem fidei destinare. Et primam quidem petitionis 3
eius partem, quia facilior fuit, mox ut dixit impleuimus; meque in
omnibus praedicti praesulis tomum pro catholicae fidei assertione
conscriptum, Deo propitio custodire, manus nostrae ad uos pro-
fessione signauimus. Ut autem nullius deinceps, quod absit, 4
suspicionis resideret occasio, etiam illam aliam partem, quam me-
moratus uir inlustris Rufinus ammonuit, facere maturaui, scilicet
propriis uerbis confessionem fidei quam tenemus exponens. Defi- 5
nitiones quoque de eadem catholica fide, quae in quattuor sanctis
conciliis statutae sunt, sed et memorati pontificis, quae uniuersalis
semper tenuit ac tenet ecclesia, nos cum Dei auxilio tenere atque
defendere praesenti ad excellentiam uestram conloquio intimandum

---

6 comparatione a_2 **8** pro] *superscr.* a_3 **9** regibus] legibus *E* **10** subitos F_2 sacrae script. E_1 E_2 E_4 [scāe] E_3, script. sanctae F_1 F_2 **11** excellent.] *om.* E_2 **12** uester E_2 quatinus a_1 a_3 *BEF* **13** leonis papae E_2 tomum] 1 *post* t *eras.* a_2, thomum BE_4 F_3 nobis] uobis E_2 **14** debuiss.] debueramus *B* aut] *add.* a *E* **15** distinare a_1 **16** dixi E_2 inpleuimus BE_4 **17** praedicti] *in marg.* a_3, *om. BEF* praesolis a_2 tomum] *litt. post* t *(h?) eras.* a_2, thomum BE_4F_2 F_3 **19** nullius] *om.* F_3 **20** resederet a_2 ocasio *B* **21** inlustris] illustris *BEF* ruphinus F_3 ammonuit] admonuit BE_3F maturaui] *om. F* **24** statutae] *ex* statuta a_3 quae] a_1 a_2 *(id est:* quae omnia): quas a_3 **25** tenet *ex* tenent a_3 cum] sancto a_3 **26** excellent.] c *superscr.* a_3

---

de pusillis ista forma praecepti sit: Cf. *Mt.,* 18,6.

subditos esse sanctae scripturae praecipiunt: Cf. *Rom.,* 13,1.

2. **Rufinus uir magnificus:** Cf. notulas in ep. 3,1. p. 6.

3. **ut dixit impleuimus:** Est ep. 3.

signauimus: Cf. ep. 3,13.

4. **propriis uerbis:** In ep. 9,2 dicitur: *nostro ... sermone;* quod confirmat illam, quae ibi adlegatur epistula, esse hanc ep. 7.

necessario iudicaui. Credo igitur in unum Deum Patrem et Filium 6
et Spiritum Sanctum: Patrem scilicet omnipotentem, sempiter-
num, ingenitum; Filium uero, ex eiusdem Patris substantia uel na-
tura genitum, ante omne omnino uel temporis uel aeui cuiusquam
initium, id est, omnipotentem, aequalem, consempiternum, et
consubstantialem Genitori; Spiritum quoque sanctum, omnipoten-
tem, utrique, Patri scilicet ac Filio, aequalem, consempiternum
atque consubstantialem, qui ex Patre intemporaliter procedens,
Patris est Filiique Spiritus: hoc est, tres personas siue tres subsis- 7
tentias unius essentiae siue naturae, unius uirtutis, unius opera-
tionis, unius beatitudinis atque unius potestatis; ut trina sit unitas,
et una sit Trinitas, iuxta uocis dominicae ueritatem dicentis:
I t e , d o c e t e o m n e s g e n t e s , b a p t i z a n t e s e o s
i n n o m i n e P a t r i s e t F i l i i e t S p i r i t u s S a n c t i .
In nomine, inquit, non in nominibus, ut et unum Deum per indis- 8
tinctum diuinae essentiae nomen ostenderet et personarum discre-
tionem suis demonstratam proprietatibus edoceret; quia, dum tri-
bus unum deitatis nomen est, aequalitas ostenditur personarum; et
rursus aequalitas personarum nihil extraneum, nihil accedens in eis
permittit intellegi: ita ut et unusquisque eorum uerus perfectusque
sit Deus, et omnes tres simul unus uerus perfectusque sit Deus,
uidelicet ex plenitudine diuinitatis nihil minus in singulis, nihil

---

27 iudicaui] fides papae pelagii *add. in marg.* a_1, *superscr.* a_3, incipiunt *m n*, *titulo* fides sancti pelagii papae *m*, *quem om. n* igitur] *om. mn* **30** aeui] *om.* a_1 a_3 *m n* **31** initio *m* id est] idem a_2, de omnipotente a_3 **32** cumsubstantialem a_1 **35** filiique] filii quoque a_3 **36-37** subsistentias] *ex* substantias a_2, substantias *n* **41** inquid a_2 in[2]] *om. a* deum] dominum a_3 **42** essentiae] substantiae *mn* **44-45** et rursus... personarum] *superscr.* a_2, *om. m* accidens *ex* acced. *n 2* **46** permittat intelligi *n 2 (?)* **47** et omnes... sit deus] *om.* a_1 a_3 *m n* **48** plenitudine] *ex* plenitudinem *n*

6-16. Tota haec fidei professio, consuli potest in editione cum locis parallelis et notulis quam adornavit W. M. PEITZ, *Das vorephesinische Symbol der Papstkanzlei*, in *Miscell. Histor. Pontif.*, vol. I, Roma, 1939, p. 83-88; 126-127.

7. **siue tres subsistentias:** Idem fere valent apud Pelagium *persona* et *subsistentia*, aut, ut verius dicam, notio personae apud nostrum pontificem, idea subsistentiae prorsus limitatur et definitur. Cf. *In Def. Trium Cap.*, V (R. DEVREESSE, *o. c.*, p. 43): ... *de deitate Vnigeniti, non de Deo Vnigenito dixit, ad cuius* personam siue subsistentiam, *quae cum adsumpta humanitate una est ...; ... singularitatem* personae uel subsistentia *unius Filii, qui uerus Deus et idem ipse inconuertibiliter uerus homo est* ... cetera. Cf. etiam *ibid.*, p. 44, l. 5-12.

dominicae ueritatem dicentis: *Mt.*, 28,19.

amplius intellegatur in tribus. Ex hac autem sancta et beatissima 9
atque consubstantiali Trinitate credo atque confiteor unam perso-
nam, id est, Filium Dei, pro salute humani generis nouissimis tem-
poribus descendisse de caelo, nec patriam sedem, nec mundi gu-
bernacula relinquentem; et, superueniente in beata uirgine Maria
Sancto Spiritu, atque obumbrante ei uirtute altissimi, eundem
Uerbum ac Filium Dei in utero eiusdem sanctae uirginis Mariae
clementer ingressum et de carne eius sibi unisse carnem anima ra-
tionali et intellectuali animatam; nec ante creatam esse carnem,
et postea superuenisse Filium Dei, sed, sicut scriptum est: S a -
p i e n t i a a e d i f i c a n t e s i b i d o m u m , mox carnem in
utero uirginis, mox Uerbi Dei carnem factam, exindeque sine ulla
permutatione aut conuersione Uerbi carnisque naturae, Uerbum
ac Filium Dei factum hominem, unum in utraque natura, diuina
scilicet et humana, Christum Iesum Deum uerum eundemque
uerum hominem processisse, id est, natum esse, seruata integritate
maternae uirginitatis; quia sic eum uirgo permanens genuit, quem-
admodum uirgo concepit. Propter quod eandem beatam uirgi-
nem Mariam Dei genetricem uerissime confitemur: peperit enim
incarnatum Dei Uerbum. Est ergo unus atque idem Iesus Christus 10
uerus Filius Dei et idem ipse uerus filius hominis, perfectus in
deitate et idem ipse perfectus in humanitate, utpote totus in suis
et idem ipse totus in nostris; sic per secundam natiuitatem sumens
ex homine matre, quod non erat, ut non desisteret esse, quod per
primam, qua ex Patre natus est, erat. Propter quod eum ex dua- 11
bus et in duabus manentibus indiuisis inconfusisque credimus esse

---

49 hac] ac a_1 **51** dei] *om. n* salute] *ex* salutem *n* **52** patriam] *ras. parv. post* i *in n*, paternam *(recte fortasse)* a_2 **56** elementer a_2 **59** aedificante] *ex* aedificauit a_2 **60** uerbi] *ex* uorbi a_2, uerbum *m* factum *m n* **61** aut] atque a_1 conuersione] *ex* conuersaone *n* **62** in] *om. n* **63** deum] *ex* dominum *corr. vid* a_2 **64** processisse] *ras. post* procesis *in* a_1 **65** quem-] *ex* qom *vel* qam *(?)* a_2 **66** -admodum] *ex* armodum a_2 **68** adque *n* **71** secundam] misericordiam a_3 sumens] i *(?) eras. post* su a_2, summens a_1 **72** omine a_1 mater a_2 *(falso notat Gundlach; cod. enim clare habet* matre*)*

---

9. **sicut scriptum est:** *Prov.*, 1,9.

10-12. Sunt fidei Chalcedonensis paraphrasis. (MANSI, t. VII, *actio* V, p. 115-118; *append.*, p. 750; 753-756; A. HAHN-L. HAHN, *o. c.*, p. 166-168; E. SCHWARTZ, ACO., t. II, vol. I, 2, p. 129-130; *ibid.*, t. II, vol. III, 2, *actio* V, 34, p. 137-138; *actio* VI, 8, p. 156; *ibid.*, t. II, vol. II, 2, p. 85-86). Quoad relationes Pelagii cum Conc. Chalcedonensi, cf. E. SCHWARTZ, ACO., t. II, vol. IV, p. XXVI-XXVII; A. GRILLMEIER, *Vorbereitung des Mittelalters* ... in *Das Konzil von Chalkedon*, t. II, Würzburg, 1953, p. 824-830.

naturis: indiuisis quidem, quia et post adsumptionem naturae nos-
trae unus Christus Filius Dei permansit et permanet; inconfusis
autem, quia sic in unam personam atque subsistentiam adunatas
credimus esse naturas, ut utriusque proprietate seruata, neutra
conuerteretur in alteram. Ac propterea, sicut saepe diximus, unum 12
eundemque Christum esse uerum Filium Dei et eundem ipsum
uerum filium hominis confitemur, consubstantialem Patri secun-
dum deitatem, et consubstantialem nobis eundem secundum huma-
nitatem, per omnia nobis similem absque peccato: passibilem carne,
eundem ipsum inpassibilem deitate. Quem sub Pontio Pilato 13
sponte pro salute nostra passum esse carne confitemur, crucifixum
carne, mortuum carne, resurrexisse tertia die, glorificata et in-
corruptibili eadem carne, et conuersatum post resurrectionem cum
discipulis suis ac multis modis euidenter eis ostendisse sui corporis
ueritatem, et quadragesimo die, uidentibus eisdem discipulis, ascen-
disse in caelos, sedere etiam ad dexteram Patris. Quem credo 14
et confiteor, secundum testificationem angelorum, sicut ascendit
in caelos, ita uenturum iudicare uiuos et mortuos. Omnes enim
homines ab Adam usque ad consummationem saeculi natos et
mortuos cum ipso Adam eiusque uxore, qui non ex aliis parentibus
nati sunt, sed alter de terra, alter autem de costa uiri creati sunt,
tunc resurrecturos esse confiteor et adstare ante tribunal
Christi, ut recipiat unusquisque propria
corporis, prout gessit, siue bona, siue mala.
Et iustos quidem per largissimam gratiam Dei, utpote uasa mise- 15
ricordiae in gloriam praeparata, aeternae uitae praemiis donatu-
rum, in societate uidelicet angelorum absque ullo iam lapsus sui
metu sine fine uicturos; iniquos autem arbitrio uoluntatis pro-
priae uasa irae apta in interitum permanentes, qui uiam Domini

---

75 quia] quam a_2 assumptionem a_1 a_3 *mn* **78** ut] et a_1 **82** et] *om.* a_1 a_3 *mn* **83** silimilem a_3 carnem a_1 *84* pylato a_1 **85** sponte] *litter. eras. in fine n* carnem a_1 **86** carne[1]] carnem a_1 in- *superscr.* a_2 **87** conuersatum] *ex* inconuersatum a_2 **88** multi a_3 **89** quadragensimo a_2 **90** quem] quae a_1 **93** consumat. *n* **94** qui] quae *n* **95** alter[2]] altera a_3 **96** resurrecturus *n*, surrecturos a_1 **100** -ricordiae] *ex* -ricordiam *n* uitae] uirtutae a_2 **101** iam] *om. mn* **102** metuo a_1, merito *n* **103** in] i *superscr. n*

---

12. **et eundem ipsum:** Cf. supra alterum textum ex *In Def. Trium Cap.* desumptum, ad § 7, ubi similiter dicitur *et idem ipse*.

14. **ante tribunal... siue mala:** *2 Cor.*, 5,10, iuxta quandam *Veterem Latinam* versionem. Cf. Dom. P. SABATIER, *Bibliorum Sacrorum Latinae versiones antiquae seu Vetus Italica ...*, t. III, Parisiis, 1751, p. 739, notas ad v. 10.

aut non agnouerunt, aut cognitam diuersis capti praeuaricationibus
reliquerunt, in poenis aeterni atque inextinguibilis ignis, ut sine fine
ardeant, iustissimo iudicio traditurum. Haec est igitur fides mea 16
et spes, quae in me dono misericordiae Dei est, pro qua maxime
paratos esse debere beatus Petrus apostolus praecipit ad respon-
dendum omni poscenti nos rationem. Nunc con- 17
uenit excellentiam uestram pro feruore eiusdem fidei, quam uos in
corde habere gaudemus, peculiarem curam per uniuersas Galliae
uestrae regiones inpendere, ne illic scandala seminantes, sicut in
partibus istis facere conabantur, frontis suae procacia inpellente
discurrant, et aliquos fratres et coepiscopos nostros uel creditas
eis plebes ad dissensiones exagitent; quia, dum rectae fidei non
sint, dolore oppressionis suae, ut se ad nutrienda scandala catholi-
cis familiares efficiant, etiam rectam fidem se simulant uindicare,
maxime apud eos qui fraudes ipsorum et dolos ignorant. Sed 18
Deus, qui gloriam uestram contra inimicos pacis ecclesiasticae mise-
ricorditer hoc tempore praeparauit, praestet uos ita sollicitos et
circumspectos existere, ut non praeualeant sacrosanctae eccle-
siae in illis partibus loliorum suorum semina maligna iactare.
Incolumem excellentiam uestram Deus noster custodiat, domine 19
fili gloriosissime atque excellentissime.

---

106 traditurum] tradituros *(?) corr. vid.* a_2 *2 (?)* haec] aec *n* **108** praecipit] *ex* praecepit *n*, praecepit a_2 *(cf. ep. 11, l. 64, ubi recte scripsit* praecipit*)* **109** ratione *n* **111** gelliae a_2 **113** procacitate a_3 **115** dissensionis a_1 **116** chatholi- a_1 **118** aput a_1 **119** eclesiastice a_1 **120** prestet a_1 a_3 **121** circuminspectos *corr. (*in *postea superscr.)* a_2 sacrosanctae eccle-] sacrosancte ecle- a_1, intra sacrasanctae eccle- a_3, intra sata sanctae eccle- *Baronius, Sirmondus* **122** loliorum] *ex* lolliorum a_2 **123** p incolumen a_1, perincolumem a_3 *(cf. epp. 6,20 et 8, l. 25)* noster] nos a_2 domino a_2 **124** gloriosissime] *ex* gloriosissimae a_2.

---

16. **Haec est igitur fides mea:** Idem iteratur in ep. 11,10, p. 39. Cf. etiam ep. 10,7, p. 34.

beatus Petrus apostolus praecipit: Cf. *1 Ptr.*, 3,15.

19. **excellentissime:** Eodem titulo insignitur in ep. 9,2. Reges enim barbarorum, qui amicitiam imperatoris colebant, uti etiam summi magistratus imperii, hoc honoris epitheto donabantur. Cf. P. KOCH, *o. c.*, p. 89-93. Alios, quibus hic quoque titulus olim fuerit tributus, vide sis apud M. BRIDGET, *o. c.*, p. 131; 166.

8

Sedulitati Childeberti erga Ecclesiam, regni Galliae prosperitatem tribuit. Quam ob rem papae admirationem magnopere movit, ut rex permitteret in iudicium intulisse Sapaudum, quem nuper, ipsius regis petitioni obsecundans, primati Galliae dignitate insigniverat. Diligenter commendat, ne in posterum ecclesiasticae leges rescindantur.

J-K. 948 3 februarii-13 aprilis a. 557

Edd.: GUNDLACH, MGH., Epp., III, p. 76; MANSI, IX, c. 726-727; MIGNE, PL. 69, c. 406-407.

DOMINO FILIO GLORIOSISSIMO ATQUE PRAECEL-
LENTISSIMO CHILDEBERTI REGI PELAGIUS EPISCOPUS.
Cum celsitudini uestrae multa dona misericordia diuina contu- 1
lerit, pro amore tamen quem ecclesiae eius sinceriter exhibetis, fecit
uos multis regnantibus clariores, quoniam inter alias regni uestri
curas pro tranquillitate sanctae ecclesiae praecipuam sollicitudi-
nem uos certum est exhibere. Quae cum ita sint, miramur quia, 2
[et] quantum nobis praesentium portitorum suggestio patefecit, passi
estis subripi uobis, et Sapaudum fratrem et coepiscopum nostrum,
Arelatensis ciuitatis antistitem, cuius ecclesia in regionibus Galli-
canis primatus priuilegio et sedis apostolicae uicibus decoratur,

---

Codd.: a_1 *fol. 39-39*^{v}, a_2 *fol. 45-46*, a_3 *fol. 80-81; b fol. 120*^{v}*-121:* (1-4) *c fol. 34:* (1-4), *d fol. 132:* (1-4), *e fol. 159*^{v}*:* (1-4), *f pag. 183-184:* (1-4); *B fol. 71*^{v}*-72:* (2: miramur... occurrere).

2 episcopus] *om.* a_1 a_3, *pro titulo*: pelagius quoque praesul apostolicus cuidam regi francorum scribens hinc dicit *bcdef*, hormisda cesario *B* **3** diuina] *om. b* **4** exhibitis a_1 **7** sit *d* **8** et] *om.* a_1 a_2 *bcdef*, *superscr. B* **9** subrepi a_2 et[1]] *om.* a_1 a_3 *B* *(cf. supra* **8***)*, ut *Gundlach* episcopum *e* **10** antistitem] *ex* antestitem *b 2* galli-] calli- a_3

Tempus conscriptionis huius epistulae statuo adtendens tantum loco quem in codd. occupat. Ideoque facere nequeo cum J.K., t. I, p. 126, qui absque solido fundamento, ut videtur, hanc postponit ep. 9.

2. **passi estis subripi:** Cf. quod hac super re dictum est in ep. 2,5-7, p. 4-5.

cuius ecclesia in regionibus Gallicanis: Cf. ep. 5,6, et notulas ad ep. 5,1-2, p. 15-16 et 14.

ad petitionem episcopi ab ipso ordinati in iudicium sequentis ciui-
tatis episcopi, quod nulla ecclesiastica lege uel ratione conceditur,
iudicandum iuberetis occurrere; ut ipso de conculcato loci sui
praeiudicio conquerente, illum qui usurpauit necesse sit de inlicita
praesumptione culpari. Pro quibus christianitatis uestrae confi- 3
dentia freti, paterno studio postulamus, ut, si quid tale factum est,
congrua satisfactione celeriter amputetur, nec ullum sui exem-
plum in perturbatione ecclesiarum quas uobis Deus credidit re-
linquere concedatur. Et huiusmodi causis sollicitam uos in reli- 4
quo decet exhibere cautelam, ne quid contra ecclesiasticas regulas
petentibus concedatis; quia, quod bene cognitum est religiosae
menti uestrae, non aliter Deo nostro recte potest regalis deuotio
famulari, nisi prouidentia eius ecclesiasticorum ordinum seruetur
integritas. Incolumem excellentiam uestram Deus noster custo- 5
diat, domine fili gloriosissime at*que* praecellentissime.

---

12 petionem *B* **14** iuberetur *ex* iuberetis a_2 ut] *codd.*: cum *Gundlach* ipsos a_2 **15** praeiudicium *bd* conquirente a_3 *e f*, conquirent *c* illum] *ex* ille *b 2*, ille *c d e f* illicita *b c d e f* **16** praesumtione] *ex* praesumtione a_1 **17** est tale factum a_3 **18** amputetur] *ex* ampuetur a_1 **20** et] *add.* in *f* huiusmodi] huius *e* **22** quod] *add.* de *d* relegiosi a_2 **23** mentis *e* regalis] *ex* regulis a_2 **24** seruatur *f*, seruet a_3 **25** integritatem a_3 incolumen excellentia uestra a_1, incolomitatem excellentiae uestrae a_3 noster] nos a_2 **26** domine] *ex* domne a_3, domino a_2 filii a_1 gloriosissimae a_2 *2 (?) (1 sup. ras)* atque] *coni. (cf. supra titul., l. 1, et epp. 6, l. 22; 7, l. 124)*: astg *(?)* a_1, auguste a_3, ac a_2. praecellentissime] excellentissime a_1.

9

Capta occasione itineris Petri negotiatoris, suis verbis Sapaudo salutem dicit, eumque rogat, ut se certiorem quam primum faciat quem exitum in rege, in ipso Sapaudo aliisque episcopis, eius professio adsecuta est. Iterum illi commendat Romanos qui in Arelatem se receperunt, denique negotium in subsidium inopum Romanorum.

J-K. 947 13 aprilis a. 557

Edd.: GUNDLACH, MGH., Epp., III, p. 77; MANSI, IX, c. 727; MIGNE, PL. 69, c. 407-408.

DILECTISSIMO FRATRI SAPAUDO PELAGIUS. Tanta 1
nobis est circa personam tuae fraternitatis affectio, ut nullas
occasiones transire silentio patiamur. Denique ueniente illuc Pe-
tro, *uiro honesto*, negotiatore, praesentia curauimus ad fraternita-
tem tuam scripta dirigere, desiderantes ut de incolomitate quoque
tua uicissim, datis oportunitatibus, agnoscamus. Atque ideo, 2
salutantes fraterno caritatis amore, indicamus, propitiante Do-
mino, circa nos omnia prospera geri, et hortamur ut, si epistula
quam per diaconum atque subdiaconum fraternitatis tuae ad
excellentissimum filium nostrum Childebertum regem direximus,
in qua de institutis beatissimorum patrum nostrorum fidem catho-
licam nostro per Dei gratiam sermone deprompsimus, tam ipsi
gloriosissimo regi quam caritati tuae uel aliis fratribus et coepisco-
pis nostris placuit, rescripto tuae caritatis celerius agnoscamus.

Codd.: a_1 fol. 39ᵛ, a_2 fol. 46-46ᵛ, a_3 fol. 81-82ᵛ.

4 uiro honesto] *restitui (cf. ep. 2, l. 2):* huc *sed ex* uh. a_2, uobis *(legerat* ub.*)* a_1, urbis a_3 **6** tua] *om.* a_1 a_3 uecissim a_3 *(?) Gundlach* **8** prosper ageri a_1 **13** gloriosissime a_1 **14** rescriptio a_1

1. **Petro uiro honesto:** Cf. ep. 2,1 et adnotationes ibidem conscriptas. Licet fuerit vir plebeius tamen eius status superior erat illo eorum qui plebei homines stricte consebantur. Cf. E. MAYER, *o. c.*, p. 60-61.

2. **epistula ... per diaconum atque subdiaconum:** Est ep. 7. Latores fuerunt Flavianus et Nestorius. Cf. ep. 5,8 cum notulis, et notata initio ep. 7, p. 16-17 et 21.

rescripto tuae caritatis: Nescimus quid responsi dederit Sapaudus. Professio vero fidei Pelagii ep. 7 regis animum, ut videtur, placavit,

Praeterea, commendamus specialiter dilectioni tuae Romanos, qui 3
illic hostilitatis metu confugerunt, ut solacium fraternitatis tuae
et continentiam qualem peregrinatio eorum poscit inueniant; quos
etiam filio nostro, magnificentissimo uiro patricio Placido, genitori
tuo, ex nostra persona uolumus commendari, ut in sua continentia
recognoscant quantum apud caritatem tuam eis commendatio nos-
tra profuerit. Sed et illud ad commemorationem tuae fraterni- 4
tatis adducimus, ut, sicut iam pridem scripsimus, uestes quae pau-
peribus erogentur, id est, cucullas et tunicas atque saga, de id
quod pro pensionibus ecclesiasticarum possessionum nobis domnus
filius noster Placidus directurus erat, conparari faciatis, et ad
Portum Romanum, Deo propitiante, dirigere, quatenus sollicitu-

16 illuc a_3 ostilitatis a_1 fraternitati a_2 **17** et continentiam] *codd.*: in continentia *Gundlach* posscit a_1 **18** placido] *ex* placito a_3 **22** sicut] *ex* sic a_1, *in marg.* a_3 **23** de id] a_1 a_2: de eo a_3 **26** quatinus a_1

quod iam non amplius de quaestione locutum fuerit. Attamen postea Pelagius ad Sapaudum iterum ut scriberet fuit necesse (ep. 19), verum modo ad mutationem animi tuendam, quam circa Trium Capitulorum negotium fuerit expertus. Non dubito, in hanc animi pontificis mutationem non nihil ponderis habere potuisse propositam ab imperatore ad solium pontificium evectionem, verum non est cur prorsus diffidatur, ut re vera Pelagius mentem pristinam mutasset, persuasus novo lumine rationum quas sibi imperator obiecerat.

3. **illic:** In Provinciam. Cf. ep. 3,4-5 cum adnotationibus, p. 8, quoad hunc usum *illic* cum motu.

hostilitatis metu: Perdurante bello Gothico, quod a. 555 ad finem suum pervenit opera Narsetis. Cf. L. M. HARTMANN, *Geschichte...*, t. I, p. 246-334; E. STEIN, *Histoire...*, p. 328-368; 564-612.

et continentiam: Id est, *sustentatio.* Passim occurrit in epp. S. Gregorii Magni hoc sensu. Cf. MGH., *Epp.*, t. II, p. 530; P. EWALD, MGH., *Epp.*, t. I, p. 24, l. 35-39; DU CANGE, *Glossarium...*, t. II, p. 535; *Thesaurus ...*, t. IV, p. 700, l. 70-79.

patricio Placido genitori tuo: Cf. ep. 4,4 cum notulis ibidem adscriptis, p. 12.

4. **iam pridem scripsimus:** Cf. ep. 4,4, p. 12.

de id quod: Locutio linguae plebis quam consulto adhibuit probabiliter papa, ut rem magis perspicuam redderet. Cf. *Thesaurus ...*, t. V. p. 43, l. 30-46. Cf. praeterea VIGILII (PELAGII) *Constitutum de Tribus Capitulis* in *Coll. Avellana, ep.* 83, 266; 271 (O. GUENTHER, *o. c.*, p. 305, l. 12, p. 306, l. 15), quod veri similius facit, Pelagium potuisse hac vulgari uti dictione.

ad Portum Romanum: Oppidum fuit a Narsete captum a. 552. Cf. L. M. HARTMANN, *Geschichte ...*, t. I, p. 326.

dinem nostram ex parte aliqua releuetis; quia tanta egestas et nuditas in ciuitate ista est, ut sine dolore et angustia cordis nostri homines quos honesto loco natos idoneos noueramus, non possumus aspicere. Deus te incolumem custodiat frater carissime. Data Idibus Aprilibus, anno XVI ⟨post consulatum⟩ Basili uiri clarissimi.

---

29 omines a_1 possimus *Baronius, Sirmondus* **30** frater] *prima* r *sup. ras.* a_1 karissime [kme] *codd.* **31** idibus aprilibus] *Gundlach (cf. epp. 1, l. 9; 2, l. 36; 3, l. 61; 4, l. 29-30; 5, l. 48-49; 10, l. 52-53)*, id. april. a_2 a_3, id. aprili a_1 *(an* idibus aprilis *?)*. uiri clarissimi] *om.* a_3.

10

Ut denuo trahat in Ecclesiae ovile episcopos Tusciae Annonariae, qui non modo a communione Pelagii decederant, verum etiam ab eo poposcerant ut eorum schisma confirmaret, Pelagius suam fidei professionem eis mittit. Attamen pontifex optime est paratus ad omnia responsa danda, ne quid dubitationis in quolibet eorum remaneat.

J-K. 939; KEHR III, p. 2, 3. 16 aprilis a. 557

Edd.: GUNDLACH, MGH., Epp., III, p. 80-81; MANSI, IX, c. 718-719; MIGNE, PL. 69, c. 397-399.

DILECTISSIMIS FRATRIBUS GAUDENTIO MAXIMILIANO GERONTIO IUSTO TERENTIO UITALI ET LAURENTIO PER TUSCIAM ANNONARIAM PELAGIUS. Directam a uobis

---

Codd.: a_1 fol. 41ᵛ-42, a_2 fol. 50-51ᵛ, a_3 fol. 87ᵛ-89; p fol. 190ᵛ-191: (2: diuisionem...-3); *B fol. 72:* (3).

1 maximillia- a_3 **3** pelagius episcopis per tusciam annonariam *pro titulo B, om. p*

Tit. **Gaudentio:** Idem probabiliter Volaterranus episcopus ad quem serius misit papa ep. 21. Cf. F. LANZONI, *o. c.*, p. 563-564.

Maximiliano: Est veri similiter ille schismaticus episcopus de cuius excessibus queritur pontifex in epp. 65-67. Cf. ibidem p. 171-176.

Iusto: Nescio qua de causa eum decoraverit W. GUNDLACH, *Epp. Arelatenses..., l. c.*, p. 80, 1. 10-11, titulo episcopatus Volaterrensis. Cf. supra.

Terentio: Non alium fuisse quam Ter⟨en⟩tium schismaticum, qui cum Maximiliano coniunctus apparet in ep. 65,2, rem probabilem puto. Ita iam coniecit L. DUCHESNE, *Histoire ...*, p. 230. Quod ad eius omnino falsam identitatem cum martyre Lunensi eiusdem nominis adtinet, Cf. F. LANZONI, *o. c.*, p. 587-588.

Laurentio: Quem B. GAMS, *o. c.*, p. 747, cui accessit W. GUNDLACH, *Epp. Arelatenses, l. c.*, *ibid.* (nom autem Duemmler, ut ait F. LANZONI, *o. c.*, p. 581) fecit episcopum Florentinum. Eum autem esse reor praesulem Centumcellensem ad quem papa misit ep. 43, p. 119.

Tusciam Annonariam: Diversi diversos huic provinciae adsignant limites auctores. Cf. J. MARQUARDT, *Roemische Staatsverwaltung*, t. I, Leipzig, 1873-1878, p. 236; HUELSEN, *Etruria*, in *Pauly-Wissowa*, t. VI, c. 724; L. DUCHESNE, *Les évêchés de l'Italie et l'invasion lombarde*, in *Mél. d'Arch. et d'Hist.*, t. XXV, 1905, p. 367; F. SCHNEIDER, *Die Reichsver-*

relationem, defensore ecclesiae nostrae Iordane deferente, susci-
pientes, satis mirati sumus ita uos apostolicae auctoritatis oblitos,
ut diuisionem uestram ab uniuersali ecclesia meo etiam uolueritis,
quod absit, consensu firmari, et quos decuit popularem ignoran-
tiam sacerdotali doctrina conprimere, in contumeliam sedis aposto-
licae plebis uelle sequi iudicium. Nec ista dicentes iniuriam nos- 2
tram dolemus, quibus, donante Domino, propositum est, in man-
suetudine subportantes omnia, fraternae pacis uincula custodire;
sed, sicut diximus, diuisionem uestram a generali ecclesia, quam
tolerabiliter ferre non potero, uehementer stupeo. Cum enim 3
beatissimus Augustinus dominicae sententiae memor, quae fun-
damentum ecclesiae in apostolicis sedibus conlocauit: I n s c h i s-
m a t e e s s e dicat, q u i c u m q u e s e a p r a e s u l i s

4 defensor a_2 eclesiae a_1 **5** apostolica a_2, apostolice a_1 **6** eclesia a_1 **7** docuit a_1 **8** conprimare a_2 **9** ista] *ex* usto *vel* asto a_2 dicentes] *ex* dientes a_2 **11** subportantes] *coni.*: subportantem a_2, subportante a_1 a_3 uinculo a_2 a_3 *(recte fortassis, sed sensus vix servatur, etiam si interpungas post* subportantes*)* **12** eclesia a_1 **13** potero] possum *p* *(leg.* possumus*)* stupeo] *codd.*: *(sed leg.* stupemus*)* enim] *om.* *B* **14** quae] a_2 *p*: qua a_1 a_3 *B* **15** eclesie i a_1 collocauit a_1 a_3 *p* *B* **15-16** schismate] a_1 a_2: scismate *B*, *ex* schism. *(*h *del. postea)* a_2, *ex* sismate *p*, scismata a_3 **16** a praesulis] praesulem a_2, a presule *p*

waltung in Toscana, Rom, 1914, p. 9-10; F. LANZONI, *o. c.*, p. 563; 567. Iam vero, cum dioecesis Volaterrana pertineat veri similiter ad istam regionem, huiusce confines vulgo admissi denuo definiendi videntur.

1. **defensore ecclesiae nostrae Iordane:** Quoad *defensoris ecclesiae* titulum et munus consuli possunt: L. M. HARTMANN, *Defensor ecclesiae*, in *Pauly-Wissowa*, t. IV, c. 2372; F. MARTROYE, *Les «defensores ecclesiae» aux Ve et VIe siècles*, in *Rev. hist. droit. franc. et étrang.*, IV ser., t. II, 1923, p. 597-622; E. CASPAR, *o. c.*, p. 335-336; B. FISCHER, *Die Entwicklung des Instituts der Defensoren in der roemischen Kirche*, in *Ephem. Lit.*, t. XLVIII, 1934, p. 443-454.

in mansuetudine ... uincula custodire: Cf. *Eph.*, 4,2-3.

2. **ferre non potero uehementer stupeo:** Hic pristinam rectamque lectionem fuisse corruptam fere certum est. *Possum* pro *potero*, servavit cod. *p* Agobardi. *Potero* autem neque bene cohaeret cum *stupeo* codd., neque ambae formae, singulari expressae numero, cum aliis sive antecedentibus sive seqq. formulis ubi pontifex semper plurali numero loquitur; demum clausula in rhythmo manca evadit, si cum codd. *uehementer stupeo* legitur. Quapropter teneo genuinam esse lectionem: *ferre non possumus uehementer stupemus*. Tamen, contra omnium codd. testimonium textum mutare non ausus sum.

3. **in schismate esse dicat:** Augustini testimonium, alicuius forte deperditi textus, hucusque non inventum, me primum reperisse putavi in

e a r u n d e m s e d i u m a u c t o r i t a t e u e l c o m m u n i o-
n e s u s p e n d e r i t, n e c a l i a m e s s e manifestet e c c l e-
s i a m, n i s i q u a e i n p o n t i f i c i b u s a p o s t o l i c a-
r u m s e d i u m e s t s o l i d a t a r a d i c i b u s, quomodo
uos ab uniuersi orbis communione separatos esse non creditis, si
mei inter sacra mysteria secundum consuetudinem nominis me-
moriam reticetis, in quo licet indigno apostolicae sedis per succes-
sionem episcopatus praesenti tempore uidetis consistere firmi-
tatem? Sed ne apud uos forte uel apud greges qui uobis commissi 4
sunt, de fide nostra aliqua possit remanere suspicio, hoc dilectio-
nem uestram certissime nosse desidero, me illam donante Domino
custodire fidem, quam sacra apostolorum doctrina constituit,
quam Nicenae synodi firmauit auctoritas, quam Constantino-
politanae, Ephesenae primae et Calchedonensis sanctarum synodo-
rum explanauere sententiae, nec quicquam de praefatarum synodo-
rum definitionibus uel imminuisse me aliquid uel auxisse aut in
aliquo permutasse, sed omnia, Deo propitio, quae ab illis de fidei
puritate conscripta sunt, inuiolabiliter custodire, anathematis
nihilominus iudicio subdens, quisquis uel ad suprascriptarum
quattuor synodorum fidem, uel ad beatissimi Leonis praesulis
apostolicae sedis thomum, qui in Calchedonensi est synodo con-
firmatus, aliqua ex parte uel infirmandum quoquo modo, uel in
dubium, quod absit, deducendum, aliquando consenserit. Hac 5
igitur dilectio uestra fidei nostrae professione munita, ignoran-

17 earumdem *p* *B* comunione *B* **18** manifestet esse a_1 a_3 *p*, manifestet [esse *om.*] *B* ecle- a_1 **19** pontificalibus *p* **20** solidata] *ex* silidata a_2 **21** conmunione *B* separatis a_1 **22** mei] me a_1 **23-24** per successionem] *(cf. ep. 24, l. 70)* *a* *p* *B*: pro successione a_2 **24** episcopus a_1 firmi-] fraterni- *B* **27** desidero] *ex* desiderio a_2 **28** sacra] *in marg.* a_3 **30** sanctarum] *in marg.* a_3 synoda- a_2 **31** praefatarum] *ex* praefator. a_3, praefatorum a_1 synoda- a_2 **33** aliquo] *ex* aliqo a_2 **35** nihilominus] *ex* nihilhominus a_2 uel ad] *scripsi (*uel... uel *saepiss. scribit Pelagius)*: uel *om.* a_1 a_3, ad *om.* a_2 suprascriptarum] *ex* supra scripturam *vel* suprascriptaram a_2 **36** ad beatissimi] habeatissimi a_1, a beatissimi *ex* a beatissimo a_2 **37** in] *om.* a_1 a_3 calchidonensi a_3 sinodo a_2

Enarr. in Ps. 86 (MIGNE, PL. 37, c. 1101-1102). Ibi tamen de sedibus apostolicis non agitur in sensu quo hic textus. Adlegatio ad litteram prostat in ep. 24,18, p. 77-78.

secundum consuetudinem: Videlicet diptychorum recitandorum in canone sacrificii. Quendam episcoporum ab illis secludere idem valebat quam consummata communionis cum illo ruptura. Cf. H. LECLERCQ, *Diptyques*, DACL., t. IV, c. 1056-1058; G. BOVINI-Ph. OPPENHEIM, *Dittico*, in *Enc. Cattol.*, t. IV, c. 1759-1763.

tiam hominum, sicut sacerdotes decet, in spiritu mansuetudinis
edocere festinet, et a praua intentione modis omnibus reuocare
atque unitati ecclesiae reddere. Quod si quis forte etiam post 6
haec aliquem sibi superesse credit scrupulum, ab insano tumultu
desinens, ad nos magis uenire festinet, ut ex his quae dubitat
rationabili satisfactione percepta, laetus, Deo propitio, cognita
ueritate, uniuersali reformetur ecclesiae. Nos enim secundum apos- 7
toli sententiam: Parati sumus ad satisfactionem
omni poscenti nos rationem de ea quae in
nobis est spe, quia in nullo nos a sanctis patribus, custo-
diente nos diuina gratia, cognoscimus deuiasse. Deus uos in- 8
columes custodiat fratres carissimi. Data XVI Kalendarum 9
Maiarum anno XVI post consulatum Basili uiri clarissimi.

---

41 ominum a_1 **43** eclesiae a_1 **44** credit] *ex* crediti a_2 **47** eclesia a_1 **48** -toli] -tolicam a_1 a_3 **49** ratione a_3 **50** spe] fide a_3 **52** XVI] XV a_1 a_3 **53** maiarum] martiarum *vel* martii *(?)* a_1 a_3 XVI] a_2 *(cf. epp. 5, l. 49; 9, l. 31)*: XV a_1 a_3 basilii a_3.

---

7. **apostoli sententiam:** 1 *Ptr.*, 3,15.

9. **Data XVI Kal. Maiarum anno XVI:** Codd. a_1 a_3 corruptam habent notationem anni quo litterae datae fuerunt. Tempus vero quod propugno fulcitur insuper ordine quo haec epistula prostat tam in *Coll. Arelatensi* quam in *Coll. Britannica* (Varia I, B, 16-20, [P. EWALD, *o. c., l. c.*, p. 574]). In ambabus enim est sequens epistularum ordo: 8, 9, 7, 10, 11; 8 (deest 9), 7, 10, 11. In eo quod adtinet transpositionem epp. 7 et 8, 9, iudicio auctoris adquievi; verum has litteras, quas auctor legens: *XVI Kal. Mai. a. XV*, posuerat in primo loco, quasi datas ipso die consecrationis Pelagii, rectiore — ut reor — ordinatione disposui. Contra eam lectionem militant, cum ordo ipse litterarum in serie epistularum, tum quod nulla omnino in eis fit adlusio ad recentissimam pontificis consecrationem, quae tamen advertitur iam in ep. 1 (in illa hypothesi, post hanc, serius conscripta), tum denique, quod mirum haud parum videretur tam cito, iam ipso die ordinationis papae, antequam illa episcopis vel posset nuntiari, coepisse querelas et seditiones antistitum. Lectioni codd. a_1 a_3: *XV Kal. Mart. a. XV*, obsistunt et prima et secunda rationum supra adlatarum, et duratio satis certa pontificatus Pelagii. Cf. L. DUCHESNE, *Vigile et Pélage ..., l. c.*, p. 428-429, n. 3; E. CASPAR, *o. c.*, p. 774. Contra, admissa lectione selecta, iam epistula optime consonat et suo loco in serie litterarum, et tempori quod eam condecet habere post ep. 9, datam idibus m. aprilis, et, vel partim, causas et fines inlustrat sequentis ep. 11 *uniuerso populo Dei*. Praesens epistula fuit itaque data die 16 vel 17 aprilis a. 557, cum lectio *XV Kal.* codd. a_1 a_3 non sit absolute respuenda.

11

Ad omnem suspicionem circa sedis Romanae orthodoxiam obterendam, Pelagius suam fidei professionem omnibus orbis fidelibus mittit. Decreta quattuor conciliorum doctrinamque in canonibus apostolicis contentam, nec non et quidquid in favorem fidei sui praedecessores, et praecipue S. Leo, constituerunt, omnino tenet; itaque venerabiles episcopos Theodoretum et Ibam tamquam orthodoxos habet.

J-K. 938 16 aprilis a. 557 - in. a. 558

Edd.: GUNDLACH, MGH., Epp. III, p. 82-83; MANSI, IX, c. 719-720; MIGNE, PL. 69, c. 399-400; (6-11) *PITRA, Spic. Solesm., IV, p. XIV-XV.*

PELAGIUS EPISCOPUS UNIUERSO POPULO DEI. Uas 1
electionis, beatissimus Paulus apostolus, cum de Iudaeis in Christo
necdum credentibus loqueretur, zelum eos Dei habere professus

---

Codd.: a_1 *fol. 42-42*^{v}*:* (1-4), a_2 *fol. 51*^{v}*-53*^{v}, a_3 *fol. 89*^{v}*-91:* (1-4; 6-12); ***m*** *fol. 179*^{v}*-180:* (6-11); ***n*** *fol. 37*^{v}*-38:* (6-11), *B fol. 72-72*^{v}*:* (9); C_1 *fol. 7*^{v}*:* (9), C_2 *fol. 7-7*^{v}, C_3 *fol. 5.*

1 gelagius C_2 episcopus] papa *C, om. B* dei] *titul. om. (seq. ep. 7,6-16; cf. ep. 7, l. 27)* ***m n***

Epistulae huic, praeter numeros in margine solito modo adfixos, adnexui paragraphos I (1-4), II (5), III (6-12), qui haec continent: I. Adiuncta quae litteris ansam dederunt; II. Professio fidei (omissa, et *forte* partim deperdita); III. Explicita adhaesio definitionibus quas occidentales in damnatione Trium Capitulorum conculcatas putabant.

F. KALTENBRUNNER, J-K. 938 (t. I, p. 125), primam omnium epistularum esse pontificis nostri censet. Eum ferme secuti sunt L. DUCHESNE, *L'Église...*, p. 227 (ipso die consecrationis scripta), R. DEVREESSE, *o. c.*, p. XLIX (iusiurandum a papa praestitum apud S. Petrum coram Narseta populoque romano), et E. CASPAR, *o. c.*, p. 289. Ego autem hoc loco cum *Coll. Arelatensi* et *Coll. Britannica*, omnibus mature perpensis, ponendam reor, post epp. 7 et 9, ob rationes sequentes. Probavi supra (in prima notula ad ep. 7, p. 20) hanc ep. 11 esse non posse illam cui adludit Pelagius in ep. 9,2. Aliunde esse non potest anterior ep. 7, nam adeo definitus et perfectus est tenor epistulae huius, ut, si haec antea exsisteret, illa ep. 7 inutilis evasisset (cf. not. in § 4.); illi ergo posterior esse videtur. Quod sit item posterior ep. 9 stricte probari nequit, verum eruitur cum probabilitate ex ep. 9 silentio. Enimvero, si inter epp. 7 et 9 pontifex litteras has ederet encyclicas, aliqua saltem adlusio ad illas in ep. 9 res omnino consentanea exspectandaque fuisset, cum ibi de exitu ep. 7 Sapaudum percontetur. Probabilem cen-

est, sed ne ex hoc sine culpa esse crederentur consequenter adiecit: S e d n o n s e c u n d u m s c i e n t i a m , ut eos necessarie per doctrinam a Deo sibi creditam ostenderet emendandos. Quod 2 testimonium nostro etiam tempori conuenire caritas uestra non ambiget; quia, etsi zelum Dei in quorundam mentibus esse depraehendimus, in hoc tamen quod suspicionibus quibusdam sine notitia ueritatis se concusserunt atque concutiunt, et quod se a uisceribus unicae matris ecclesiae nefaria animositate discerpunt, sine scientia eos esse non dubium est. Et possimus quidem totius cau- 3 sae rationem ad sedandos rumores hominum, diuina nobis cooperante misericordia, fiducialiter explicare, nihilque contra fidem patrum contraque quattuor synodorum firmitatem nullatenus esse temptatum, lucidissimis approbationibus demonstrare, magisque id actum, ut memoratarum synodorum firmitas contra omnes inimicos inmobili soliditate consisteret; sed, quia hoc his, qui lacte potius quam solido cibo nutriendi sunt, necessarium esse non duximus, ut, sicut memoratus doctor gentium dicit, inter perfectos loquenda sit sapientia, hoc interim quod etiam paruulis

---

4 credentur a_1 a_2 **5** necessariae a_2 **6** ostenderit a_1 a_3 **7** nostrum a_2 **8** ambigit *(an recte?)* a_1 a_3 **9** -endimus a_1 **10** uisce-] *ex* uiscel- *(1 partim eras.)* a_1 **11** eclesiae a_1 nefaria] *an ex* neferia *(?)* a_2 discerpunt] e *superscr. (ras. post* discer*)* a_1 **12** possemus *Baronius, Sirmondus* totius] *ex* totus a_2 **13** cohope -a_1 **15** ullatenus a_1 a_3 **16** temtatum a_1 adprobationibus *ex* approbat. *postea corr.* a_2 **17** synodarum a_2 **21** paruolis a_2

---

seo rem, quod Pelagius, audiens ubique crescentia adversus se murmura, sicuti ostenditur superiore ep. 10, sciens aliunde per responsum Sapaudi ad ep. 9 exitum adeptum apud regem sua fidei professione ep. 7, decerneret tandem hanc ep. 11 ad totius orbis fideles dirigere, ut omnium sibi voluntates conciliaret. Cf. adnotationes in ep. 10,9, p. 34. Propterea, hanc datam fuisse puto inter 16 aprilis a. 557 (nam posterior est ep. 10) et initio ianuarii a. 559 (ep. enim 19 posterior esse debet compositioni *Coll. Arelatensis*). Cf. W. GUNDLACH, ...*Arles und Vienne* ..., NA., t. XIV, p. 305-312; Idem, *Epp. Arelatenses*, *l. c.*, p. 4. Probabilius tamen teneo, scriptam fuisse eodem anno 557, aut, serius quam maxime, a. 558.

1. **Uas electionis:** Cf. *Act.*, 9,15.

consequenter adiecit: *Rom.*, 10,2.

3. **nihilque contra fidem ... contraque quattuor synodorum firmitatem:** Huius incusabantur qui Conc. Constantinopolitanum V subscripserant sive receperant.

qui lacte potius ... nutriendi sunt: Cf. *1 Cor.*, 3,2.

doctor gentium dicit: Cf. *1 Cor.* 2,6.

abunde sufficiat, ad notitiam omnium deferendum esse perspeximus. Id autem est, ut fidem meam adnexa subter professione 4 definiam, in qua, Deo propitio, et rectam me apostolorum doctrinam ⟨tenere⟩, et patrum inherere uestigiis euidenter appareat, ut per uos, qui zelum Dei etiam cum scientia possidetis, ceteris inno-

---

24 rectae *ex* recta a_3 **25** -nae *ex* -na a_3 tenere *add. vid. nisi legatur cum* a_3 **26** cum scientia] conscientia a_2 possideatis a_2

---

4. **fidem meam adnexa subter professione:** Deducitur inde, hanc epistulam continere fidei professionem, et re quidem vera unam in eadem invenies (§ 6-10), sed integram non esse sequentia suadent. Primo videtur eam mancam esse ob *uero* quod initio ep. 11,6 adest *De sanctis* uero *quattuor conciliis* ...; sed idem suadetur praesertim modo quo epistulam continent codd. *a* de quo vide sis apparatum. Adnotationes scribae cod. a_2 confirmant codd. *Voss. lat. Q. 122 (n)* et *Montpess. H. 308 Scholae Medic. (m)*, unde probabiliter fuit descriptus *n*. Cod. *Montpess.* nos facit certiores, quod continuatio quae in *n* exstat, inde a verbis: *secundum igitur ipsius domini doctrinam*, non pertinet ad originalem redactionem *Fidei Pelagii*, prout nobis enarrat cod. a_2 et continet *m*. Itaque W. GUNDLACH, *Epp. Arelatenses*..., *l. c.*, p. 82, n. 1; L. DUCHESNE, *Vigile et Pélage* ..., *l. c.*, p. 378, n. 1, et E. CASPAR, *o. c.*, p. 289, n. 2 putarunt cod. *n*, deletis additis verbis, primigeniam *Fidem* continere, quare post ep. 11,4 addenda essent ep. 7,6-15. Haec autem opinio, etiamsi legitima sane sit et rationabilis, in ore autem auctorum illorum difficillime mihi videtur posse constare cum eorundem sententia, iuxta quam haec ep. 11 anterior esset ep. 7. Haec enim tunc remaneret prorsus inexplicata et inutilis; his adde, quod verba Pelagii, quibus moram suam in respondendo vult excusare, forent non solum mendacia, verum incomprehensibilia etiam. Ego autem plane possum, post aliarum epistularum praecedentem chronologiam statutam, recipere illorum sententiam, sed aliquid est quod me vetat, ne illam velut omnino certam opinionem amplecter. Sunt videlicet obscura verba cod. a_2, quae in textu inserui: [*et leges et Deum patrem legaris*]. Haec enim verba, post initium ep. 11,6 *Credo igitur in unum Deum* ... *Spiritum Sanctum* addita, non aliud forsitan sint, nisi exitus fragmenti, quod praecedebat ep. 11,6, et, cum in ep. 7,6-15 non reperiantur, me suspicari fecerunt, ne adfuisset hic aliud adhuc deperditum fragmentum inter ep. 7,6-15 et ep. 11,6 interiectum. Quae cum ita sint, quamquam fidem facio adnotationi scribae cof. a_2, cui consentit insuper textus lectus a scribis codd. *m*, *n*, tutius iudicavi proferre textum ut prostat in cod. a_2, non addito fragmento ep. 7,6-15, quod commode ibi invenies, et adiectis in § 5 verbis quae leguntur in cod. a_2, velut initium et exitus hypotheticus fragmenti cuiusdam amissi. Veri simile enim videretur, scribam cod. a_2 fefellisse, invenire idem initium quod habet ep. 7,6-15 initio alius consimilis fidei professionis huius ep. 11. Longe veri similius esse tamen fatendum est, ob textum quem nobis servaverunt codd. *m*, *n*, et adnotationes cod. a_2, re quidem ipsa ante ep. 11,6 adfuisse modo ep. 7,6-15. Illa subobscura verba de quibus supra: [*et leges* ...], ut glossa quaedam, aut adnotatiuncula quae in textum inrepserit, aestimari potius debent.

tescat, quos operante Domini nostri gratia non sine uestra mercede,
ab inrationabili diuisionis suae malo confidimus liberandos. Credo II.5
igitur in unum Deum Patrem et Filium et Spiritum sanctum * *
[et leges et Deum Patrem legaris]. [Id sequitur.] De sanctis III.6
uero quattuor conciliis, id est, Niceno trecentorum decem et
octo, Constantinopolitano centum quinquaginta, Epheseno primo
ducentorum, sed et [de] Calchedonensi sexcentorum triginta, ita
me, protegente diuina misericordia, sensisse et usque ad terminum
uitae meae sentire toto animo et tota uirtute profiteor, ut eas in
sanctae fidei defensione et damnationibus heresum atque hereti-
corum, utpote Sancto firmatas Spiritu, omnimoda deuotione
custodiam; quarum firmitatem, quia uniuersalis ecclesiae firmitas
est, ita me tueri ac defendere profiteor, sicut eas decessores meos
defendisse non dubium est. In quibus illum maxime et sequi 7
et imitari desidero, quem Calchedonensis synodi auctorem noui-
mus extitisse; qui, suo congruens nomini, eius se membrum qui
de tribu Iuda leo extitit, uiuacissima fidei sollicitudine euidenter
ostendit. Similem igitur suprascriptis synodis reuerentiam me
semper exhibiturum esse confido, et, quicumque ab eisdem quat-
tuor conciliis absoluti sunt, me esse ortodoxos habiturum, nec
umquam in uita mea, Deo nos in omnibus protegente, aliquid
de sanctae et uerae praedicationis eorum auctoritate minuere.
Sed et canones, quos sedes apostolica suscipit, sequor et ueneror, 8
et Deo adiuuante defendo, nec me ab hac professione reticere

27 operante] ra *sup. ras.* a_2, hoperante a_1 **28** liberandos] *add.* finit *et cetera omnia om.* a_1, *add. post* $^2/_3$ *partes lin. et aliam vacuam* in isto loco fidem quam domno childeberto destinauit habet scriptam. quam *(*quae *coni. Gundlach)* si quaternis *(*quaternionis *Gundlach)* giras ... *(*huius *suppl. Gundlach)* folios nouem *(pro «sex»)* et secundo... *(*in secunda columna *Gundlach)* in capud incipit. credo... *(cetera ut in textu)* a_2, *lin. vacuam rel.* a_3 **30** legaris] laudabis *Gundlach* et leges... id sequitur] *om. (ut reliq. praecd. a* liberandos) a_3, *postea dimid. et unam lin. vacuam rel.* a_2 **31** nicena a_2 **31-32** decem et octo] a_3, XVIII *m n*: decim et octo a_2 **33** de] *om.* a_2 *m n* calchedonensi] *(cf. epp. 3, l. 37, 54; 10, l. 30, 37)* a_3: calchidonensi *m*, calcaedonensi *n*, calcedonensis a_2 **34** et] *om.* a_3 **35** meae] a_3 *m*, *ex* me *n*: me *(an recte?)* a_2 *(cf. tamen l. 34:* me, *et l. 47:* uita mea) **36** defensione] *ex* defensionem *n* **37** sancto] *om. m* firmitas a_2, confirmatus *m n* **41** desidero] *ex* desideria *(?)* a_2 calcaedonensis *n*, calcidonensis a_2, *(?) m* **44** synhodis *m*, sinodis *a* **48** auctoritate minuere] *ex* auctoritatem inuere a_2, auctoritatem *(*m *vero del.)* inuenire a_3 **49** chanones a_2 suscepit a_2

6. Implicite probat pontifex damnationem Trium Capitulorum repudium Conc. Chalcedonensis non implicare.

7. **eius se membrum qui de tribu Iuda leo extitit:** Cf. *Apoc.*, 5,5.

aut discedere aliquando promitto. Epistulas etiam beatae re- 9
cordationis papae Caelestini, Xysti et prae omnibus beati Leonis,
nec non etiam successorum eius Hilari, Simplici, Felicis, Gelasi,
Anastasi, Symmachi, Hormisdae, Iohannis, Felicis, Bonifacii,
Iohannis alterius et Agapiti pro defensione fidei catholicae et pro
firmitate suprascriptarum quattuor synodorum et contra hereti-
cos, tam ad principes quam ad episcopos uel quoslibet alios, per
Orientem et Illiricum atque Dardaniam aliasque prouincias diuer-
sis temporibus missas inuiolabiliter, adiuuante Christo Deo nostro,
me custodire profiteor, et omnes quos ipsi damnauerunt habere
damnatos, et quos ipsi receperunt, praecipue uenerabiles episcopos
Theodoretum et Ibam, me inter orthodoxos uenerari. Haec est 10
igitur fides mea et spes, quae in me dono misericordiae Dei est;
pro qua maxime paratos nos esse debere, beatus Petrus praecipit,
ad respondendum omni poscenti nos rationem.
Cum hac professione me uiuere opto, cum ipsa ante tribunal
Christi adsistere; per hanc a peccatis meis absolui me credo et
a dextris gloriae diuina misericordia deportandum. Quicumque 11

51 epistulas] *n*: eplas. *cet. (i post* 1 *expunx.) B* etiam] *om. C* **51-52** recordationis] memoriae *C* **52** papae] *om. C* sixti a_3 *B C* **53** etiam] et *C* hilari] *m*, *ex* hilarii a_3: hilarii *B*, hilario a_2, hylari *n*, ylarii *C* [ilarii] C_3 simplicii a_3 *B C* gelasii a_3 *B C* **54** anastasi] a_2 *m*: anaestasi *n*, anastasii a_3 *B*, atanasii C_1 C_3, athanasii C_2 symachi a_3 *(?) n B*, simachi *C* ormisde *B* C_1 bonefacii a_3 *B C*, bone... *m*, bonefati *n* **55** acapiti *B* **56** quattuor] IIII^{or} *B C* ereti- C_3 **57** ad[2]] *in marg.* a_3, *om. m n* C_3 per] ad *C* **58** iliricum a_3, ylliricum C_2 **59** inuolabiter *B* christo deo] a_2 *(cf. epp. 39, l. 5; 60, l. 18; 52, l. 4-5)*: christo dn̄o. a_3 *m n B*, dn̄o. *C* **60-61** quos ipsi... damnatos et] *om. B C* **61** reciperunt *ex* receperunt a_2 2 *(?)* **62** theuduretum *n*, *m (?)*, theodoricum *B C* et] etiam *C* ibam] *om. C* orthodoxos] *m B C*: ortodoxos a_3 *n* C_3, *ex* ortodoxus a_2 **63** dei] die *(cum sign. emend.) n* **66** uiuero a_2 **68** a dextris] a_2 *m n*: ad dexteram a_3 *(cf. ep. 7, l. 89-90; 91-92; quapropter et haec lect. est probab.)* diuinae *m* misericordiae *m n* **68-69** deportandum ... crediderit prae-]

9. **Epistulas:** Omnes pontifices praedecessores Pelagii a Caelestino commemorantur, exclusis tantum Silverio — qui nihil scripsit — et Vigilio, quem tacet—velut damnatorem Trium Capitulorum—sagacissimus papa.

uenerabiles episcopos Theodoretum et Ibam: Est quidem miranda dexteritas papae. Personas Chalcedoniae probatas se suscipere profitetur, earum tamen opera Constantinopoli damnata silet.

10. **Haec est ... rationem.** Prorsus idem quod in ep. 7,16.

beatus Petrus praecipit: Cf. *1 Ptr.*, 3,15.

a dextris: Videtur adlegatio, aut forte reminiscentia quaedam, ad litteram desumpta ex *Mc.*, 6,19. Cf. etiam: *Act.*, 7, 55-56; *Ps.*, 109,1; 1 *Ptr.*, 3,22 *(in dextera)*. Ceterum non raro huius aevi scriptores ablati-

autem aliud senserit, crediderit, praedicauerit, hunc anathematizat sancta et uniuersalis ecclesia Dei. Deus uos incolumes custodiat 12
filii dilectissimi [Amen].

add. in ima pag. n **69** anatimatizat a_2 **70** dei] *add.* secundum igitur ipsius domini doctrinam et apostoli praedicationem ... ac perinde in his gradibus diuinum nihil esse potest *n (cf. Pitra, Spic. Solesm., IV, p. XV)* incolomes a_3 **71** amen] *om.* a_2.

vum casum pro accusativo sumunt; Cf., exempli ergo, notulas ad ep. 3,4 *hic in Italia*; cf. vero et apparatum.

12

Defensorem Dulcitium de mala eius administratione et iniustis postulationibus obiurgat.

J-K. 949 m. ianuario a. 558

Edd.: WOLF V. GLANVELL, Deusdedit Coll. can. III, 131, p. 324; MANSI, IX, c. 737; MIGNE, PL. 69, c. 418.

PELAGIUS DULCITIO DEFENSORI. [Post quaedam]. Praeterea rationes nobis nescio quas, Graecorum more fucatas, de sextae indictionis pensionibus direxisti, suggerens te pro quinquaginta solidis et pro aliis sexaginta a diacono Uarino, et nescio quo alio, casas recollegisse. Et cum tibi cotidie hinc et inde accrescant praedia, tu nobis de pensionibus angustias generas.

Codd.: D_1 fol. 79^v; D_2 fol. 181^v.

1 pelagius] p D_1 post quedam] D_1: inter cetera D_2 **2** praeterea] *om.* D_2 **3** sextae] VI *D* indictionis] indic̄ D_2 **3-4** quinquaginta] L *D* **4** sexaginta] LX *D* **5** quo] o *superscr. (post* u *saepiss.)* D_1 recolligisse D_1

Tit. **Dulcitio:** Cf. ep. 29, p. 84, ubi occurrit quidam Dulcius defensor Apulensis. Alius adhuc defensor in Apulia invenitur in ep. 64,1: Lucius. Forte hos omnes unam putare debemus personam. Facilis enim est transitus a Dulcitio in Dulcium et Lucium. Res tamen sub iudice manet, cum omnes codd. habeant illas diversas lectiones. Facilius idem esset putandus ac presbyter Dulcitius ep. 14, 3, si loca aliaque in duabus epistulis non adeo dissentire viderentur.

1. **sextae indictionis:** Ab anno 312, indictiones Romae quarto decimo quoque anno a capite recurrunt. Tunc temporis sexta indictio coeperat die 1 septembris a. 557, unde finiebat die 31 augusti a. 558. Cum autem pensiones ter in anno saepe reciperentur (cf. notulas in ep. 14,3-4, p. 45), non data esse potuit haec epistula nisi post primam exactionem, quam perfecerat Dulcitius, ianuario a. 558. Cf. SEECK, *Indictio*, in *Pauly-Wissowa*, t. IX, c. 1327-1332.

diacono Uarino: Aliunde, quantum scio, ignotus.

casa: *Casa* generatim idem valet quam quod agricultorum, mancipiorum domus, nam dominorum domus *villae* nominabantur. Cf. H. LECLERCQ, *Domaines ruraux, l. c.*, c. 1295. Hic tamen sive habitationes fundorum sive fundos ipsos potius significant. Cf. *Thesaurus ...*, t. III, p. 510, l. 25-55.

Non tibi sufficit quod te a notariis et aliis diuersis officiis, ne 2
commoda exigeris, uix te liberare potuimus, ut, ad summam acriuiam, quod non uidimus neque accepimus, te implesse testeris.

7-8 ne... exigeris] *om. Mansi* **8** uix te] iuxte D_1, *om. seq. usque ad finem Mansi* **9** accipimus D_1 testeris] steteris D_1

---

2. **a notariis:** Hi scholam constituebant, cuius caput primicerii nomine donabatur. Clerici saepius non erant et muneris sui capiebant possessionem iure iurando coram pontifice praestito. Cf. E. MAYER, *o. c.*, t. II, p. 93-94. Papae a consiliis erant eiusque cancellariam componebant. Cf. E. CASPAR, *o. c.*, p. 334-335; H. LECLERCQ, *Notaire*, DACL., t. XII, 2, c. 1623-1640 (praesertim c. 1630-1640); W. MOREL, *Notarius*, in *Pauly-Wissowa*, Suppl. VII, c. 586. Quod adtinet ad viros, nominatim cognitos, qui hoc munus sub Pelagio pontifice obierunt, cf. L. SANTIFALLER, *Saggio di un Elenco dei funzionari, impiegati e scrittori della Cancellaria Pontificia...*, in *Bullett. dell'Ist. Stor. Ital...*, t. 56, I, Roma, 1940, p. 13, quorum duo nominantur in epp. 51,1; 65,3; 67,3, p. 132; 172; 176.

acriuiam: Sive *acribia*, pro ἀκρίβεια, id est, accuratio, diligentia, accurata diligentia; in loco, ironice dictum. Cf. DU CANGE, *Glossarium...*, t. I, p. 61; A. BLAISE, *o. c.*, p. 45ª.

13

Defensorem Vitum patrimonii administrationi invigilare iubet, nam a septima indictione mercedes ab eo exigere debebit. Ut mos est, Vitus renuntiationem mittet, in archivio papali reponendam.

J-K. 950 ex. m. augusto - m. septembri a. 558

Edd.: WOLF V. GLANVELL, Deusdedit Coll. can. III, 132, p. 324; MANSI, IX, c. 737; MIGNE, PL. 69, c. 418.

PELAGIUS UITO DEFENSORI. [Inter cetera]. Ideoque praesenti tibi iussione mandamus, ut curam ipsius patrimonii peragere non omittas, sciens quod nos a te iam et reliquam sextam indictionem et omnes singularum deinceps indictionum a septima exigemus pensiones, ut secundum morem et emittas in scrinio cautionem, et breuem eiusdem patrimonii possis accipere.

Codd.: D_1 fol. 79ᵛ; D_2 fol. 181ᵛ.

1 pelagius] p D_1 cetera] alia D_2 ideoque] *om.* D_2 **3** relinquam D_1 sextam] VI D **4** septima] VIIª D **5** exigemus] *ex* exegemus D_1: exigimus D_2.

Tit. **Uito:** Hac una epistula nobis notus.

patrimonii: Id est, praedia Ecclesiae. Verbum hac significatione usitatum primo apparet in synodo Romana a. 502 (Th. MOMMSEN, *Acta synhodorum...*, *l. c.*, p. 448) Nomen desumptum fuit a terris sub dicione imperatoris, quae ita vocabantur. Earum administratio primo episcopis commissa, serius defensoribus tradita est; S. Gregorius Magnus eam tandem perfecte definivit et in ordinem redegit. Cf. P. FABRE, *o. c.*; L. M. HARTMANN, *Geschichte...*, t. II, p. 137 ss.; E. CASPAR, *o. c.*, p. 326-339; 776; R. AIGRAIN, *o. c.*, *l. c.*, p. 543-553; O. BERTOLINI, *Patrimonio di S. Pietro*, in *Enc. Cattol.*, t. IX, c. 957-960; Tempore autem Pelagii non raro episcopi adhuc Ecclesiae patrimonii curam gerebant. Cf. ep. 15,1, p. 47.

reliquam sextam indictionem: Epistula scripta videtur post sextam indictionem, aut circa finem eiusdem et initium septimae, ideoque mensibus augusti-septembris a. 558.

emittas in scrinio: Momentum habet ad dinoscendum ordinem et modum administrationis bonorum Ecclesiae. Cf. P. FABRE, *o. c.*, p. 38.

14

Praenestinensi episcopo nuntiat, in curia Romana acceptas iam esse mercedes quas ipse persolvit ex administratione patrimonii Hildibadae, a die 1 septembris a. 552 ad diem usque 31 augusti a. 558.

J-K 951; KEHR III, p. 48, 1
in. m. septembri - m. octobri a. 558

Edd.: (1) *EWALD, NA., V, Coll. Brit. Pelag. ep. 1, p. 533;* (2-5) *WOLF V. GLANVELL, Deusdedit Coll. can., III, 124, p. 322; MANSI, IX, c. 736; MIGNE, PL. 69, c. 417.*

PELAGIUS MAURO EPISCOPO PRAENESTINO. Fra- 1
ternitatem tuam testificatione notariorum, per primam, secundam,
tertiam, quartam, quintam et sextam indictiones, patrimonium
sanctae Romanae ecclesiae, cui Deo auctore praesidemus, quod fuit
de iure quondam Hildiuade, didicimus tenuisse. De quo patri- 2

Codd.: B fol. 21-21ᵛ: (1-2)*: D_1 fol. 79:* (2: didicimus de patrimonio-5)*; D_2 fol. 180ᵛ.*

1 pelagius] *om. B* praenestino episcopo *B, add.* inter cetera *(§ 1 om.) D* **4** aecclesiae *(saepissime) B* **5** hildiuade] *scripsi cum D, quae hic nomen om.*: hisdeualde *B* **5-6** didicimus... ante] *B*: didicimus de patrimonio hildiuade ante *D*

Hac epistula incipit series epistularum *Coll. Britannicae.* P. EWALD, *o. c., l. c.,* p. 505-509 bene probavit, hanc esse primam epistularum Pelagii, quae in collectione continentur. Reliquae sequuntur ordine temporis quo aliae post alias fuerunt datae. Hunc autem ordinem interdum interrumpi perturbarique (p. XXXIII-XXXV) ostendi. Cum ep. 14 sit posterior diei 1 septembris a. 558 (cf. infra) sequitur, omnes epistulas huius collectionis scriptas probabiliter fuisse post illum diem.

1. **per primam ... et sextam indictionem:** Id est, a die 1 septembris a. 552 ad 31 augusti a. 558. Propterea, epistula haec scripta fuit initio septimae indictionis: septembri aut octobri mense a. 558. Sequentium epistularum usque ad. ep. 18 chronologia statuitur ope huius et 18 epp. Omnes datae fuerunt post diem 1 septembris a. 558 et ante mensem ianuarium a 559, quo circiter tempore data fuit ep. 18. Cf. notulas ibidem positas, p. 53.

Hildiuade: Recta orthographia huius gothici nominis est Hildibade. Cf. E. FOERSTEMANN, *Altdeutsches Namenbuch,* t. I, *Personennamen,* Bonn, 1900², p. 822. Forsan sit hic gothus rex Hildibad, regis Totilae patruus. Cf. L. M. HARTMANN, *Geschichte ...,* t. II, p. 293; E. STEIN, *Histoire...,* p. 368; 560; 566-567; 568 (n. p. 567).

monio ante quidem, de prima, [et] secunda et tertia indictionibus,
Ampliato quondam praesbytero et Stephano diacono uices pontificis
in urbe Roma agentibus, quod exegisti fide media persoluisse. De 3
quarta uero indictione, secundum ordinationem filii nostri, uiri
*glo*riosi Narsae ⟨praepositi⟩ sacri palatii, filiis nostris Dulcitio, Felici

---

6 ante] annis *Mansi* et] *om. B (cf. supra l. 2-3)* secunda et tertia] II et III D_1 **7** applicato *B* **8** roma] r D_1 exegisti] D_1: exigistis *B*, exigisti *(recte fortasse)* D_2 *(cf. tamen epp. 12,* **5**, *9; 13,* **5**; *22, l. 8; 33, l. 8 et 23)* **9** ordinatione D_1 nostri] *ex* uestri D_1 **10** gloriosi] *Stein*: religiosi *D (cf. ep. 52,* **2***)* praepos.] *add. coni. Stein*

---

2. **Ampliato quondam praesbytero:** Vicedominus Vigilii, qui a. 546 Romam missus a papa, nescimus quo pacto, evasit incolumis, ut eruitur ex epistula, a caede quam fecit Totila in emissarios pontificis. Cf. *Lib. Pontif.,* LXI. Vigilius (L. DUCHESNE, *Le Lib. Pontif.,* p. 297; 301, 16-17); L. M. HARTMANN, *Geschichte ...,* t. II, p. 303; E. STEIN, *Histoire ...,* p. 581 (n. 2. p. 580). Ex modo loquendi Pelagii *quondam praesbytero,* deducitur Ampliatum tunc temporis iam decessisse. Quod autem spectat ad munus *vicedomini,* cf. M. ANDRIEU, *o. c.,* t. II, p. 42.

Stephano diacono: R. DEVREESSE, *o. c.,* p. XLII, n. 2 putavit eum forte fuisse apocrisiarium Stephanum, qui Constantinopoli fuerat aa. 545-546, sed iste iam mortuus erat aa. 547-548, quando Facundus Hermianensis scribebat suum opus *Pro defensione Trium Capitulorum.* Cf. E. CASPAR, *o. c.,* p. 247, n. 5.

persoluisse: Ut etiam *intulisse* paragraphi sequentis, regitur a *didicimus,* quod subauditur.

3-4. **De quarta uero indictione ... de eadem quarta indictione:** Non quidem nullius momenti sunt haec verba; nam nos docent pensiones annuas non uno tempore solutas fuisse, sed binis aut ternis solutionibus, quemadmodum administratio imperialis solebat. Cf. L. M. HARTMANN, *Geschichte...,* t. I., p. 109-110 et n. 19; P. EWALD, MGH., *Epp.,* t. I, p. 64, l. 37-46.

3. **secundum ordinationem:** Vacante sede apostolica, Narses administrationi bonorum Ecclesiae incubuit, ut videtur.

uiri gloriosi: Coniectura E. Stein, qui hic *gloriosi* lectum volebat, congruit dignitati Narsetis, patricii nimirum et exconsulis. Roboratur mendo quod in ep. 52, 1 commisit scriba *Coll. Vindobonensis,* qui scripsit *religiosa* pro *gloriosa ... intentio* in loco ubi similiter ad patricium quendam scripserat pontifex. Cf. adnotationes in ep. 22,2, p. 68, et. P. KOCH, *o. c.,* p. 68-69.

Narsae: Semper 1ᵃᵉ decl. graeco-latinae formae in codd. epistularum occurrunt, loco duarum usitatiorum declinationum: Narses, -etis, Narsis, -is. In textu igitur servavi formam quam codd. constanter ostendunt. Narseti papa duas alias scripsit epistulas, id est, epp. 60 et 90, ubi patricii titulo eum decorat. Ille pontificem efficaciter adiuvit eumque tutatus est. Occubuit a. 574. Quoad Narsetem cf. L. M. HARTMANN, *Un-*

atque Iohanni praesbyteris, quod exactum fuerat intulisse. Su- 4
peruenientibus uero nobis et per Dei gratiam ordinatis, intulisti de
eadem quarta indictione. [Et infra]. Ideoque, supplicante dilec- 5
tione tua, ex omnibus suprascriptis praeteritis, sexta indictione fraternitatem tuam hac securitate credidimus muniendam, ut nulla caritati tuae in posterum a quolibet calum[p]nia moueatur.

---

11 iohannis D_1 **13** eodem *Mansi* IV indictione *(*dictione *sup. ras.) D_1* **14** sexta indictione] VI indictione D_1, VI indictionibus *Mansi, an leg.* de sexta indictione *(?)* **16** quolibet] o *superscr. (ut saepiss.) D_1* calumpnia] a *praecd. expunx. D_1*.

---

tersuchungen ..., p. 108; 138; Idem, *Geschichte* ..., t. I, p. 273-276; 320-334; 340-357; t. II, p. 24-25; W. ENSSLIN, *Narses* 13 in *Pauly-Wissowa*, t. XVI, c. 1759-1760; E. STEIN, *Studien zur Geschichte der byzantinisches Reiches*, Stuttgart, 1919, p. 34, n. 17; Idem, *Histoire* ..., p. 355-360; 522-523; 597-616; 671-672.

⟨praepositi⟩: Nomen, quod aperte deest, ad designandum Narsetis munus supplevi; illud enim *quaestoris*, quod excogitavit P. EWALD, *o. c., l. c.*, p. 533, n. 5, Narseti non convenit. Quae vero ei convenire possunt sunt: *praepositus, expraepositus, exconsul*. Cf. CIL., t. VI, 1, 1199 (p. 250); Th. MOMMSEN, *Nachträge* ..., *l. c.*, p. 184, n. 2; E. STEIN, *Histoire* ..., p. 599, n. 4.

Dulcitio, Felici atque Iohanni praesbyteris: Ceteroqui nobis ignoti. Cf. notulas in titulum ep. 12, p. 41.

4. **Superuenientibus uero nobis:** Merito exinde coniecit P. EWALD, *o. c., l. c.*, p. 506; 533, hanc epistulam non esse Gelasii, qui ad solium Romanum non quarta indictione evectus est.

5. **praeteritis, sexta indictione:** Post *praeteritis* subintellegitur forte *indictionibus*. Sensus videtur: (in) *sexta indictione* de praeteritis tributis (tandem) securitatem tibi damus. Attamen, litterarum contextus quoddam *de* ante *sexta indictione* suspicari plane permittit. Est etenim in § 2: *de prima, secunda et tertia indictionibus*; in § 3: *De quarta uero*; in § 4: *de eadem quarta*; an [*Et infra*]. = *De quinta...*? Et sensus quidem tunc esset: his litteris *(de) sexta indictione* persoluta te securum facimus (nam de ceteris iam eras securus). Nisi forte cum Mansi foret legendum *praeteritis sex indictionibus*, quod tamen codd. non probatur.

15

Ioannes, episcopus Narniae, ad administrationem patrimonii disciplinaeque conservationem imparem sese considerans, Pelagium rogat ut huiusmodi negotia presbytero Constituto commendare velit. Pelagius, petitioni accedit atque a clero Narniensi flagitat, ut et debitam suo episcopo reverentiam praestent et oboedientiam presbytero Constituto praebere non dedignentur.

J-K. 974; KEHR IV, p. 30, 1.
in. m. septembri - ex. m. decembri a. 558

Edd.: FRIEDBERG, Decr. Gratiani, VII, 1, 18, c. 575; MANSI, IX, c. 910; MIGNE, PL. 72, c. 748.

PELAGIUS CLERO NARNIENSI. Quia frater et coepisco- 1
pus noster Iohannes, ecclesiasticae utilitatis studio suadente, et naturae suae simplicitate laudabili consideratione tractata, ob hoc, quod se in gerenda patrimonii gubernan*d*i cura uel in disciplina ecclesiastica conseruanda minime fatetur idoneum, Constituti praesbyteri ad haec explenda sibi poposcit adhiberi personam, ut

---

Codd.: B fol. 21^{v}; E_1 fol. 45^{va-vb}, E_2 fol. 65vb, E_3 fol. 68^{v}-69, E_4 fol. 34^{a-b}.

1 pelagius] *om. B* narniensi] nariuensi *vel* naruiensi E_1 E_2 E_4 **4** gubernandi] *scripsi (cf. infra* **16**: stipentia*)*: gubernanti *B E, unde* gubernantae E_4

Tit. **Narniensi:** Narnia *(Narni)*, in Umbria, est sedes episcopalis, cuius primus nobis notus episcopus, Iuvenalis, s. IV, vixit. Cf. P. KEHR, *o. c.*, t. IV, p. 29-31; F. LANZONI, *o. c.*, p. 402; H. LECLERCQ, *Narni*, DACL., t. XII, 1, c. 878-882; C. PIETRANGELI, *Narni*, in *Enc. Cattol.*, t. VIII, c. 1654-1657.

1. **Iohannes:** Successit Cassio, qui die 30 aut 29 iunii a. 558 decessit. Cf. S. GREGORII MAGNI, *Dial.*, IV, 6; *Hom. in Evang.*, II, 37; CIL., t. X, 2, 4164; H. LECLERCQ, *ibid.*, c. 879-881. Patet itaque concordia, quae inter chronologiam *Coll. Britannicae* nostramque, et eam quae aliis fontibus novimus, intercedit. Iuvenalis II, quem B. GAMS, *o. c.*, p. 707, ponit inter Cassium et Ioannem, numquam fuit. Cf. F. LANZONI, *o. c.*, p. 403-404; H. LECLERCQ, *ibid.*, c. 881.

patrimonii gubernandi: Quod idcirco episcopus, non autem defensor, regebat.

Constituti: Ad quem papa scripsit veri similiter eodem die sequentem ep. 16.

ea quae sunt necessaria competenti disponente sollicitudine, nihil indecens fieri uel inutile permittatur. Ideoque praesenti uobis 2
iussione praecipimus, ut seruata primo in loco memorato episcopo reuerentia, quam nos conuenit inculpabiliter exhibere, in omnibus, quae uel ad diuini cultus obsequium pertinent, uel ecclesiasticae utilitatis peragere cura suaserit, praebeatis oboedientiam competentem, in nullo dispositionibus eius contumaci spiritu resultantes, immo conpetentis uigilantiae uestrae studio, quae pro ecclesiastica utilitate gerenda monuerit, adimplentes, ut, his ita dispositis, et consueta uobis stipendia ministrentur, et, quaecumque in praefato ecclesiae patrimonio uel de rebus ad eam pertinentibus repetendis sunt necessaria, conpleantur.

---

7 competenti E_3 E_4 nichil *(ut moris est s. XI-XIII, quod ceterum numquam notabo) codd.* **8** permitatur *B* **9** seruato *B* **11** uel[1]] *om.* E_1 E_2 E_4 ad] d *superscr.* E_1 cultus obsequium] *E (cf. epp. 16, l. 14-15; 17, l. 21; 42, l. 13)*: cultum obsequii *B* **12** suaserit] *ex* suaseret E_3 conpe- E_4, uel aecclesiasticae ... conpe- *in marg.* E_2 **13** dispotionibus E_2 **14** co(m)petentis E_3 **15** adinplentes E_4 **16** stipentia *B* **18** compleantur E_2 E_3.

16

Quod Ioannes, episcopus Narniensis, ecclesiae regendae impar sit, Pelagius Constituto eiusdem ecclesiae presbytero, rerum administrationem tum temporalium tum spiritualium committit; dummodo tamen, omnia quae ex bonis ecclesiae substracta sunt recuperet, suoque episcopo debitam usque reverentiam praebeat.

J-K. 975; KEHR IV, p. 30, 2.
in. m. septembri - ex. m. decembri a. 558

Ed.: LOEWENFELD, Epp. Pont. Rom. Ined., 23, p. 12-13.

⟨PELAGIUS⟩ CONST*ITUTO* NARNIENSI PRAESBYTERO. Iohannis fratris et coepiscopi nostri oblata petitio, licet Deo 1
placita et sacerdotalibus moribus congrua sit humilitate plenissima, idoneae tamen ueritatis ratione suffulta, nostrae quoque auctoritatis exigit praeberi debere consensum; asserens ut, quia ingenitae 2
mansuetudine simplicitatis ecclesiasticum non ualet patrimonium gubernare, uel diuersis curialium de exactione tributi, uel eccle-

---

Cod.: B. fol. 21v-22.

1 constituto] *scripsi (cf. ep. 15, l. 5)*: constantino *B* **2** peticio *B* **5** praeberi] *ex* praebere *B 2 (?)* debere] *superscr. B 2* **7** aeccle- *(infra: l. 13, 14 et 15* ecclesie, aecclesie, aecclesiastice, *quae saepiss., aliter aliis in loc., occurr. et in cet. codd.; posthac non notabo) B*

Tit. **Constituto:** Ita cum ep. 15,1 pro *Constantino* codicis. Cf. P. EWALD, *o. c., l. c.*, p. 534, n. 3.

1. **Iohannis:** Cf. ep. 15,1 cum notulis, p. 47.

2. **diuersis curialium de exactione tributi... molestiis:** Ecclesiae enim patrimonium, utpote genuinum rusticum praedium, imperio quaedam solvere tenebatur vectigalia. Haec autem taxabantur tum pro reditibus, tum pro eorundem fontibus. Inter hos vero fontes censebantur coloni, servi et armenta, quibus praedia colebantur. Coloni censum solvebant sive fisco ipso, sive domino fundi, qui de eodem censu magistratibus tradendo curabat. Cf. L. M. HARTMANN, *Untersuchungen ...*, p. 78-81. Ex verbis quae explanantur infertur, in Ecclesiae patrimonio colonos censum solvere Ecclesiae procuratori, qui imperii administris tradere eum debebat. Cf. P. FABRE, *o. c.*, p. 20. Quoad munus et officia *curialium*, antiquorum *decurionum*, cf. G. LACOUR-GAYET, *Curialis*, in *Daremberg-Saglio*, t. I, 2, p. 1632-1633; Th. MOMMSEN, *Ostgotische Studien, l. c.*, p. 494-495; KUEBLER, *Decurio*, in *Pauly-Wissowa*, t. IV, c. 2343-2351. Quod vero refert ad *exactores* et *ex-*

siasticarum rerum detentator*um* non possit occupari molestiis, ad totius huiusmodi sollicitudinis curam experientiae tuae uigilantia debeat adhiberi, cuius etiam fidem sibi industriamque testificatur esse compertam, in qua re etiam filiorum ecclesiae dicit uota concurrere. Et ideo praesenti tibi auctoritate mandamus, ut tam 3
in gubernando ecclesiae patrimonio, quam in custodiendis imperandisque clero ecclesiae Narniensis omnibus⟨que⟩, quae uel diuini cultus oboedientia uel ecclesiasticae utilitatis ratio postulat, necessariam sollicitudinem, competenti modestia exhibere implereque non differas. Sed et si quae res ecclesiasticae quorundam perua- 4
sione uel prauo aliter studio detinentur, in earum repeti*ti*one seu uindicatione, quantum iusti*ti*a legesque permit⟨t⟩unt, inuigilare non desinas, recuperaturus praefatae ecclesiae iuri, quae ratio suaserit aequitatis, praedicto dumtaxat episcopo tuo, tam paternarum quam nostrae auctoritatis reuerentia cogitata, impensurus in omnibus oboedientiam competentem.

---

8 rerum] *superscr. B 2* detentatorum] *coni. auctor*: detentatoribus *B* possit] *ex* posset *corr. vid. B 2* **10** fidem] *corr. (?) B 2 (?)* **14** narniensis] s *ultima partim in marg. superscr. B* omnibusque] *Loewenfeld* **15** postulat] necessariam utilitis ratio postulat *seq. delet. in B* **17** perua-] *ex* persua- *B* **18** repeticione *B* **19** iusticia *B* **20** desinas] *partim sup. ras. B* iuri] *superscr. B 2* **21** suaserit] *ex* suarit *(*se *superscr.) B* duntaxat *Loewenfeld* **21-22** paternarum] paternae *sive* paterna *leg. vid.* **22** impensurus] *corr.*, rus *superscr. B.*

---

actionem tributi, cf. P. LOUIS-LUCAS, *Exactio, exactor*, in *Daremberg-Saglio*, t. II, 1, p. 868-873; SEECK, *Exactor*, in *Pauly-Wissowa*, t. VI, c. 1541-1547.

ecclesiasticarum rerum detentatorum: Probandum reor, ut iam auctori visum fuit, hic esse legendum *detentatorum* pro *detentatoribus*, eodem modo quo prius textus habet *curialium*. Constructio enim et sensus planiores redduntur:

4. **recuperaturus praefatae ecclesiae iuri:** Nam bona Ecclesiae inalienabilia sunt. Cf. IUSTINIANI, *Nov.*, 7,1.

17

Ioannem, episcopum Nolae, increpat, quod inconsiderate ab eo petierat facultatem vendendi sacra utensilia paroeciae Suessulanae. Si ob nimian paupertatem nullo pacto haec paroecia subsistere possit, ecclesiae Nolae eam adiungere debebit, eiusque cultui inservire. Item necesse erit agrorum culturae operam dare, ut saltem satisfacere fisco valeat.

J-K. 976; KEHR VIII, p. 299, 10 [cf. n.° 9].

in. m. septembri - ex. m. decembri a. 558

Ed.: LOEWENFELD, Epp. Pont. Rom. Ined., 24, p. 13-14.

⟨PELAGIUS⟩ IOHANNI NOLANO EPISCOPO. Dilectionis 1
tuae suggestione comperta, per quam reprehendenda ualde fiducia ob necessitatem ecclesiae Sessulanae, quae Nolanae ecclesiae esse uidetur parroechia, uendendi sibi sacra mi⟨ni⟩steria concedi a

---

Cod.: B fol. 22-22ᵛ.

2 fidutia *B* **3** sessulanae] *Loewenfeld (cf. l. 18)*: sensulane *B* **4** ministeria *Loewenfeld*

Tit. **Iohanni episcopo Nolano:** Quamquam has litteras noverat, Ioannem nostrum in albo Nolanorum pontificum inadvertenter omisit F. LANZONI, *o. c.*, p. 239, ideoque etiam H. LECLERCQ, *Nole*, DACL., t. XII, 2, c. 1426. Ioannes igitur ponendus est inter 12. Leonem et 13. Aurelianum; sedit itaque Nolae, in Campania, in sede Paulini, ab a. c. 537 ad a. c. 560. Quod adtinet ad sedem Nolanam, cf. F. LANZONI, *o. c.*, p. 228-239; P. KEHR, *o. c.*, t. VIII, p. 297-300; H. LECLERCQ, *ibid.*, c. 1422-1465. Cf. etiam D. MALLARDO, *Nola*, in *Enc. Cattol.*, t. VIII, c. 1912-1915, qui Ioannem nostrum in catalogum Nolanorum antistitum (c. 1913) ut decebat, reposuit.

1. **ecclesiae Sessulanae:** Pro *Suessulanae*, ni fallor; Suessulae, iuxta hodiernum *Cancello*, paroecialis ecclesia (cf. etiam § 4), inter Nolam et Capuam, ad dioecesim Nolanam pertinens. Cf. F. LANZONI, *o. c.*, p. 252,4; Ae. FORCELLINI, ... I. PERIN, *Lexicon...*, t. VI, *Onomasticon*, p. 653; Th. MOMMSEN, CIL., t. X, 1, p. 363; PHILIPP, *Suessula*, in *Pauly-Wissowa*, t. IV^{A}, c. 590; P. MINGAZZINI, *Suessula*, in *Enc. Ital.*, t. XXXII, c. 957.

sacra ministeria: Sunt vasa aut supellex sacra, ut videri potest in § 3: *de qualibet re minima sacris usibus dedicata*, et in epp. 51,1.3: *sacra uasa uel ministeria;* 82, 1.3: *ecclesiastica uasa.* Cf. praeterea DU CANGE, *Glossarium ...*, t. IV, p. 419-420; *Thesaurus ...*, t. VIII, p. 1014, l. 12-45; A. BLAISE, *o. c.*, p. 532^{a}, **5.**

nobis execrabili licentia postulasti, mirati sumus quod, dum praecedentibus caritatem uestram frequenter duxerimus apicibus commonendam, ne aliquando incongrua et nostra exosa moribus uel scribere uel pos[s]cere qualibet necessitate cogente praesumeres, non solum de praeteritis dilectionem tuam minime correxisse conspicimus, uerum etiam ad speranda paulo amplius deteriora procedere. Quis namque tam opinionis nostrae quam tuae quoque 2
aestimationis inimicus apertissimus tibi credidit suadendum, ut nostris praeceptionibus uendendorum mi⟨ni⟩steriorum tibi facultas libera cederetur? Propter quod tibi praesenti auctoritate manda- 3
mus, ut nulla⟨tenus⟩ hoc de qualibet re minima sacris dudum usibus dedicata facere seu loqui praesumas ulterius, sciens uel honoris uel substantiae te periculum sequuturum, si quicquam tale fuerit adtemptatum. Sed si tanta est ecclesiae Sessulanae 4
penuria, ut parrochia esse non possit, eam potius titulum Nolanae ecclesiae constitue, ut, tali depositione habita, nec de sacris quicquam ministeriis distrahatur, et conpetentia ibidem diuini cultus per deputatos cardinales ecclesiae praesbyteros ministeria celebrentur. 5
Et si quid est in cespite, per ecclesiae Nolanae homines, ut diligentius saltem fiscum soluere ualeat, excolatur.

---

6 karitatem *B* **10** conspicimus] ueram etiam *seq. delet. in B* **11** tam] *ex* tamte *(*te *expunx.) B* **18** est] *superscr. B 2* **20** tali *superscr. B* **21** ministeris] *ex* misteriis *(*ni *superscr.) B 2* **22** ministeria] *leg. potius* mysteria *(cf. epp. 57, l. 12 et 43, l. 15-16).*

---

3. **nullatenus:** Saepe, hoc modo adhibita, occurrit vox in scriptis Pelagii: epp. 11,3; 19,6; (34,5); 49,2; 55; 59,3; 64,6; dum *nulla*, vi et sensus vocis *nequaquam*, ut notat S. LOEWENFELD, *o. c.*, p. 13, n. *i*, nusquam reperii.

4. **cardinales praesbyteros:** Presbyteri videlicet qui titulari ecclesiae, tamquam cardini cuidam, iungebantur: *eam ... titulum Nolanae ecclesiae constitue.* Cf. ep. 86,3 quaeque ad locum notavi, p. 210; DU CANGE, *Glossarium ...*, t. II, p. 164; *Thesaurus ...*, t. III, p. 442, l. 24-46.

5. **saltem fiscum:** Cf. adnotationes in ep. 16,2, p. 49; H. LECLERCQ, *Domaines ruraux, l. c.*, c. 1326.

18

Eucarpo, episcopo Messanensi, electionem episcopi Catinensis committit.

J-K. 977 in. m. septembri-ex. m. decembri a. 558

Edd.: (1-2; 4) *BALUZE, Miscel. III, p. 3;* (2-4) *THANER, Anselmi Luc. Coll. can. VI, 38, p. 286;* (1-4) *MANSI, IX, c. 907-909; MIGNE, PL. 72, c. 747.*

PELAGIUS [PAPA] EUCARPO EPISCOPO MESSANENSI.
Caritatem illam qua dilectionem tuam semper amauimus, omnia 1
superare secundum apostolum credimus, et nullum sanctitati tuae

---

Codd.: B fol. 22^v*:* (4: dilectio tua)*; O [Thaner, p. 286-287]:* (2: catinensis... -4)*;* O_{16} *fol.* 57^{a-b}*;* P_1 *fol. 310:* (1-2; 4), P_2 *fol. 27*, P_3 *fol.* 18vb*; Q fol. 67:* (1-2; 4); S_1 *fol.* 36^v*;* (2: catinensis...-4), S_2 *fol.* 45^v*-46.*

1 pelagius] *O* P_1 *Q* S_1, *transp. post* messan. P_2, (p)elagius *(*p *parv. scrips. pro init. litt.)* P_3: gelagius O_5, gelasius O_{16} S_2, *om. B* papa] *om. B P (cum rel. tituli et add. rubr.) Q* messanensi] O_{16}: mesanensi *S*, mesalensi P_1 P_2, messinensi *B*, messianensi *O*, mesianensi O_5, mesialensi P_3 **2** caritatem illam] c *parv. pro init. litt.* P_3: karitatem illam P_1, caritate illa *Q*, karitate illa P_2

Praesens epistula est quidem posterior initio mensis septembris a. 558. Cf. adnotationes ad epp. 14 et 15,1, p. 44 et 47. Attamen fieri nequit, ut fuerit data post initium m. ianuarii a. 559, cum unum saltem mensem ante ep. 23 scribi debuerit. Hoc iam innuit vox *iam dudum* ep. 23,1 (aliter P. EWALD, *o. c., l. c.*, p. 563; E. STEIN, *Histoire ...*, p. 678-679, n. 3). Idem confirmat tempus quod inter utramque epistulam transisse oportuerit, ut hae litterae Messanam ire, Eucarpus Catinam petere, episcopus eligi, Leo praetor Romam adire potuissent. Cf. ep. 23,4-5. Iam vero ep. 23 initio m. februarii a. 559 certo scriptam fuisse scimus, unde hanc ep. 18, exeunte a. 558 sive paulo ante conscriptam fuisse credendum est. Serius quam maxime in. m. ianuario a. 559 dari potuit.

Tit. **Eucarpo:** De eodem loquitur praefata ep. 23. Iam antea Pelagius eum visitatorem Catinam (sive Catanam, hodiernam *Catania*) miserat. Graves enim inordinationes illas Siciliae vexabant ecclesias. Cf. epp. 25 et 32, p. 80 et 90. Non liquet utrum fuerit necne idem Eucarpus ecclesiae Meresapae *(sic)* aut Messanensis, qui synodis Romanis a. 501-502 adfuit (MANSI, t. VIII, c. 252 C; 315 D; Th. MOMMSEN, *Acta synhodorum ..., l. c.*, p. 434,34; 452,21). Difficilius quidem videtur eundem per 57 integros annos in episcopatu vixisse, quocirca nonagesimum circiter annum ageret; at prorsus impossibile non est. Notus est quidam Ioannes Tarraconensis epi-

laborem pro ecclesiastico statu honerosum existere. Scit fraterni-
tas tua, quia pro peccatis nostris omnes quae sua sunt quaerunt,
non quae Iesu Christi. Haec ideo praelibauimus, quia tibi rursus 2
Catinensis ecclesiae uisitationem iniungimus, cuius episcopum de
hac luce transisse suscepta cleri relatione didicimus. Impossibile 3
enim est, ut nos in prouincia illa, dumtaxat in Syracusanis partibus,
alio cuilibet causas quae ad Deum pertinent committamus, nisi
forte talem per te Deus nunc in Catinensi ecclesia eligere uoluerit
de cuius conscientia possimus esse securi, ut a te labores istos
paululum remouere possimus. Mox ergo dilectio tua ad supra- 4
dictam Catinensem ecclesiam pergat, et hominem de clero, qui
nec uxorem habeat nec filios nec crimen aliquod canonibus ini-
micum, eligi cum auxilio Dei compellat atque suadeat, et statim
eum ad urbem Romam cum decreto et testificatione relationis
tuae transmitte.

---

4 onerosum P_3 **5** pro] *om.* P_3 sunt] *om.* P_2, *Baluze* **7** uisitationem] *add.* tibi *(nam § 1 om.)* *O* O_{16} *S* **8** transire *Q* didiscimus P_3 **9** siracusanis O_{16} S_2 **10** alio] *O* O_{16}: alii *S* cuilibet] O_1 O_2 O_9 O_{16} *S*: cuiuslibet *O* **13** ergo] igitur O_5 dilectio *Q* **14** catinensem] carthaginensem *B* ecclesiam pergat] *O P Q S*: pergat ecclesiam *(sed* eccles. *add. postea vid.)* *B 2* **16** -micum] -tium O_4.

---

scopus ab a. 469 ad a. 519; similiter Lupus Trecensis in episcopatu 52 annos vixit. Verba § 3 forte affirmationi favent. Nihilo autem minus res, ut patet, incerta manet omnino.

Messanensi: Messana (hodie *Messina*) in Sicilia. Cf. F. LANZONI, *o. c.*, p. 614-616; M. SCADUTO, *Messina*, in *Enc. Cattol.*, t. VIII, c. 864-870.

3. **in Syracusanis partibus:** Vacabat enim etiam sedes Syracusana. Cf. ep. 33,2-5, p. 92-93.

4. **hominem de clero:** Helpidius diaconus fuit electus. Cf. ep. 23,4-5, p. 71.

nec uxorem: Cf. ep. 33,2, et notulas in locum scriptas, p. 92.

19

Queritur amare, quod Sapaudus itemque Galliae episcopi a sede Romana prorsus aberraverint hoc adlegans, modum scilicet se gerendi Pelagii in quaestione Trium Capitulorum. Suam causam strenue defendit, dissidentes monet et abusus acriter reprehendit.

J-K. 978 m. decembri a. 558 - 2 februarii a. 559

Edd.: (1-21; 24-25; 26-28) *EWALD, NA., V, Coll. Brit. Pelag. ep. 6, p. 535-539; GUNDLACH, MGH., Epp. III, p. 442-445;* (22-26; 29) *THEINER, Disq. crit., p. 202.*

PELAGIUS [PAPA] SAPAUDO EPISCOPO ARELATENSI.
Quomodo ergo me post generale concilium culpare praesumunt 1
de illa adhuc epistula, quam non definiendo aliquid, sed nesciens
quid sequendum esset consultando conscripsi, et ⟨in⟩ illo adhuc
officio constitutus, in quo etiam d*e*f[f]ini*t*iones meas tantorum subdi
sententiae decuit sine dubita*t*ione pontificum? Sed nimis apparet 2
quia nescientes rei meritum uagis et rumugerulis hominibus cre-

---

Codd.: *B fol.* 22^v*-24:* (1-21; 24-28); *I fol.* 51^v*-52:* (22-26; 29).

1 pelagius papa] *om. B* sapando *B*, sabaudo *I*, subaudo *Theiner* arelatensi] *B*: aureliano *I* **3** epistula] i *post* l *expunx. B* **4** in] *Ewald* **5** definitiones] *scripsi (cf. supra l. 2; epp. 3, l. 17; 7, l. 22-23; 11, l. 24)*: diffiniciones *B* **6** dubitacione *B* **7** quia] quam *ex* quia *B 2 (?)*

Quod adtinet ad dies quibus datae fuerint epistulae ab hac usque ad ep. 23, cf. notulas ad ipsam, p. 71-72. Cf. E. STEIN, *Histoire* ..., p. 679 (n. 3, p. 678).

1. **generale concilium:** Videlicet, Constantinopolitanum V, quod iam in propriam defensionem palam adlegat papa, forte eo quod iam in Gallia receptum fuerat.

illa adhuc epistula: Cf. ep. 80 et adnotationes in ep. 3,4, p. 8. Epistula de qua hic papa loquitur illam esse puto quam a. 546 Roma ad Ferrandum diaconum Carthaginensem Pelagius misit, cuius responsum ad nos usque pervenit (MIGNE, PL. 67, c. 922-928). Verba *quam non definiendo aliquid ... sed consultando conscripsi*, apte re vera illi congruunt consultationi. Ita etiam E. CASPAR, *o. c.*, p. 301.

illo adhuc officio: Erat enim tunc temporis modo diaconus. Postea in § 5 dicit *minoris officii homo;* in § 10 *adhuc illo tempore diaconum.*

2. **rumugerulis:** Sive potius *rumigerulis*. Cf. DU CANGE, *Glossarium...*, t. VII, p. 236; A. BLAISE, *o. c.*, p. 727[b]. Est forte mendum scribis imputandum.

dant. Nesciunt enim quanta et qualia, post hanc quam mihi
inpingisti epistulam, certamina incautus atque ignarus exercui,
quanto restiti tempore et non iam quasi consulens sed uelut fixa
aput me sententia, haec quae salubriter decernebantur fieri pro-
hibeba*m*, ita ut graues ob hoc tribulationes ac molestias sustine-
rem. Nec tamen *id*ci*r*co contra ueritatem pertinaciter contumax 3
esse debui, quia aliter me aliquando sentire rerum ignorantia con-
pulis⟨s⟩et. An*te*cedit nobis beati Cipriani sententia, in qua aposto- 4
lorum principem ad exemplum uocans eumque a Paulo correptum
fuisse commemorans, statim ita subiecit dicens: Documentum
scilicet nobis concordiae et patientiae tribuens ut non pertinaciter nostra amemus,
sed quae aliquando a fratribus et collegis
nostris utiliter subgeruntur, si sint uera
et legitima, ipsa potius nostra dicantur.
Quid ergo fieri potest, ut minoris officii homo pontificibus 5
cessisse culper, cum beatissimus Ciprianus etiam fratres atque
collegas ad correptionem suam, ut unusquisque debeat admit-
tere contendat et hoc illo fieri exemplo doceat, quo aposto-
lorum princeps minimo, sicut ipse de se ait, apostolorum re-
darguenti se cesserit? Qualitas ac ueritas rei in unoquoque est 6

11 decernebantur] *ex* decenębantur *(*r *superscr.) B 2* **12** -hibebam] *Caspar:* -hibebant *B* ob] *superscr. B 2* **13** idcirco] *(saepius recte codd.)*: iccidco *B* **14** me] *superscr. B 2* sentire] *ex* sentere *corr. vid. B* con-] *scripsi*, cō-*B (cf. infra l. 92)*: com- *Ewald, Gundlach* **15** antecedit] *Ewald*: anexcedit *ex* ancedit *(recte fortassis) B* **25** admit-] d *superscr. B* **28** se cesserit] *scripsi*, secesserit *B*: cesserit *Bishop*

quanta et qualia post hanc... tribulationes et molestias sustinui: Non iam contra Nestorianos fidem Chalcedonensem defendens, ut antea fecerat et adseruerat in ep. 3,1-9, ad statuendam rectam suam catholicam orthodoxiam, sed falso oppugnans Trium Capitulorum damnationem, quae primo sibi visa est derogare eidem Chalcedonensi fidei. In utrisque ergo ob catholicam et Chalcedonensem fidem passus est, sed primo recte, postea deceptus.

4. **Antecedit:** Correctio cod. *B: an excedit* pro *an cedit* sensu destituta non erit, si ponamus in fine paragraphi adfuisse signum interrogationis. Sensus esset: *an secedit* (distat) *a nobis* (a nostra) *beati Cypriani sententia?*

beati Cipriani sententia: *Ep.* 71 *(ad Quintum)*, 3 (G. Hartel, CSEL., t. III, 2, p. 773).

5. **apostolorum princeps minimo ... apostolorum:** Cf. *1 Cor.*, 15,9; *Gal.*, 2,11-14.

se cesserit: Rarus usus reflexivi pro activo modo, quem nihilo minus retinendum esse censui, cum ita cursus servetur, aliter destruatur. Quod refert reflexivam verbi constructionem apud labentis latinitatis scriptores, cf. A. H. Salonius, *o. c.*, p. 265-276.

quaerenda negotio, non certamina dissidentium; humana enim
infirmitas, quae careri in totum in hac mortali uita, dum corruptibile corpus hoc adgrauat animam, nulla-
tenus potest, et errare terrena inhabi⟨ta⟩tione ac sensu multa
cogitante inpedita solet, ab eodem errore diuina gratia illuminante
corrig*itur*. Ut enim paulisper de me taceam, quid, rogo, de totius 7
Orientis, totius Illirici, to*t*ius denique Af[f]ricae pontificibus sen-
tiunt? Nonne in hac causa, ignorationis caecitate faciente, contra
ueritatis lucem plurimi restiterunt, et donec quod uerum erat ueri-
tatis luce splendente cognoscerent, mori se etiam pro hac causa
⟨in⟩ inscientiae suae tenebris uoluerunt. Quos tamen omnes mi- 8
sericors Deus ecclesiae suae consulens et agnoscere se uoluit et
sequi; quod uerum est in tantum, ut mutatis postea sententiis
atque habitis in unaquaque prouincia conciliis, quorum ad nos
ex omni Af[f]rica et Illirico gesta directa sunt, fidem ueritatis, sicut
ait Paulus apostolus, quam aliquando expugnarent praedicare
coepissent. Hoc etiam tota fecit Illiricus, in quibus ne unus qui- 9

29 querenda *(saepiss. ita, quod non amplius notabo) B* **30** in] *superscr. B 2* **32** inhabitatione *Bishop* **34** corrigitur] *Bishop*: corrigere *B* **35** tocius *B* **37** restiterunt] *ex* restituunt *B* **39** in] *Bishop* **40** suae] consue *seq. delet. in B* **42** prouincia] prouintia *B (*prouii *rescrips. aut corr. vid.) B 2* **44** quam] *recte B*: quod *cod. emend. in* quam *Bishop falso notav. Gundlach* praedicare] ca *superscr. B* **45** in quibus] *id est:* cuius episcopi *Ewald, forte autem leg.* in qua *(cf. tamen epp. 24, l. 62 et 47, l. 5-6)*

6. **corruptibile corpus... sensu multa cogitante:** Adlegatio memoriter facta, aut libera valde *Sap.*, 9,15, iuxta quandem *Veterem Latinam* versionem. Cf. A. Augustini, *De civitate Dei*, XII, 16; XIII, 16; XIV, 3; XIX, 4; 17; 27 (E. Hoffmann, CSEL., t. XL, 1, p. 591, l. 15; 634, l. 16; t. XL, 2, p. 5, l. 2.18; 375, l. 1; 403, l. 1; 422, l. 7); *Contra secundam Iuliani responsionem opus imperfectum*, VI (Migne, PL. 45, c. 1572); Hieronymi, *Comment. in Ep. ad Ephesios*, II, 4, v. 2 (Migne, PL. 26, c. 525).

7. **contra ueritatis lucem plurimi restiterunt:** Quod bene comprobat nota historia oppositionis exortae adversus damnationem Trium Capitulorum. Cf. E. Caspar, *o. c.*, p. 258-265; 243-249. E. Stein, *Histoire ...*, p. 643-646; 669-671; 676-682.

8. **mutatis postea sententiis:** Quod ad Orientem adtinet. Cf. E. Caspar, *o. c.*, p. 281; E. Stein, *Histoire ...*, p. 658-664; 676-678.

ex omni Africa et Illirico: Cf. Victoris Tunnennensis, *Chronica*, ad aa. 554-559 (Th. Mommsen, MGH, *AA.*, t. XI, p. 203-204).

ait Paulus apostolus: Cf. *Gal.*, 1,23.

dem, qui dilucidatae ueritati resistat, poterit inueniri. An me 10
solum et adhuc illo tempore diaconum contra ueritatem, tantis ad
ipsam reuertentibus, reniti uoluerunt? Et quod maius est, eo
iam tempore quo ne ipsius quidem ignorantiae, qua ist*i* adhuc
praemuntur, manifestata mihi ueritate, excusationem inuenire po-
tueram? Culpent me correxisse, qui uolunt. Unum illud esse 11
non ambigo: quia a quibuscumque fuero correxisse culpatus,
eosdem et patrum regulas et ecclesiasticam consuetudinem et
canonicas scripturas ignorare certissimum est; in quibus omnibus,
uno ore, et corrigere iubentur errantes, et nisi correxerint puniun-
tur. Adiungamus etiam adhuc supra memoratae beati Cypriani 12
sententiae sanctissimi Augustini iudicium, qui ad Uincentium
Uictorem scribens eumque, ut se corrigat ammonens, ita in fine
primi libri ait: Sed si pro eis nulla contentione
pugnaueris, immo uero eas fidelibus uer-
bis et litteris expugnaueris, laudabilior
eris censor in te ipsum, quam si quemlibet
alium recta ratione repraehenderis, et mi-
rabil⟨i⟩or eorum emendator quam si nun-
quam illa sensisses. Ecce cuius, ecce qualem senten- 13
tiam reprehendit, qui me correxisse repraehendit. Cum ego quae 14
me corrigere⟨m⟩ agnouisse confitear, malo ego meus censor secun-
dum beati Augustini esse sententiam, quam cuiusquam uictor in
falsis, quia, sicut uerissime superius dictum est, causae meritum
ab inquirentibus ueritatem non dissidentium debeant considerari
certamina. Fecit hoc etiam beatissimus Augustinus, et sicut 15
hic, qui magnus in reg⟨n⟩o Dei uocari uoluit, quod praedicabat ore,
docebat exemplo. An ignotum est uel obscurum, quod uir ille 16

49 isti] *Ewald*: ista *B* **50** manifestata] *ex* manifesta *B 2* michi *(pro more codd. temporis) B* **53** eosdem] dem *superscr. B 2* **55** uno] et *seq. expunct. in B* **58** se] cog *seq. expunct. in B* **59** si] *add.* tu *August.* contentione] *ex* cogntentione *B 2 (?)* **64** -rabilior] *Bishop* **66** qui me corr. repraehendit] *in marg. B 2* **67** corrigerem] *Ewald* **68** esse] *superscr. B 2* **72** regno] *Bishop*

12. **ad Uincentium Uictorem scribens:** Cf. A. Augustini, *De anima et eius origine libri quattuor*, III, 15,23 (C. F. Urba-I. Zycha, CSEL., t. LX, p. 378); *in fine primi libri*, ait papa, nam liber hic, qui ad Vincentium Victorem directus fuit, etsi tertius operis, est primus duorum (III, IV) quos ad eundem Vincentium scripsit Augustinus.

15. **magnus in regno Dei uocari uoluit:** Cf. A. Augustini, *Enarrat. in Ps. LXII*, 16: *tunc semper in illo (Deo) magni esse poterimus, si semper in illo parvuli simus* (Migne, PL. 36, c. 758); *Mt.*, 18,1-4; *Mc.*, 10,43.

e[u]uangelicus, non uno aliquo intellectu uel in uno se opere, sed
in omnibus prope libris suis, gratia se diuina illuminante, correxit?
Legant, qui uolunt, in primo Retractationis eius, quid dicat; 17
ait enim: Neque enim quisque, nisi inpudens,
ideo quia mea errata repraehendo, me re-
praehendere audebit. Sed, si dicit non ea
debuisse a me dici, quae postea mihi etiam
displicerent, uerum dicit et mecum facit:
eorum quippe reprehensor est, quorum et
ipse ego sum repraehensor. Neque enim re-
praehend*i* deberem, si dicere debuissem.
Sed ut uolet quisque accipiat hoc, quod fa-
cio; me tamen apostolicam illam sententiam
etiam in hac re oportuit intueri, ubi ait: «Si
nos ipsos iudicaremus, a Domino non iudi-
caremur». En ista sunt, quae de se beatissimum Augustinum 18
dum censorio, ut ipse ait, stilo dicta sua repraehenderet,
loqui non piguit. Ista sunt quae ego, etsi non simili uirtute,
maiori tamen timore conpulsus imitari contendi. Nemo ergo 19
nos, ut in eodem proemio praefatus doctor ait: Imitetur
errantes, sed in melius proficientes, nec illa
nostra repraehensibilia scripta, sed generalis sententiam synodi a
toto susceptam orbe, sibi sequendam esse praeponant. Iterum 20
enim atque iterum admonenda est fraternitas uestra, ut uniuer-
salis ecclesiae concursum, non uagorum hominum sua scelera fu-
gientium, debeat rumores attendere. Iniquum enim est, cum in 21
tota Af[f]rica, tota etiam Illirico, ut de milibus orientalium
episcoporum taceam, sexcent[en]i episcopi sint, qui uno ore uno-

77 inprudens *August.* **82** quippe] *B*: quippi *scrips. B falso notav. Gundlach* **84** -prehendi *Ewald*, -praehendere *B* **90** dicta sua] *superscr. B 2* repraehenderet] reprehendit *Ewald, Gundlach* **93** doctor] *ex* dortor *B* **95** nostra] *ex* nostraque *(que expunx.) B 2 (?)* synodi] *(cf. infra l. 122; passim)*: sinodi *B* **99** -gientium] *ex* -gentium *B*

17. **in primo Retractationis eius:** Cf. A. Augustini, *Retractationum* Prologum (P. Knoell, CSEL. t. XXXVI, p. 7-8).

apostolicam illam sententiam: Cf. *1 Cor.*, 11,31.

18. **ut ipse ait:** *Ibidem.*, p. 7.

19. **praefatus doctor ait:** *Ibid.*, p. 10.

21. **de milibus orientalium episcoporum ... sexcenti:** Numeri rhetorice, ut patet, amplificantur. Cf. L. Duchesne, *L'Église* ..., p. 236, n. 2. *Sex-*

que spiritu catholicam in hac causa sequantur ecclesia, tribus
forte uel quatuor ex eisdem prouinciis fugientibus, qui ecclesias-
tici occasione scandali poenas criminum suorum effugere moliun-
tur, uestra religio conturbetur; et postpositis apostolicis sedibus,
postposita totius orbis multitudine episcoporum, illis aurem
Galliarum praebeant sacerdotes, quibus et sui exempli correptio
displicet, et, ne ipsa quae co⟨m⟩miserunt scelera puniantur, aufu-
giunt. Admirati sumus, quod illius sacerdotes regionis, totius 22
sanctissimae retro consuetudinis obliti, et custoditam semper cum
apostolica sede unitatem, rumoribus coeperint atque fallaciis assen-
tire, nec recordari uoluerint quanta semper inter se pace unito
spiritu, Galliarum episcopi atque apostolicae sedis permanserint
successores. Sed nec illud attendentes omnimodis quanti semper 23
periculi fuerit a beati Petri quenquam sede fuisse diuisum. Admo- 24
nemus autem fraternitatem uestram, et per uos, uniuersam illic
Deo propi*t*iante prouinciam, ut se catholicae restituant unitati,
ut apostolicae sedi donato sibi uniuerso orbe contraire non audeant.
Quamuis enim ad uos in ipsis statim ordinationis nostrae princi- 25
piis, petente uiro glorioso filio nostro Childeberto rege, fidem
meam propria manu subscriptam direxerim, in qua me nihil contra
quatuor uenerabiles synodos uel fecisse uel facienti consensisse

104 poenas] penas *ex* penes *vel* penus *B* **106** episcoporum] *ex* eperlorum *B 2* **108** et] *add.* qui *Ewald* **116-117** uniuers. illic deo propic. prouint. *B*, illic deo propic. uniuers. prouinc. *I* **120** petente... rege] *om. I* **121** subscriptam] scriptam *B* nichil me *I* **122** synodus *I* fecesse *B*

centeni legendum reor *sexcenti;* facile enim est, ut scriba, post scriptam syllabam *cen*, *en* inadvertenter iteraret post *t*.

tribus forte uel quatuor: Eorum novimus Facundum Hermianensem, Victorem Tunnennensem, Theodorum Cabarsusitanum, Frontinum (Frontinianum) Salonensem, Reparatum Carthaginensem et *Musicus, Brumasius, Donatus, Chysonius episcopi de Africa.* Cf. Victoris Tunnennensis, *Chronica*, *ibid.*, p. 202-205. His adhuc sunt addendi illi Italici episcopi, qui plus minusve in schismate, aut Pelagio infensi manserunt, quos in litteris pontificis invenies saepe reprehensos. Cf. epp. 10; 24; 35; 37; 38; 41; 50; 52; 53; 59; 60; 65; 66; 69-71; 74; 79.

25. **in ipsis statim ordinationis nostrae principiis:** Aut ep. 3, quae *forte* per Sapaudum ad Childebertum missa fuit, signatur, eo quod in illa, non autem in ep. 11, illa Pelagii verba *fidem meam propria manu subscriptam* adimplentur, aut ad quandam fidei professionem amissam, privatim una cum ep. 3 ad Sapaudum missam, fit adlusio. Certe autem haec verba spectare non possunt ad ep. 11, quae, praeter supra dicta, non adeo *statim ... principiis* quam ut ep. 3 scripta dici posset.

signaui; paratus tamen sum, secundum apostoli sententiam,
omni poscenti me reddere rationem, et scandalo-
rum causas auferre, si auditam ueritatem sequi qui consuluerit
non detrectet. Quis autem nobis ex uobis de eo quod illic fieri 26
conperimus redditurus est rationem, uel in quibus canonibus in-
uenitur, ut uno eodemque die laicus homo et clericus et acolithus
et subdiaconus et diaconus et praesbyter et episcopus fiat, et subito
quasi in theatrali spectaculo, mutato habitu missas faciat, qui
ante unam horam non dicam domui suae laicus sed uxori etiam
suae forsitan coniunctus extiterat? Qui⟨s⟩ etiam illius non exces- 27
sus, sed sceleris dicam, redditurus est rationem, quod aput uos
idolum ex similagine, uae iniquitatibus nostris!, patienter fieri
audiuimus, et ex ipso idolo fideli populo quasi unicuique pro
merito, aures, oculos, manus ac diuersa singulis me*m*bra distribui?
Non inmerito uobis corrigentes in melius displicent, apud quos 28
ista licite commit⟨t⟩untur. Hortor autem atque admoneo, ut, si 29
qua sunt talia, emendare studeatis.

123 sum tamen *I*, tamen *om. Theiner* **124** rationem reddere *I* **125-126** si auditam... non detrectet] *I*: *om.*, *add.* item, *B* [detractet] *Theiner* **126** nobis ex uobis] *auctor*: nobis *om. B*, ex uobis *om. I* eo quod] *I*: ea que *B* **128** eodemque] eodem *I* accolitus *I* **129** ...episcopus] *commentic. lacun. ab* illic fieri *usque huc signat Gundlach in B* **130** teathrali *B* ... faciat] *ab* et subito *usque huc om. Theiner, non I* **131-132** ante unam ... coniunctus] *aliam fict. lacun. hic signat Gundlach in B* **132** extiterit *B* quis] *Ewald* **133** uos] *ex* nos *B 2 (?)* **134** iniquitatibus] *ex* iniquitatis *B 2* **136** membra] menbra *B* **138** moneo *Theiner.*

apostoli sententia: Cf. *1 Ptr.*, 3,15; epp. 7,16; 10,7; 11,10, p. 25; 34; 39.

26. **in quibus canonibus:** Cf. J-K. 314, Innocentii I, *Ep. ad Felicem Nucerinum* (Migne, PL. 20, c. 605) cum iis quae notavit O. Vighetti, *I Sacramenti della penitenza e dell'ordine nella dottrina giuridica di S. Innocenzo I* (406-417), in *Miscell. francescana*, t. LI, 1951, p. 39-61; t. LII, 1952, p. 92-111. Tamen, primus qui expresse vetuit, ne uno die omnes sacrarum ordinum gradus quem transire liceret, esse videtur Pelagius noster. — Momentum praeterea habet hic § 26, quod designare videtur clericatum fuisse adnumeratum s. vi, veluti quendam gradum proprium, inter ordines minores. Idem fortassis posset inferri ex epp. 54,1 et 82,1, p. 143 et 201. Cf. quod erudite scripsit M. Andrieu, *o. c.*, t. III, p. 546; 259-264.

20

Eutychio, Constantinopolitano patriarchae, reliquias quas demandaverat, mittit.

J-K. 979 m. decembri a. 558 - 2 februarii a. 559

Ed.: THEINER, Disq. crit., p. 203.
Ined.: (3: siue etiam...uelis habeas).

PELAGIUS [PAPA] EUTICIO EPISCOPO CONSTANTINO-
POLITANO. Uir illustris Theoctistus uerbo dixit, fraternitatem 1
tuam aliqua sanctuaria a nobis beati Petri apostoli magnopere po-
stulare; prout possibile fuit desiderio tuo nos satisfecisse signamus.
Direximus siquidem tibi per praedictum illustrem uirum, lima- 2
turam de catenis beati Petri, ut a te, iam ubi uolueris inclusae,
debita ueneratione seruentur. Sed et tunicam unam in interiori 3
parte sepulchri beati Petri apostoli posuimus, et per continuum
triduum ibi eam fecimus permanere et ad te pariter direximus, ut
siue eam pro reliquiis uel pro benedictione habere uolueris ha-
beas, siue etiam sacrae actionis tempore, utpote † tanti loci uene-
ranti[a] † sacratam indui uelis, habeas nihilominus potestatem,
habiturus pariter et memoriam nominis nostri ad intercedendum
semper pro nobis ad Dominum.

Codd.: B fol. 24ᵛ: (2-3... potestatem); *I fol. 56.*

1 pelagius] gelasius *transp. post* episcopo *(et quidem rectior fortasse foret locus in fine tituli) B* papa] *om. B* euticio] *B I*: citticio *Theiner* constantinopolitano] *om. B*

5 tibi] *om. B* **6** petri] p *(ita et infra in l. 8) B* inclusae] *om. B* **7** in] *om. B* **8** sepulchri] *I*: sepulcri *B*, *Theiner* et] *om. I* **9** eam] etiam *(ita et infra in l. 10) Theiner* **10** uel] et *B* **11-12** siue etiam... habeas] *om. I* **11** tanti loci] *an potius leg.* tantum locum *(?)* **12** -ranti] -rantia *ex* -ranti *(a superscr.) B (cf. ep. 43, 2).*

Tit. **Euticio:** Mennae Constantinopolitani patriarchae successit m. augusto a. 552 Eutychius monachus, qui personam episcopi Pontici gerebat. Concilio Constantinopolitano II a. 552 praefuit; a sede sua depositus fuit ex. m. ianuario a. 565, in illam denuo repositus die 2 m. octubris a. 577. Eam rexit usque ad diem 6 aprilis a. 582, quo e vita migravit. Cf. S. GREGORII MAGNI, *Moral.*, XIV, 56 (MIGNE, PL. 75, c. 1077-1079); E. CASPAR, *o. c.*, p. 269; 271; 360-361; 365; E. STEIN, *Histoire ...*, p. 654-656; 664; 668; 680-681 (n. 1); 687.

1. **Uir illustris:** Hoc decorabantur honoris titulo altissimi imperii magistratus. In diversos gradus dividebantur. Tempore Pelagii hi erant: 1) *in actu positi*, sive munere fungentes; 2) *inter agentes*, munere, sicut et sequentes, destituti, sed qui, ad ordinem quod adtinet, primis aequabantur. 3) *magnifici inlustres*, qui titulo *gloriosi* iam non gaudebant; 4) *honorarii:* a) absque ullo munere publico; b) munus inferius exercentes; 5) *vacantes*. Classibus 1 et 2 *gloriosi* praeterea nomen erat, illi enim cum patriciis et consulibus novum efformabant gradum: *senatorum*. Cf. Th. MOMMSEN, *Ostgotische Studien, l. c.*, p. 485-493; 509-511; P. KOCH, *o. c.*, p. 36-45; E. STEIN, *Deux questeurs de Justinien ..., l. c.*, p. 366; 382; Idem, *La disparition du Senat ..., l. c.*, p. 316, n. 1; 317-318, n. 1; Idem, *Histoire...*, p. 429-432; 474; 711-712; 740; 741, n. 2; 742; 796. Theoctistus noster erat igitur tantum *inlustris honorarius* aut *vacans*, cum nec *magnifici inlustris*, neque *gloriosi* titulis decoretur. Quoad titulum *inlustris* conferri etiam possunt C. JULLIAN, *Illustres*, in *Daremberg-Saglio*, t. III, 1, p. 385-389, et M. BRIDGET, *o. c.*, p. 50; 147; 166.

sanctuaria: Id est, sanctorum reliquiae. Cf. DU CANGE, *Glossarium...*, t. VI, p. 57; A. BLAISE, *o. c.*, p. 2-3. Multum epistula interest, sive ad reliquiarum historiam texendam, sive ad historiam sepulcri beati Petri apostoli complendam.

3. **utpote ... ueneranti:** *Uenerantia*, ut correxit scriba, an = *reverentia?* Vocem inveni tantum s. XI S. Abboni abbati applicatam pro titulo *venerationis*. Cf. Dom J. MABILLON, *Acta Sanctorum O. S. B.*, t. VIII, Venetiis (1739-1740) p. 47, n. b.; *Annales...*, t. IV, Luteciae Parisiorum, 1707, p. 171. Quapropter rectius legendum censeo *ueneranti*. Similiter in ep. 43,1 perperam correxit scriba *principali* in *principalia*. An legendum esset *uenerandi*? In ep. 15, enim, scripserat *gubernanti*, *stipentia*, pro *gubernandi*, *stipendia;* ceterum, facilis et nota est confusio *ti* pro *di*. Attamen, nec *uenerandi* legens constructionem et sensum liquent. Sensus autem esse videtur: *utpote tantum locum ueneranti, sacratam (tunicam) (tibi) indui velis;* an forte: *utpote tanti loci uenerandi = utpote ad tantum locum uenerandum ...*? Praefatum itaque vocabulum, aut potius verba *tanti loci* deturpata videntur.

21

Gaudentium, episcopum Volaterrae, admonet, ut, vel civili potestate utens, eos qui haeresim fovent comprimat. Modum significat se gerendi circa haereticos, qui catholicam veritatem denuo amplecti desiderant.

J-K. 980; KEHR III, p. 282, 3.

m. septembri a. 558 - 2 februarii a. 559

Edd.: (1) *THEINER, Disq. crit., p. 201;* (2-5) *MIGNE, [FRONTEAU], PL. 161, Ivon. Carnot. Decr., I, 161, c. 97; FRIEDBERG, Decr. Gratiani, d. cons. IV, 30; 82, c. 1370; 1389*

PELAGIUS [PAPA] GAUDENTIO EPISCOPO UOL‹A›TERRANO. Admonemus ut eos qui nefandis ausibus christiani po- 1
puli filios ad sectandam heresim suam uitiare non desinunt, legitima [seueritate] per publicos eorundem locorum iudices facias

---

Codd.: B fol. 24ᵛ-25; C_1 fol. 90ᵛ: (2-5), *C_2 fol.* 113[a-b], *C_3 fol. 79-79ᵛ; E_1 fol. 45[b]-46[va]:* (4-5), *E_2 fol. 65[vb], E_3 fol. 68-68ᵛ, E_4 fol. 34[a]; F_1 fol. 16[a-b]:* (2-5), *F_2 fol. 14ᵛ-14[va], F_3 fol. 14[vb]; G fol. 24ᵛ, 28ᵛ:* (2: multi ...-5); *H fol. 16,18:* (2: multi...-5); *I fol. 55ᵛ:* (1).

1 pelagius] *F G H I*: pelasius C_2, gelasius *B* papa] *om. B C E* **1-2** uolaterrano] *scripsi (ita in Coll. Brit. epp. Gelasii 45 et 64 [Ewald])*: vvlterrano *ex* vlterrano *I*, wulterano *Theiner, om. B C E F G H* **2** admonemus ut] *om. B (et cet. qui § 1 om.)* **3** suam heresim *I*, suam haeresin *Theiner* **4** seueritate] *om. B*

Tit. **Gaudentio Uolaterrano:** Est probabiliter episcopus ille, cuius in titulo ep. 10 memoria agitur. Cf. ibid., p. 31. Quoad Volaterranam sedem et dioecesim, cf. F. LANZONI, *o. c.*, p. 559-564; P. KEHR, *o. c.*, t. IV, p. 279-287; M. CAVALLINI-E. JOSI, *Volterra*, in *Enc. Cattol.*, t. XII, c. 1620-1622.

1. **ad sectandam heresim suam:** Veri similius reor, hic adludere papam ad haeresim de qua in reliqua epistula loquitur. Forte autem tacite illos etiam tangebat, qui contra damnationem Trium Capitulorum insurrexerant, quos inter ipse Gaudentius alio tempore fuerat probabiliter adnumeratus. Cf. adnotationes in titulum ep. 10, p. 31.

per publicos ... iudices: Non confundendos cum *iudicibus spectabilibus*. (Cf. ENSSLIN, *Spectabiles*, in *Pauly-Wissowa*, t. III[A], c. 1567; E. STEIN, *Histoire ...*, p. 469). Hi communiter erant provinciarum gubernatores, qui *iudices ordinarii*, aut brevius *iudices* vocabantur. Praefectis subdebantur, et ad ordinem *clarissimorum* erant adscripti. Cf. STEINWENTER, *Iudex*, in *Pauly-Wissowa*, t. IX, c. 2471; G. HUMBERT [Ch. LÉCRIVAIN] *Judex, judicium*, in *Daremberg-Saglio*, t. III, 1. p. 641-642; P. WILLEMS, *Le droit publique romain ... jusqu'à Constantin le Grand*, Louvain, 1920⁷, p. 604; 631-633; E. STEIN, *Histoire ...*, p. 468-469; 471. Quoad eorum elec-

in quantum ualueris persecutione percelli, ut eo saltem metu ab huiusmodi scelere conquiescant. De [quibus] hereticis ex quibus 2
per [memoratum] Paulinum, uirum clarissimum, filium tuum, nos consulendos esse duxisti, ut si qui eorum reuerti uolunt ad catholicam fidem, utrum baptizandi sint an tantummodo reconciliandi, haec tuam uolumus obseruantiam custodire, quae circa Sirmiae et Singiduno aliaque uicina loca, ubi istius heresis homines multi sunt, nouimus custodiri: ut (quia in nomine solummodo 3
Christi, una etiam mersione se asserunt baptizari, euangelicum uero praeceptum, ipso Deo Domino et saluatore nostro Iesu Christo tradente, nos admonet in nomine Trinitatis, trina etiam

---

5 persecutioue] per te *(cf. l. 4) I* eo] *ex* eos *(s eras.) B* saltim *(recte fortasse) aliquid super* i *scrips. et partim eras. (an* er *?) B* **6** quibus] *superscr. B 2 (?), om. C F* **7** memoratum] *om. C F*: *add. inmer. ut vid. (cf. epp. 29, l. 7; 50, l. 4 et 42, l. 3-4) B* paulinum] *ex* paulium *F_2* filium tuum uir. clariss. *C F*, tuum filium *(*filium *superscr.)* uir. clariss. *C_1* **8** dixisti *C_1* qui eorum] *B*: quidam ex eis *C F* **10** haec] hanc *C* obseruantiam] fraternitatem *Fronto* quae] quam *codd.* **11** syrinie et singiduno *B*, sirinie et singiduno *C*, siriniae et simgiduno *F* [sirime] *F_3*, sirmiae et simgidunae *Fronto* uicinaque *B* ubi] *om. F* **12** nouimus... ut] *om. G H* quia] qui *G H* **13** una] uana *B* se mersione *C_2 C_3* euangelicum] *ex* euangelium *F_1*, euuangelicum *B*, euangelium *F_2* **14** deo dno. et] *B F (add. postea) F_2*: dno. deo et *G*, deo et dno. *H*, deo et dno. ac *C*, et dno. ac *C_1* **15** ammonet *F G H* ammonemur *C*, amonemus *C_3*

---

tionem Iustiniani tempore, cf. L. M. HARTMANN, *Untersuchungen ...*, p. 41-44. Causas minores solvebat *defensor civitatis*. Cf. Idem, *ibid.*, p. 45-47; A. DESJARDINS, *Defensor civitatis*, in *Daremberg-Saglio*, t. II, 1, p. 47-48; SEECK, *Defensor civitatis*, in *Pauly-Wissowa*, t. IV, c. 2365-2371; H. LECLERCQ, *Defensor civitatis*, DACL., t. IV, 1. c. 406-427; E. STEIN, *Histoire ...*, p. 439; 464; 467-468.

Paulinum uirum clarissimum: Aliunde ignotus. *Viri clarissimi* titulum a tempore Constantini ferebant homines ingenui, qui in tertio nobilitatis gradu numerabantur. Cf. P. KOCH, *o. c.*, p. 13; 19-21; E. STEIN, *Histoire ...*, p. 430, n. 1; 796-797; M. BRIDGET, *o. c.*, p. 141-143; 166, quae notat, hoc honoris vocabulo fuisse pridem *consules in actu positos* saepissime decoratos.

2. **De hereticis:** Qui ariani videntur, nam immersio unica ab Eunomianis et Aetianis recepta erat. Cf. V. ERMONI, *L'Histoire du Baptême depuis l'Edit de Milan (313) jusqu'au Concile in Trullo (692)*, in *Rev. quest. hist.*, t. LXIV, 1898, p. 316-317.

Sirmiae et Singiduno: Oppida Pannoniae et Moesiae, quae vulgo Sirmium et Singidunum vocabantur. *Singiduno*, ut scripsi cum codd., esse videtur forma indeclinabilis a graeco sumpta nomine Σιγγίδυνον. Difficilius autem explicatur terminatio feminina, quam adsumit *Sirmium*.

3. **in nomine Trinitatis, trina etiam mersione:** Hanc significationem communius exponunt Patres. Tamen S. LEO MAGNUS, *Ep.* 16,3 (MIGNE,

mersione sanctum baptisma unicuique tribuere, dicente Domino nostro discipulis suis: *I t e, b a p t i z a t e o m n e s g e n t e s i n n o m i n e P a t r i s, e t F i l i i, e t S p i r i t u s S a n c t i*), si re uera hi de praefatis hereticis, qui in locis dilectioni 4
tuae uicinis commorari dicuntur, solummodo se in nomine Domini baptizatos fuisse forsitan confitentur, sine cuiusdam dubitationis ambiguo eos ad catholicam fidem uenientes, sanctae Trinitatis nomine baptizabis. Sin uero apud dilectionem tuam, eorum qui 5
conuerti uolunt manifesta confessione claruerit, quod in Trinitatis fuerint nomine baptizati, sola reconciliationis inpensae gratia, catholicae sociare fidei maturabis, ut tali dispositione seruata, nihil aliter quam quod euangelica iubet auctoritas temeritatis cuiusdam spiritu uideatur effectum.

---

16 sanctum] *om. H* atribuere C_2, attribuere C_3, *add.* et post pauca *(om. seq. usque ad § 4) C* domino] *add.* iesu christo *H* **17** nostro] *om. H, add.* iesu christo *G* **16-18** dicente duo... sancti] *om. C* **19** hi de] *BF*: hii de *E*, hisdem C_1, ii de E_3, idem *C* praefati heretici C_2 C_3, hereticis [praefatis *om.*] *E* dilectionis *B E* **20** tuae] *superscr.* F_2 commemorari *B* dicuntur commor. C_2 C_3 se] *superscr. H, om.* E_2 in nom. dni. se C_2 C_3 **21** forsitan] *om.* C_2 C_3 cuiusquam *E* **22** ambigue C_2 C_3 nenientes] *add.* in C_3 **23** sin] si quando *G* apud] ad C_2 C_3 **24** uolunt conuerti F_3 in] *om. G H* **24-25** trinit. fuer. nomine] *B* C_1 E_3 *F*: nomine trinit. fuer. *E*, trinit. nom. fuer F_3 *G. H*, christi nom. fuer. C_2 C_3 **25** inpensae gratia] *B* E_4: impen sae gratia *E*, gratia impensa *C F G H* **26** catholicae] *seq. iterat.* reconciliat... catholicae *in* C_2 sociare fidei] *E*: fidei sociare *B* E_4, reconciliare fidei C_1 *F G H*, fidei reconc. C_2, reconc. [fidei *om.*] C_3 dispositione] dispensatione *Fronto, Gratianus* **27** aliter] *om.* C_2 C_3 **28** cuiusquam *E*.

PL. 54, c. 698-699) et S. GREGORIUS MAGNUS, *Reg.*, I, 41 (P. EWALD, MGH., *Epp.*, t. I, p. 57) trinam mersionem concipiunt ut symbolum trium dierum, quibus in sepulcro Dominus mansit. S. Gregorius hispanis episcopis una modo mersione baptisma tribuere, ad adserendam unitatem et consubstantialitatem divinarum Personarum contra Arianos, commendavit. Cf. V. ERMONI, *ibidem*.

dicente Domino: *Mt.*, 28, 19.

4. **solummodo se in nomine Domini baptizatos:** Rectam sententiam papae, sicut et eam de qua in paragrapho sequenti, post aliquas parvi momenti fluctuationes in praxi, prorsus tandem amplexata est universalis Ecclesia. Cf. G. BAREILLE, *Baptême d'après les Pères ...*, DTC., t. II, 1, c. 184-185; J. BELLAMY, *Baptême dans l'Église latine ...*, *ibid.*, c. 271-272; G. BAREILLE, *Baptême des hérétiques*, *ibid.*, c. 219-232.

sine cuiusdam dubitationis ambiguo: Cf. ARNOBIUM, *Adversus nationes*, I, 42: *sine ullius seriae dubitationis ambiguo.* (A. REIFFERSCHEID, CSEL., t. IV, 1875, p. 28). Cf. *Thesaurus...*, t. I, p. 1845.

22

Episcopos Vincentium, Geminum et Constantium hortatur, ut dissidentias inter ecclesias Vulturninam et Pariensem exortas solvant.

J-K. 981; KEHR VIII, p. 237, 1; 295, 1; 472, 1.

m. septembri a. 558 - 2 februarii a. 559

Edd.: LOEWENFELD, Epp. Pont. Rom. Ined., p. 14; (3) *WOLF V. GLANVELL, Deusdedit Coll. can. III, 133, p. 324; MANSI, IX, c. 734; MIGNE, PL. 69, c. 415.*

PELAGIUS UI*N*⟨C⟩ENTIO NEAPOLITANO GEMINO PUTEOLANO ET CONSTANTIO MISENO EPISCOPIS. Du- 1
dum quidem, in negotio quod in Uulturni⟨n⟩am atque Pa-

Codd.: B fol. 25: D_1 fol. 79ᵛ: (3); *D_2 fol. 181ᵛ.*

1 pelagius] p D_1, *om. B* uincentio] uiuentio *D*, putentio *B* gneapolitano D_2, *rel. titul. om. B* **2** miseno] misenati *Mansi* episcopis] *ex* episcopos D_1, gemino... episcopis *om. B, add.* post cetera *(§1-2 om.) D* **3** uulturninam] *(cf. l. 15) Loewenfeld*

Tit. **Uincentio Neapolitano:** *Uiuentio* praeferendum videtur *Uincentii* nomen, quod prostat in *Gesta episcoporum Neapolitanorum, pars I* (G. WAITZ, MGH., *Ss. rer. Langob.*, p. 411-412) et in *Catalogo episcoporum Neapolitanorum (ibid.*, p. 437, XXIII). Quoad urbem, sedem et archidioecesim Neapolitanam, cf. F. LANZONI, *o. c.*, p. 213-228; P. KEHR, *o. c.*, t. VIII, p. 415-418; 430-450; H. LECLERCQ, *Naples*, DACL., t. XII, 1, c. 691-776; D. MALLARDO, *Napoli*, in *Enc. Cattol.*, t. VIII, c. 1631-1641. H. Leclercq has litteras errore tribuit Gelasio I *(ibid.*, c. 697).

Gemino Puteolano et Constantio Miseno: Alia de his episcopis non constant. Quod vero adtinet ad eorum sedes, nunc Pozzuoli et Miseno, in Campania, cf. F. LANZONI, *o. c.*, p. 210-213; P. KEHR, *o. c.*, t. VIII, p. 466-468; 471-473; H. LECLERCQ, *Pouzzoles et Cumes*, DACL., t. XV, 2, c. 1673-1683; G. AULETTA-P. TESTINI, *Pozzuoli*, in *Enc. Cattol.*, t. IX, c. 1874-1877, ubi tamen desideratur album antistitum antiquorum; E. JOSI, *Miseno*, *ibid.*, t. VIII, c. 1081, breve compendium earum, quae scripsit F. LANZONI, *o. c.*, *ibid.*

1. **Uulturninam:** Olim sedes episcopalis, in Campania, in oppido nostris diebus *Castel Volturno* nominato. Cf. Th. MOMMSEN, CIL., t. X, p. 357: F. LANZONI, *o. c.*, p. 205-206; P. KEHR, *o. c.*, *ibid.*, p. 236-237. Quamvis ecclesia fuerit antea, saltem c. aa. 499-502, episcopali dignitate insignita, uti docet subscriptio praesulis Paschalis in synodis Romanis huius temporis (MANSI, t. VIII, c. 234 D; 252 C; 269 A; Th. MOMMSEN, *Acta synho-*

riensem ecclesiam uertebatur, audientiam nos deputasse recolimus, qui ex praeceptionis nostrae pagina residentes uniuersa in quaestionem uenientia cognouerunt, et tantum quae uisa sunt uerbo def[f]inire, non etiam ex scripto prolata sententia curauerunt; quae res recidiua coegit ex eadem causa suscitari litigia, et nullam hactenus rebus definitis oboedientiam commodari permisit. Propter quod, 2
denuo filii nostri gloriosi uiri patricii Dulcitii directis apicibus, ut tandem aliquando diuturnae querelae confusio ualeat amputari, decernendum rursus iudicium legitur postulatum. Et ideo prae- 3
sentium decretorum tenore caritati uestrae mandamus, ut exe-

---

5 questionem *(pro more; alia id genus non noto)* *B* **6** uerbo] *ex* morbo *(?)* *B* diffinire *B* **8** -diua] *ex* -dua *B* **9** difinitis *B* **12** et ideo] *om.* D_2 **12-13** caritati uestrae praesent. decret. tenore *D*

---

dorum ..., *l. c.*, p. 400, 30; 408,35; 435,40; 453,32), epistula nostra innuere potius videtur, tempore Pelagii iam nullum antistitem ibi sedisse. Idem valet de ecclesia Pariensi, si fuit olim re vera sedes episcopi.

Pariensem: *Pari* hanc fuisse ecclesiam male coniecit P. Ewald, *o. c.*, *l. c.*, p. 540. Recte autem ponitur Patriae, ubi antiquum Liternum Linternumve exstitit, in Campania, ad hodiernum *Foce di Patria*, iuxta *Lago di Patria*. Utrum illic olim fuerit necne sedes episcopi (cf. Th. Mommsen, *Acta synhodorum* ..., *l. c.*, p. 436,61) merito dubitatur. Cf. F. Lanzoni, *o. c.*, p. 206. Huic ecclesiae item *Parensis*, *Patriensis* et *Parisiensis* nomina ab aliis data fuerunt. Cf. Th. Mommsen, CIL., t. X, p. 356; Idem, *Bemerkungen z. d. Papstbrief. d. Britisch. Samml.*, NA., t. XV, 1890, p. 188; P. Kehr, *o. c.*, t. VIII, p. 295-296; G. Lugli, *Literno*, in *Enc. Ital.*, t. XXI, p. 276.

2. **gloriosi uiri patricii:** *Patriciis*, in summo honoris gradu constitutis, titulus concedebatur *inlustris*, et, quatenus senatores, *gloriosi*. His titulis honoris *excellentissimi* praeterea addebatur. Cf. Th. Mommsen, *Ostgotische Studien*, *l. c.*, p. 483-484; P. Koch, *o. c.*, p. 38; 66; 95. Zeno imperator lege sancivit, ut ad patricios honores eveherentur *consules* et qui muneribus *magistri militum*, *magistri officiorum*, *praefecti praetorio* aut *urbi* denique functi fuissent. Cf. L. M. Hartmann, *Untersuchungen* ..., p. 28; 35. Imperator autem Iustinianus, ut vacantes in Senatu, quae Belli Gothici causa evenerant, expleret, plures adhuc ad ordinem patricium evexit, nam *inlustribus* omnibus illum concessum est. Cf. E. Stein, *La disparition du Sénat* ..., *l. c.*, p. 316, n. 1; Idem, *Histoire* ..., p. 430-432; 117, n. 2.

Dulcitii: Quem inadvertenter P. Kehr, *o. c.*, *ibid.*, fecit defensorem. Differt autem a Dulcitio ep. 12, defensore, et a presbytero Dulcitio ep. 14,3. Cf. ibid., p. 41 et 45.

directis apicibus: *Apices* pro *litteris* et his similibus *(decreta, rescripta)* saepe occurrit apud serioris latinitatis scriptores. Cf. Du Cange, *Glossarium* ..., t. I, p. 310; 311; *Thesaurus* ..., t. II, p. 227, l. 81-228, l. 10. Cf. epp. 17,1 et 51,1, p. 52 et 132, ubi verbum item invenitur. Cf. etiam F. Messerschmidt, *Apex*, in *Reallex. f. antike u. Christ.*, t. I, c. 492-493.

quente Constantino, sedis nostrae defensore, clerum uel ciues ecclesiae Pariensis et e diuerso ecclesiae Uulturninae uel uici Feniculensis ad uestrum faciatis conuenire iudicium, et cognitis quae deputatis pridem iudicibus inter eos statuta sunt, seruandam formetis ex scripto sententiam et coram partibus proferatis, antedicto sedis nostrae defensore modis omnibus exequente, ut quae statuta fuerint effectui mancipentur.

---

15 ultraninae D_1 **17** sunt] *add.* *B 2 (?)* **16-18** cognitis quae... formetis] *om.* *D* **18** et] *om.* *D* partibus] patribus *B* **20** effectui] *ex* effectum D_1.

---

3. **Constantino ... defensore:** Est probabilius idem defensor patrimonii Campaniae ad quem ep. 54 fuit directa. Cf. p. 143.

deputatis pridem iudicibus: Ecclesiastici viri, nam in sano temporis illius iure, ecclesiae homines et causae apud Ecclesiae iudices ducebantur; hi iudices erant communiter sive episcopi sive defensores. Cf. epp. 81,2-4 et 91,2 et adnotationes illuc adpositas, p. 198 et 217. Cf. praeterea L. M. Hartmann, *Untersuchungen* ..., p. 48-50; E. Stein, *Histoire* ..., p. 400-401.

uici Feniculensis: Prope *Castel Volturno*, in loco nunc temporis *Vico di Pantano* vocato. Cf. Th. Mommsen, *Bemerkungen* ..., NA., t. XV, 1890, p. 188; P. Kehr, *o. c.*, *ibid.*, p. 296.

23

Post episcopi Catinae electionem, quam Eucarpo, Messanae episcopo, commendaverat, Pelagius, clerum Catinensem rogat, ut decretum ab omnibus electoribus signatum mittant una cum epistula visitatoris et diaconi Elpidii, episcopi electi, ut procedi ad consecrationem possit. Elpidio quam diligentissime admonet, ne electorum voluntates inlicita largitione corrumpere conetur.

J-K. 982 — 2 februarii a. 559

Edd.: FRIEDBERG, Decr. Gratiani, VIII, 3, 1, c. 598-599; (1-3; 6) *THANER, Anselmi Luc. Coll. can., VI, 39, p. 287.*

PELAGIUS [PAPA] CLERO CATINENSI[S] [ECCLESIAE].
Talia quidem iam dudum ad fratrem et coepiscopum nostrum
Eucarpum de uisitatione Catinensis ecclesiae scripta direximus, 1
ut in eis iudicium nostrum potuissetis agnoscere. Uerumtamen, 2
quia quosdam ibi non sana intentione sed prauis studiis dissensiones suscitare uestra etiam relatione cognouimus, qui scientes ad episcopatum nec aetate, nec coniunctione, nec uitae meritis posse perduci, ad hoc tantummodo inquietare ecclesiam uolunt, ut sibi, de his quae ex ipsa praesumpta sunt, immunitatem futurus pro-

Codd.: B fol. 25-25ᵛ: (4-6); *C_1 fol. 16-16ᵛ:* (1-3; 6), *C_2 fol. 17ᵛᵇ, C_3 fol. 13, C_4 fol. 12ᵇ-12ᵛᵃ; D_2 fol. 182:* (4-6); *E_1 fol. 45ᵛᵃ:* (4-6), *E_2 fol. 65ᵛᵇ, E_3 fol. 68, E_4 fol. 34ᵃ; H fol. 66ᵇ:* (4-6); *O [Thaner, p. 287]:* (1-3; 6); *O_{16} fol. 57ᵇ-57ᵛᵃ; P_1 fol. 314ᵛ:* (1-3; 6), *P_2 fol. 30-31ᵛ, P_3 fol. 21ᵛᵃ⁻ᵛᵇ; S_1 fol. 37ᵛ:* (1-3; 6), *S_2 fol. 47ᵛ.*

1 pelagius] *C D_2 E H O P S*, (p)elagius *(p parv. pro init. litt.) P_3*, *ex* gelagius *O_3*: gelagius *C_1*, gelasius *O_5 O_{16}*, *om. B*   papa] *om. B C D_2 E H*   clerico *S_2*   catinensi] *BD_2 E H (cf. ep. 15, l. 1)*: catinensis *C O O_{16} P S*, cathinensis *C_1*   ecclesiae] *om. B D_2 E H*   **2** (t)alia *(t parv. pro init. litt.) P_3*   ad] et *C*   fratrum *P_1*   coepiscopo *P_3*   **3** eocapum *C*   uisitationis *P_1* cathinensis *C_1*   **4** eius iudicio *P_1 P_2 S*   uerumptamen *P_3*   **5** cosdam *C_3* sana] insana *P_1*   intentione] ratione *O_9*   dissensio-] *ex* dissentio- *C_4*, dissentio- *P_2* discensio- *P_3*   **6** -nes] *ex* -nem *O_7*   qui] quod *C_2*   **7** nec²] ne *S_2*   **9** praesumpta] *C O O_{16}*: praemissa *P*, promissa *S*   inmunitate *C_2 C_3, C_4 (?)*, in unitatem *P_3*

Tit. **clero Catinensi:** Catinae sive Catanae, hodiernae *Catania*, in Sicilia. Cf. F. LANZONI, *o. c.*, p. 624-629; R. VAN DOREN, *Catane*, DGHE., t. XI, c. 1492-1495; M. SCADUTO, *Catania*, in *Enc. Cathol.*, t. III, c. 1080-1085.

1. **iam dudum ad ... Eucarpum:** Cf. ep. 18 quae, uti scripsi ibidem, vel uno mense ante has litteras scribi debuit. Cf. p. 53.

mittat episcopus, et fiat rapinae securitas episcopatus ambitio.
Hoc etiam uos duximus commonendos, ut decretum in Helpidium 3
diaconum factum et subscriptum ab omnibus quos uestra relatio
designauit, ad nos cum praedicti uisitatoris epistula et cum eodem
diacono maturetis Deo propitiante perducere. [Et post pauca]. 4
Cum hic filius noster, uir magnificus Leo praetor, uenisset, retulit
nobis de singulis quae illic mota sunt, et quomodo uota prope
totius ciuitatis in Elpidio diacono concordarent. Unde, quia nos 5
de memorati uiri testimonio dubitare non possumus omnino,

10 et] ut *C O_1 O_2*   **11** uos] uobis *P_1*   elpidium *C*   **12** diaconem *C_2 O_7 P S*, diachonem *C*   uestra] nostra *O_2*   **14** diachono *C_1 C_3 C_4*   et post pauca] *om. B D_2 E H*   **15** dum *D_2*   praetor] precator *D_2*   **17** elpidio] elpedio *E_4*, helpidio *(recte fortassis; cf. l. 11 et 19) H*

3. **Helpidium diaconum:** Ad illum, iam Catinensem episcopum, fuit missa ep. 72, p. 183. Cf. praeterea epp. 33,1 et 42,1, quibus discimus, eum, tertium post diem quo Romam pervenit, consecratum fuisse, et illi commendasse Pelagium institutionem abbatis in monasterio Catinensi S. Ioannis (p. 89 et 116-117).

4. **uir magnificus Leo praetor:** Cf. epp. 33,4; 72,1, et 78 (p. 193) quae ad eum missa fuit. Quoad munia praetoris Siciliae cf. E. CASPAR, *o. c.*, p. 409-410; E. STEIN, *Histoire ...*, p. 424; 801. Cum sit munus alterius dignitatis ei titulus *spectabilis* congruebat, sed mediante s. VI titulus iste fere fuit substitutus epitheto *magnifici*, sicut nostra epistula comprobatur. Adiectivum nomen *magnifici*, ex quo apparuit ad regnum usque Iustiniani, non fuit officialis titulus, sed tantum honoris comitatisve vocabulum, quod communiter modo viris primi ordinis tribuebatur. Sed substituens *spectabilis* voci, proprius titulus magistratuum alterius dignitatis effectus est post medium s. VI. Cf. P. KOCH, *o. c.*, p. 23; 33; cf. insuper M. BRIDGET, *o. c.*, p. 50; 152; 149-150. Tunc temporis *spectabilis* epithetum fere evanuit et, mutatione omnino peracta, *magnifici* titulus iam amplius non datur — nisi raro prorsus modo — *inlustri* ulli, ita ut, exeunte s. VI, iam nulli *inlustrorum* neque *honorariorum* aut *vacantium* tribuitur. Quoad *spectabiles*, cf. V. CHAPOT, *Spectabiles*, in *Daremberg-Saglio*, t. IV, 2, p. 1421; ENSSLIN, *Spectabilis*, in *Pauly-Wissowa*, t. IIIᴬ, c. 1552-1568; E. STEIN, *Histoire ...*, *passim* (cf. p. 893ᵃ).

uenisset: Ex ep. 25 (ubi episcopus Syracusanus iam consecratus apparet, cuius episcopi consecratio, sicut ostenditur ep. 33, 4-5, a relatione praetoris Leonis dependit: unde inter utrumque epp. 23 et 25 saltem 25 fluxisse dies necesse fuerit) recte coniecit auctor praesentem epistulam non esse posteriorem initio m. februarii a. 559, nam ep. 25 conscribi debuit non post finem eiusdem m. februarii. Quam probe diem quo haec ep. 23 data fuit coniecisset auctor, mirum in modum ostendit adnotatio eiusdem diei, quam inveni in codd. *Coll. Caesaraugustanae.* In eundem sensum quo auctor scripsit E. STEIN, *Chronologie ...*, *l. c.*, p. 132; Idem, *Histoire ...*, p. 679 (n. 3, p. 678).

idcirco, sicut dictum est, Helpidium diaconum ad nos facite properare, nec expectetis ulterius ut ammonitio ad eum nostra debeat destinari. Quem tamen hoc per uestram dilectionem praesenti 6
iussione specialiter ammonemus, ne cui se aliquid uel dare uel daturum esse promittat; sed nec de ecclesiasticis praeteritis causis aliquam securitatem cuiquam facere audeat siue promittere, aut quasi factus episcopus ea quae direpta sunt non repetat, sed apud eos a quibus direpta sunt permanere libere patiatur; sciens quod, si tale aliquid uel fecit uel fecerit, nec a nobis omnino permittitur ipsa ualere promissio, et cum iudicii nostri quod de ipso habuimus damno, pastoralis consecrationis ordinem promereri non poterit. Data IIII Nonas Februarias.

---

19 iccirco *B* E_1 E_3, *om. H* sicut... est] *om. H* helpidium] D_2 E_3 *H*: hespedium *B*, elpidium *E* **20** ut] *ex* aut E_4 ammonitio] *B* (*cf. infra* **22**): amonitio *H*, admonitio D_3 *E* nostra ad eum *B* **22** ammonemus] *B* C_1 C_2 *E O* O_{16} S_2: amonemus C_3 C_4, admonemus D_2 E_2 *P* S_1 aliquid uel dare] *B* D_2 *E*: aliquid dare C_1 *H O* O_{16} *P S*, dare aliquid *C*, dare P_3 **23** esse] *om.* C_2 C_3 C_4 promitat *B* praeteritis] *B* D_2 *E H*: *om. C O* O_{16} *P S* **24** cuiquam] *om. P S* siue promittere] uel promittat C_2 C_3 C_4 aut] *B* C_1 D_2 *E H* O_{16}: ut *C O P S* **25** episcopus] *om.* O_4 ea] *ex* et (?) D_3, *om.* E_2 directa S_2 sed] *ex* se *B* aput *B* P_1 P_2 **26** libere permanere *O* **27** uel[1]] *om.* C_2 E_2 nobis] uobis C_3 C_4 omino *B* permititur *B*, permittetur *PS* **27-28** omnino ualere permitt. ipsa C_3, omn. ual. permitt. illa C_2, ual. omn. permitt. illa C_4, omn. permitt. ual. ipsa *O* O_{16}*P S* **28** de] *seq.* se *expunct. in* E_4 habuimus] habebimus C_3 C_4 **29** damno] E_3 *S*: dampno *cet.*, *add.* ad P_3 pastorale C_1, pastoralem *C*, pastoris O_{16} ordinem] ordinari O_4 promereri] promoueri P_1 P_3, *om.* O_4 poterit] patimur P_3 **30** data... febr.] *C*: *om. cet.*

24

Ad Ioannem patricium queribundus scribit Pelagius quam male se gesserint schismatici praesules in regionibus Venetiae et Istriae. Falsa est omnino eorum incusatio, se adversus synodos egisse; ipse vero eorundem caput arguere potest de perversa eius ordinatione, contra canones et legitimos mores peracta. Ne igitur velit Ioannes communionem habere cum iis qui ab una Ecclesia, Christi sponsa, excesserunt.

J-K. 983; KEHR, VI, 1, p. 30, 15; VII, 1, p. 2, 3; 20, 9.
m. februario a. 559

Edd.: (1-5) *EWALD, NA., V. Coll. Brit. Pelag. ep. 11, p. 541;* (14; 16-18; 12-13; 5-10) *DUEMMLER, MGH., De lite, III, p. 597-598;* (7-11; 14-18) *MANSI, IX, c. 730-731; MIGNE, PL. 69, c. 411;* (9-10; 11; 14-18) *WOLF V. GLANVELL, Deusdedit Coll. can., I, 174; 179, p. 109; 111.*

PELAGIUS [PAPA] IOHANNI PATRICIO CABURTARIO.
[Inter cetera]. Peto utrum aliquando in ipsis generalibus quas 1

Codd.: *B fol. 25*[v]*-26:* (1-5; 7: pudenda...-8), B_1 *fol. 187*[v]*-188:* (9-10; 11: mos... debuisset; 14-18); C_1 *fol. 102-102*[v]*:* (7: pudenda...-10; 14-18), C_2 *fol. 126-126*[va], C_3 *fol. 100*, C_4 *fol. 94*[b]; D_1 *fol. 33:* (9-10; 11: mos... debuisset; 14-18); D_2 *fol. 179-179*[v]; *I fol. 49*[v]*-50*[v]*:* (5-10; 12-13; 14; 16-18); *J fol. 105* (eadem); O_1 *fol. 213*[v]*-214:* (7: pudenda...-11; 17-18), O_2 *fol. 202*[b]*-202*[va], O_3 *fol. 231-231*[v], O_4 *fol. 235*[v]*-236;* P_1 *fol. 427*[v]*-428:* (7: pudenda...-11; 17-18), *fol. 332*[v]*:* (14-16), P_2 *fol. 157*, *fol. 52*, P_3 *fol. 36*[b]*:* (14-16), P_4 *fol. 145:* (7: pudenda...-11; 17-18); *Q fol. 67-67*[v]*:* (7: pudenda...-11; 17-18); *R* [*Perels, p. 81*]: (9-10); S_1 *fol. 54*[v]*:* (7: pudenda...-11; 17-18), S_2 *fol. 94-94*[v].

1 pelagius] *C D I J* $O_1$$O_2$ *P Q* R_2: pellagius O_3 O_4, gelagius R_1 S_1, gelasius S_2, (i)dem (*gelasius; i parv. add.*) P_3, *om. B*, *mutil.* B_1 papa] *om. B C D Q R*, *mutil.* B_1 caburtario] *D I J* P_3: carbutario *P*, butario [car *mutil.*] B_1, *om. cet.* inter cetera] *om. B I J O Q S*

Tit. **Iohanni patricio:** Celebris byzantius dux in Bello Gothico, Vitaliani nepos, ad quem fuit missa ep. 53. Eiusdem fit mentio in epp. 50; 52,4; 59,1-3. Quod a papa in ep. 52,4 frater Valeriani patricii vocetur, metaphorice et spiritualiter — in titulo et dignitate — intellegendum est. Cf. E. STEIN, *Histoire ...*, p. 615, n. 1. Contra quod est opinatus P. EWALD, *o. c., l. c.*, p. 540, n. 5, distingui debet, tum a *Iohanne comite patrimonii* (epp. 38; 62; 75), tum a *Iohanne magistro militum* (epp. 69; 70; 71). Quod ad eius militarem actuositatem adtinet, cf. L. M. HARTMANN, *Geschichte ...*, t. I, p. 268-270; 274-276; 305-311; 316-323; 327-330; E. STEIN, *Histoire ...*, p. 352-361; 572; 574; 576; 578-580; 583-588; 596-598; 604-605.

caburtario: Sive *carbutario*. *Thesaurus ...*, t. III, p. 4, l. 53-54, rem solvendam relinquit. An a *carabo* (*carabutarius?*) derivatum esset

ueneramur synodis uel interfuerit quispiam Uenetiarum, ut ipsi
putant, atque Histryae patria⟨r⟩c⟨h⟩a, uel legatos aliquando
direxerit. Quod si hoc, nec confictis quidem approbationibus, 2
nulla rerum poterit ratione monstrari, discant aliquando non modo
se generalem ecclesiam non esse, sed nec generalis quidem partem
dici posse, nisi, cum fundamento apostolicarum adunata sedium,
a praecis[s]ionis suae ariditate liberata, in Christi me*m*bris coepit
numerari; neque enim posse dicendus est, qui praecipiti credulitate
facili lapsu in praecipi*t*io aurem falsitatibus praestat. Sed contra- 3

---

3 sinodis *B* **4** hystrie *ex* hystie *B 2* patriarca *Ewald* **6** discant] *ex* dicat *B 2* **9** ariditate] *ex* aridite *B* menbris *B* coepit] *an leg.* coeperit ? *(cf. autem ep. 31, l. 8:* si ... tulit, *et ep. 34, l. 5:* quod ... amisit*)*: cepit *(pro more) B* **10-11** neque enim posse *(*pontifex *!Ewald)*... praestat] *quae verba post § 3 scripta in B, huc esse transponenda, patet; alioqui* posse *in* pontifex *cum Ewald transfigurare oporteret* **11** praecipicio *B*

---

verbum? *Carabus* denotat genus quoddam navicularum aut cancrorum. Cf. Du Cange, *Glossarium* ..., t. II, p. 157; *Thesaurus* ..., t. III, p. 427, l. 63-75: hac voce usus est Gregorius Magnus, *Dial.*, IV, 57. Potius autem probanda videtur corruptio *chartularii* in *carbutarium* vel *caburtarium*. Quod adtinet ad munia et titulum *chartularii* cf. Seeck, *Chartularii*, in *Pauly-Wissowa*, t. III, c. 2193; E. Stein, *Untersuch. z. Staatsrecht des Bas-Empire*, in *Zeitschr. der Savigny-Stiftung f. Rechtsgesch., Roman. Abteil.*, t. XLI, 1920, p. 243 ss.; Idem, *Histoire* ..., p. 204-205, n. 2; 425; p. 599-600, n. 4; *Thesaurus* ..., t. III, p. 1002. Quod patricius munus chartularii posset obire s. VI, veri simile est, nam titulus hic Narseti et Smaragdo est datus. Cf. Paulum Diac., *Hist. Langob.*, II, 1; 3; Agnellum Raven., *Lib. Pontif. eccles. Raven.*, 62 (G. Waitz, MGH., *SS. rer. Langob.*, p. 72-73; O. Holder-Egger, *ibid.*, p. 322) et S. Gregorium Magnum, *Reg.*, I, 16[a]; XIII, 36; *Append.* III, 1 (Pelagius II) in ed. P. Ewald-L. M. Hartmann, MGH., *Epp.*, t. I, p. 18; t. II, p. 399; 442. Cf. praeterea quod notavit P. Ewald, MGH., *Epp.*, t. I, p. 4, n. 2 Fatendum tamen est, lectionem melius adtestatam, id est, *caburtario*, difficultates parere hypothesi corruptionis ex *chartulario*. Quidquid autem est, vox significare videtur munus (militare?) patricii, aut quandam eiusdem proprietatem.

1. **patriarcha:** Nam Pelagii tempore quattuor tantum sedes patriarchales exstabant in Oriente: Constantinopolitana, Alexandrina, Hierosolymitana, Antiochena, una autem in Occidente: sedes Romana Petri. Cf. J. P. Kirsch, *Kirchengeschichte*, t. I, Freiburg, 1930, p. 475-480; 738-741. Quoad originem patriarchatus Aquileiensis. Cf. P. Richard, *Aquilée*, DHGE., t. III, c. 1118-1120.

2. **cum fundamento apostolicarum sedium:** Sedes apostolicae sunt, ut fert traditio: Roma, Alexandria et Antiochia. Cf. *Psd. Decret. Gelas. de recip. et non recip. libris*, III, 3 (E. V. Dobschuetz, *o. c.*, *l. c.*, p. 32-33), P. Battiffol, *o. c.*, p. 152-168.

rium nos synodis aliquid gessisse contendunt, uel aliquid suspi-
cantur. Si ergo suspica⟨n⟩tur, nos aliquid in cuiusque synodi 4
praeuaricationem gessisse, id ipsum prius diligenter quaerere
debuerunt; quod si et quaes[s]isse et aput se perhibent constitisse,
probare illis necesse est quod intendunt. [Item]. Quid autem iam 5
de eorum principe loquar, qui et monachum, si tamen aliquando
fuit, inuadendi episcopatum ambitu perdidit, et episcopatum nec
contra morem factus nec scismaticus potuit obtinere? Quid enim in 6
eiusdem ordinatione uel potius destructione, legitimo iure uel consue-
tudine canonica factum esse poterit dici? Nonne hereticorum etiam 7
temporibus principum, cum ipsorum tamen notitia uel iussione, illa-
rum partium est pontifex ordinatus, adhuc in catholici contemptu
principis, magis autem in ipsius catholicae fidei iniuria, quae non
prohibebat ut fieret, sed ned scismaticus fieret, pudenda ut ita
dicam rapina, in diuisione est non consecratus sed execratus epi-
scopus? Si enim ipsum consecrationis nomen rationabili ac uiuaci 8
intellectu discutimus, is qui cum [in] uniuersali consecrari detrectat
ecclesia, consecratus dici [uel esse] nulla poterit ratione. Conse- 9
crare enim est simul sacrare. Sed ab ecclesiae uisceribus diuisus

---

12 sinodis *B* **13** suspicantur] *Ewald* sinodi *B* **16** iam] *post seq.* eorum *J, om. I* **17** loquar] q *ante* l *eras. B* **19** cismaticus *B* obtinere] *add.* item *(nam cet. usque ad l. 25* pudenda *om.) B* **20** eiusdem] eius *I* **26** exsecr. *ex* execr. P_4, exsecratus S_1 **27** ipsius *I J* consecr. nomen ipsum *C* **28** discutimus is] discuti sumus his C_3 C_4, his C_2 qui] *om. J* in] *om. B C I O P Q S* consecrari detrectat] *B I O*: consecr. detrectet C_1 *J*, detrectat consecr. C_2 *S*, detractat consecr. C_3 C_4 P_1, detrectat consecrare *P*, consecr. *om. Q* **29** uel] *om. B C I O P Q S* : *J* P_1 esse] *om. B C (cf. etiam l. 32): habent, et quidem recte fortasse, I J O P Q S (superscr.)* S_1 *(cf. l. 21; cf. etiam l. 6-8 et 59, ubi tamen verbum* esse *antecedit* dici, *cui aliquo modo opponitur)* onse- *(init. litt. deest)* B_1 **30** -crari P_1 enim] *om.* D_3 *I* set D_1 *R*, si P_1 C_3 C_4 diuisus] diffusus C_2 C_3 C_4

---

5. **de eorum principe loquar:** Quem esse reor episcopum Aquileiensem. Cf. ep. 59,3 cum notulis ad locum p. 156. Pelagius eum veluti mentitum episcopum tenet, propterea quod mos canonicus in eius ordinatione non fuit servatus, et insuper a schismatico Mediolanensi episcopo exsecratus potius quam consecratus fuerit.

6. Insistit in argumentis supra notatis, quae longius postea exponet.

7-10. Argumentum primum. Ordinatio schismatici ab alio peracta schismatico, ut inrita et illi noxia est habenda. S. Gelasius I, *Ep. ad episcopos Orientales*, 6, non dissimilia adseruerat ad haereticos quod adtinet (A. Thiel, *o. c.*, p. 290; Migne, PL. 58, c. 947). Eis quae in § 10 dicuntur, similia protulit S. Gregorius Magnus, *Reg.*, IV, 20 (P. Ewald, MGH., *Epp.*, t. I, p. 255).

et ab apostolicis sedibus separatus dissecrat potius iste, non con-
secrat. Iure ergo execratus tantum, non consecratus poterit dici, 10
quem simul secum sacrare in unitate coniunctis membris non
agnoscit ecclesia. Uideamus tamen utrum uel ipsarum consuetu- 11
dinem partium in sua exordinatione seruauerit; nempe hic mos an-
tiquitus fuit, ut, quia pro longinquitate uel difficultate itineris
ab Apostolico onerosum illis fuerat ordinari, ipsi se inuicem Me-
diolanensis et Aquileiensis ordinare episcopi debuissent; ita ta-
men, ut, in ea ciuitate in qua erat ordinandus episcopus, alterius
ciuitatis pontifex occurrere debuisset, ut et ordinandi electio a
praesenti ordinatore, ex consensu uniuersalis cui praeficiendus erat
ecclesiae, melius ac facilius potuisset agnosci, et in sua, qui ad epi-
scopatum prouehendus erat nec tamen ordinatori suo subdendus
fuerat, ordinaretur ecclesia. * * Speramus in illo qui ipsa ueritas 12
est, et qui Petri fidem licet titubari pertulerit, deficere tamen
omnino non pertulit. [Et paulo post]. Ecce agnouisti unam 13
esse ecclesiam, et eam in radice sedis apostolicae constitutam extin-
gui non posse. Noli catholicam semper mentem aliqua scismati- 14
corum communione polluere. Unum Christi corpus, unam constat
esse ecclesiam. Diuisum ab uniuersitate altare, ueritatem [Christi]
corporis non potest consecrare. Toleranda sunt in compage corpo-

31 ab] *om.* B_1 apostolica sede B_1 *D R*, *add.* uel quam *sive* uel quantum P_2 dissecrat potius iste] B_1 *D I J R*: desecrat pocius ipse C_2, desacrat poscius ipse C_3 C_4, dissecrat ipse potius *P Q*, desecrat ipse potius *O* [desacrat] C_1 **32** execratus] B_1 C_2 C_4 *D I O* P_1 P_3 S_2: exsecratus C_1 C_3 P_2 P_4 S_1, execrandus *J Q R*, consecrandus *Q* **33** secum] *om.* *P R S* sacrare secum C_1 sacre unitate *ex* sacrare in unitate O_2 coniuntis P_1, cunctis *I* menbris *I R* **34** tamen] *om.* O_1 O_2 **35** conseruauerit P_1 mox D_1, os *(init. deest)* B_1 **36** -tiquitus] -tiquus B_1 O_2, -tiquis D_1 longinquitate] *add.* huius B_1 uel difficultate] *om.* B_1 *D* **37** apostolico] apostolica sede B_1 D_2 [sede hoc *superscr.*] D_1 honerosum P_1 *Q* illos B_1 *D* fuerat] *seq.* honerosum *delet. in Q* ipsi] si *superscr.* D_1 *2 (?)*, *ex* ipse S_1, ipse B_1 *P* **38** -diolanesis *ex* -diolanisis B_1 aquilensis B_1, aquilegensis D_1 O_3 O_4 *P Q S* episcopi ordinare B_1 *D (ex* episcopis*)* D_1 **40** ciuitati D_1 pontifex] *om.* B_1 debuissent B_1, *add.* item B_1, et infra *(sup. ras.)* D_1 *(cet. usque ad § 14 om.)* B_1 *D* **42** in sua] *corr. (?) ex* inscia *Q* **43** ordinato P_2 **46** agnouistis *J (cf. l. 48; 57; 59, et tamen l. 64!)* **48** semper] super P_3 aliquam D_1 **50** esse] *om.* C_2 C_4 diuisum ab uniuersit. altare] *I J*: diuisum ab unitate altare *D P*, diuisus ab unitate altaris B_1 *C*, *ex* diuisum... altare P_2 ueritate C_1 christi] *om.* *I J* **51** consecrare] congregare (gre *sup. ras)* D_1 tolleranda D_1 P_3 conpage B_1 *I*

11. Argumentum alterum. In ordinatione Aquileiensis episcopi consuetudo canonica legitima fuit violata. Hic aliqua desiderari videntur, ut sensus compleatur.

12. Cf. *Io.*, 14, 6; *Lc.*, 22,31-32.

13. Cf. *Mt.*, 16,18.

ris positorum etiam illa nonnumquam uitia, quae unitati interdum
parcentes resecare non possumus. Quia et euangelicum agrico- 15
lam minus afferentem fructum palmitem, si tamen in uite ma-
neat, purgare posse noster saluator edocuit. Abscissum autem
a uite palmitem nisi igni ad comburendum aptum esse non posse,
eiusdem caelestis magistri ueritate didicimus. Noli ergo eorum 16
qui igni apti sunt non consecrationibus sed execrationibus con-
sentire, nec existimes illos uel esse uel dici ecclesiam posse. Ete- 17
nim cum, sicut diximus, ecclesia una sit, cui in Canticis Canticorum
dicitur: U n a e s t c o l u m b a m e a , nullam esse aliam
constat, nisi quae in apostolica est radice fundata, a quibus ipsam
fidem in universo propagatam orbe non potest dubitari. Quod ut 18
uobis, licet omnino notissimum sit, beati tamen Augustini testi-
monio comprobemus, audite quid in quodam opere suo praecla-
rissimus doctor dicat ecclesiae. Ait enim: Q u o d s i n u l l o

52 illa] *superscr.* D_1 nonnumquam] -quam *sup. ras.* D_1 uitia] *om.* *C* que unitati *in marg.* C_1, quae pro unitate D_1 unitati] imitati B_1 **53** parientes B_1 possumus] *add.* et paulo post *(§ 15 om.)* *I J* euuangelicum B_1 **54** -lam] -la D_2 afferente D_2 uite] unitate *C* **54-56** palmitem... a uite] *om.* *P* **55** purgare] purgari non D_2 saluator noster *C* autem] *om.* C_2 C_3 C_4 **56** nisi] non *P* **57** didiscimus P_3 ergo] *om.* *I J* **58** ignibus *P* exacrationibus B_1 **59** aestimes B_1, estimes *I* **60** cum sicut dix.] *J*, *Gratianus*: sicut cum diximus *O P Q* [dicimus] P_1 *(cum superscr.)* O_4, sicut dix. cum *C D I S* [cui] B_1 *(etiam probab. lect.)* sit una *(cum sign. corr.)* *I* in cant. cantic.] *om.* B_1 *C D* **61** est] es D_2 esse aliam] B_1 *C D I J*: aliam esse *O P Q S* [aliam constat esse] O_3 **62** quae] *superscr.* D_1 in] *om.* *O* quibus ipsam] B_1 *D I J O P Q S*: qua ipsam C_1 C_2, qua ipsa C_3 C_4 **63** propagat. orbe] B_1 *C D O Q*: orbe propagat. *I J P*, orbi propagat. *S* **63-66** quod ut ... dicat ecclesiae] *om.* B_1 *D* **64** notissimum omnino] *C O P Q S* **64-65** comprobemus testimonio *C*, testim. comprobem *Q*, testim. comprobare *I J* [comprobem?] *J (Duemmler)* **65-66** quid in ... ecclesiae] *om.* *I J* **66** ecclesiam C_3 C_4 enim] *add.* beatus augustinus B_1, augustinus *D* quod] *om.* D_2

15. **Saluator noster edocuit:** Cf. *Io.*, 15,2.

caelestis magistri ueritate didicimus: Cf. *Io.*, 15,6.

17. **in Canticis Canticorum:** *Cant.*, 6,8. Totus paragraphus inspiratus videtur in opere S. CYPRIANI, *De catholicae ecclesiae unitate*, 4 (G. HARTEL, CSEL., t. III, 1, p. 212-213).

18. Textus paragraphi satis est incertus, nam permultis fragmentis diversis divisus ad nos usque pervenit.

praeclarissimus doctor dicat ecclesiae: Locus non est inventus hucusque. Cf. tamen *Contra Faustum*, XI, 2 (I. ZYCHA, CSEL., t. XXV, p. 315, l. 21-25), *Contra Cresconium*, III, 18 (M. PETSCHENIG, CSEL., t. LII, p. 427, l. 13-18) ubi ideae consimiles exstant. Huic textui fit adlusio in ep. 10, 3, p. 32-33.

modo potest ecclesia dici†[in] quod scisma [est]†, restat ut, quoniam ecclesia Dei nulla esse non potest, ea sit quam[in] sedis apostolicae per successiones episcoporum in radice constitutam, nullorum hominum malitia, etiam si nota sit et excludi non possit, sed pro temporum ratione toleranda iudicetur, ullo modo ualeat extinguere.

---

67 potest eccles. dici] B_1 C_1 *D J*: potest dici [eccles. *om.*] *I*, potest dici eccles. *O* P_1 *Q*, dici potest eccles. *C* P_2 P_4 *S* **67-68** quod scisma] B_1 C_1 *D I J*: quo scisma *Q*, in qua scisma *C*, in quo scisma est *O P S (etiam probab. lect.)*, in qua scisma est O_3 **68** dei] *om. (recte fortasse) O P Q S* **68-69** nulla esse non potest] *I J O P Q S*: nulla alia esse potest B_1 C_1 *D*, nulla esse alia potest *C* **69** in] *om.* B_1 *C D I J (cf. lin. seq.), expunx. et eras. Q* sedes B_1 D_1 **70** successores *Q* in] *om. O P Q S (cf. lin. sup.)* **71** constitutum C_1, constituta *P S*, *om.* B_1 *D* nonnullorum B_1 *D* **72** si] sit *ex* si *(t superscr.)* B_1 sit] *C I J*: *om. (recte fort.)* B_1 *D O P Q S* et] *om.* O_2, *eras. vid. Q* **73** set *(ut solet)* D_1 tolleranda O_3 O_4 iudicetur toleranda B_1 *C D* **74** nullo *I* P_2 P_4 extinguere] *add.* de quo paulo ante *(seq. § 12-13) I J.*

[in] **quod scisma** [est]: Textus est veri similiter vitiatus. Forte subaudiri aut addere oporteret *illud* sive *id, idem*. Lectio *in qua scisma est*, quae emendatior et sensum acceptabilem praestans prima fronte videtur, corectio lectionis *in quo scisma est* influxu antecedentis vocis *ecclesia* debet putari. Quae ego selegi facile capietur, adiectis quae dixi pronominibus, aut etiam, virtute causali praedita, admisso *est* vel *sit*. An dixerat Augustinus: *non potest ecclesia dici, inquo (inquam), scisma...?* Textus, uno verbo incertus aliquatenus manet, nam, licet prolixior, etiam probabilem se praebet supra adlata lectio *in quo scisma est*, et adhuc magis fortasse *quo scisma*, unde et *quod scisma*, et *in quo scisma est* provenire potuerint.

25

Cresconium commonefacit, ut episcopi Sicilienses presbyteris dioecesis non plus exigant quam duo solida, iuxta iusiurandum episcopi Syracusae. Item prohibet quominus, confirmationis occasione, inmodica convivia fiant.

J-K. 984 m. februario a. 559

Edd.: (1-2) *THANER, Anselmi Luc. Coll. can., VI, 157, p. 342; FRIEDBERG, Decr. Gratiani, X, 3, 10, c. 626.*
Ined.: (2: nulli permissurus...nominis licentiam, ... ; 3)

PELAGIUS [PAPA] CRESCONIO ILLUSTRI. Illud magnitudinem tuam minime uolumus ignorare, quod Syracusanae ci-

---

Codd.: B fol. 26: (1: hoc etiam...-3); C_3 *fol. 25:* (1-2... desinat), C_4 *fol.* 24^a; *O* [*Thaner, p. 342*]: (1-2); O_{16} *fol.* 69^a; P_1 *fol.* 360^v: (1-2); P_2 *fol. 85*, P_3 *fol.* 68^a; S_1 *fol. 47:* (1-2), S_2 *fol.* $82\text{-}82^v$.

1 pelagius] *C O* O_{16} *P S*: gelagius O_5, gelasius *B* O_7, (g)elasius *(g parv. add)* P_3 papa] *om. B* cresconio] *O* O_{16} P_3 *S*, *ex* creconio *B*, *ex* cresonio P_2: cresconico P_1, orescetri *(?)* C_3, orescetur *(?)* C_4 illustri] *om. B* **2** quod] *om.* P_1 P_2 siracusanae *C P* S_2

Chronologia huius epistulae statuitur ex epp. 23 et 33. Cum in nostra epistula epicopus Syracusanus iam consecratus appareat, et haec consecratio non nisi post notitias praetoris Leonis, de quibus in ep. 23 agitur, evenerit, oportet ut ad itinera praetoris Syracusam et episcopi Romam peragenda, 20 saltem dies transissent inter utramque epistulam; quod tempus adhuc longius fuisset, si res per epistulas actae essent. Itaque epistula sub fine m. februarii aut initio martii a. 559 ponenda videtur.

Tit. **Cresconio:** Ad eum etiam ep. 32, p. 88, misit Pelagius. Illa, si huius non est compendium, hac paululum serior esse debet, prout ordo ipse epistularum in *Coll. Britannica* innuit. Cresconius noster, cum *gloriosi* titulus ei non detur, vir *inlustris honorarius* aut *vacans*, munere inferiori fungens censendus est. Cf. notata in ep. 20,1, p. 62.

1. **magnitudinem tuam:** Nondum perfecta erat omnino discrimen inter viros *inlustres* et *magnificos*, qui in altero ordine consebantur. Cf. adnotationes in ep. 23,4, p. 71.

Syracusanae ciuitatis episcopus: Quoad eius nomen cf. notulas ad ep. 33,2, p. 90. Episcopus hic iam electus fuerat tempore conscriptionis ep. 18, confirmatus ante praesentem, anno fere elapso post eius electionem. Cf. ep. 33,3. Igitur, electus fuit initio a. 558.

uitatis episcopus inter alia quae in cautionum suarum pagina spo-
pondit, hoc etiam specialiter sub interpositione poenae legitime
promisisse relegitur, numquam se a quolibet diocesis suae praesby-
tero ultra duos solidos cathedratici nomine petiturum, nec per
quamlibet aliam occasionem quicquam in eius se dispendio esse
gesturum. Quod magnitudo tua non solum de praedicto episcopo, 2
sed de omnium episcoporum Siciliae personis, competenti sollici-
tudine custodire non desinat, nulli permissurus ultra duos solidos
cathedratici nominis licentiam, nec ipsa quoque prandia enormia
fieri, sed secundum mediocritatem uniuscuiusque loci episcopo ad
consignationem uenienti susceptionis parare conuiuium, quia nec
eo praetextu pauperibus incuti damma uolumus aut qualibet
ratione permittimus, ut, his ita diligenti obseruantia custoditis, 3
tandem aliquando grauissimi diuturni temporis excessus salubri
prouidentia corrigantur.

---

3 in cautionum] accusationum *C* **4** sub] *om. C* poenae] *om.* P_3 legitimae *ex* letimae *B 2* **5** religitur O_5, legitur O_3 O_4 numquam] n̄ q̄ *(non que?) C* p(raes)bit(er)o *B* **6** cathedratici] *ex* cazethedratici *B*, catedratici *C*, cathedrali O_{16} petiturum nomine P_2 **7** qualibet *ex* quambet *B 2* quicquam in] qui quam is (?) C_3, qui quamuis *(?)* C_4, quicquam [in *om.*] O_{5-8}, O_{10-15} se] *om.* O_3 O_4 **8** quod] quodsi O_5 solummodo O_{16} **9** sed] *om.* $O_1 O_2$, *superscr. postea* O_8 sollicitudine] *om.* O_5 **10** desinas *B* **10-11** nulli ... licentiam] *B*: *om. cet.* **11** enormia] *B S*: innormia *O* O_{16} *P* **13** uenienti] *ex* uenientis *(*s *eras., aut aliam litt.) B* quia] qui *B* **14** dampna *B O* O_{16} P_3.

---

cautionum suarum pagina: Alia promissa, quae facere debuit in epp. 33, 5-6, et 44,1, p. 122. Huius cautionis tenorem et promissiones principes — licet quibusdam probabiliter additis, ideoque quadamtenus iam evoluta — nobis servavit *Lib. diurni*, form. 74 (Th. E. v. SICKEL, *o. c.*, p. 74-78).

cathedratici nomine: *Cathedraticum* in genere est honor cathedrae episcopi tributus. Hic autem honos, sensu biblico sumitur, pro subsidio sive tributo, quod in signum subiectionis vel reverentiae episcopali cathedrae offertur. Cf. A. THIEL, *o. c.*, p. 495, n. 2. In epp. 32 et 33,6, p. 88 et 92, iterum de *cathedratico*, cuius mensura ad duos solidos similiter coartatur, est sermo. Postea, in Conc. Braccarensi a. 572, can. 2 (MANSI, t. IX, c. 839) et in Conc. Toletano VII, a. 646, can. 4 (MANSI, t. X, c. 768), Pelagii ordinationes iterum renovatae fuerunt. Cf. A. THIEL, *o. c.*, *ibid.*

2. **de omnium episcoporum Siciliae personis:** Cresconius ergo auctoritate in omnes Siciliae praesules pollebat. — Simile quid commendatur Cethego in ep. 33,6, ultra ea quae Cresconio ipso iteratae sunt in ep. 32, p. 88.

26

Leges prohibent quin episcopus bona in pontificatu adquisita abalienet. Pelagius vero bona ecclesiastica prius cordis sinceritate quam divitiis augeri desiderat.

J-K. 985 m. februario a. 559

Ed.: J-K. 985, [I, p. 130].

*P*ELAGIUS HILARIAE ET IOHANNI. Quamuis enim pontificem episcopatus adquisita temporibus alienare legalibus sit prohibitum statutis, nostri tamen studii est, ecclesiasticas utilitates non tam facultatibus quam sinceritate mentis augere.

Cod.: B fol. 26.

1 pelagius] gelasius *(gl. ut solet) B* **2** adquis.] d *superscr. B* **4** facultatibus] l *aut al. litt. eras. inter* fa *et* cul *B*.

Dies, quibus epistulae ab hac usque ad ep. 37 datae fuerunt, ex ordine quo inveniuntur potissimum definiuntur.

Tit. Pelagianae origini huius epistulae, sub Gelasii nomine positae, praeter rationem continentiae inter alias Pelagii litteras, favet sane lex Iustiniani, diei 1 m. martii a. 528, infra adlegata. Cf. quae scripsi in ep. 29, p. 84. De Hilaria et Ioanne, ad quos missa est epistula, nihil scitur.

legalibus sit prohibitum statutis: Quae tulit IUSTINIANUS, *Cod.*, I, 3,41,5: *Episcopis autem, qui sunt quive erunt, facultatem omnino adimimus testandi, vel ... alienandi quid* de rebus suis, quas, postquam episcopi facti sunt, *sive ex testamentis, sive ex donationibus, aliove quo modo* adquisierint, *nisi ea sola, quae ante episcopatum ... ad eos pervenerunt...*

27

Pelagius, defensorem Ecclesiae monachum non constituit, cum impar sit monachorum condicio tali officio fungendi.

J-K. 986 m. februario a. 559

Edd.: MIGNE, [FRONTEAU] PL. 161, Ivon. Carnot. Decr. VII, 23, c. 550-551; FRIEDBERG, Decr. Gratiani, XVI, I. 20, c. 766; MANSI, IX, c. 906; MIGNE, PL. 72, c. 745.

PELAGIUS ANTONINAE PATRICIAE ET DECIAE. De 1
praesentium portitore, quod defensor factus non est, nulla animi
molestia sit, quia uere satis amarissimum habeo de isto proposito ad
illud officium homines deduci, in quo nullo modo quae a monachis
Deo promissa sunt ualeant adimpleri. Omnimoda enim et illius 2
habitus et istius officii diuersitas est. Illic enim quies, oratio,
labor manuum; at hic causarum condicio, conuentiones, actus,
publica litigia, et quaecumque uel ecclesiastica instituta uel suppli-
cantium necessitas poscit. Faciat autem Deus, ut tales sint qui 3
uel a uobis in isto habitu nutriuntur, uel in monasteriis crescunt, ut
prouecta aetate et probata uita non ad litigiorum officia, sed ad
sacerdotium ualeant promoueri.

Codd.: B fol. 26-26^{v}; E_1 fol. 45vb, E_2 fol. 65^{a}, E_3 fol. 69, E_4 fol. 34^{b}; F_1 fol. 161^{a-b}, F_2 fol. 128^{b}, F_3 fol. 141va.

1 pelagius] *om. B* antoniae *F* et deciae] l *aut* i *post* de *eras.* E_4, *om. B* **2** portitore] *ex* potitore E_2 nulla] *add.* uobis *Gratianus* **3** uere satis] satis ualde *Gratian.* amassimum F_3 **4** deduci] adduci *(an recte?) B* **5** sunt] *superscr. B 2* adinpleri E_4 F_1 et] est *Gratian.* **6** est] *om. Gratian.* **7** condicio] cognitio *Gratian.* **8** uel] *seq.* de *delet. (lin. subnotat.) in* E_3 **9** sint] *add.* hii *Gratian.* **10** uobis] *ex* nobis *corr. vid. B 2 (?)*, nobis *Gratian.*

Tit. **Antoninae patriciae:** Nihil prohibet, sed neque positive commendat, quominus eam uxorem Belisarii esse adseram. Quoad istam, cf. E. CASPAR, *o. c.*, p. 231-232; E. STEIN, *Histoire ...*, p. 285-286; 386-387; 481-482; 495-498; 589.

3. Pelagio, ergo, sacerdotium non solum monachos non dedecet, verum etiam ut corona maxima manachorum habendum est. Epistula nostra, praeterea, non parvi est ponderis ad dinoscendam pontificis mentem de munere defensoris.

28

Quis monasterii abbas sit ordinandus.

J-K. 987 m. februario a. 559

Edd.: THANER, Anselmi Luc. Coll. can. VII, 167, p. 431; MIGNE, [FRONTEAU] PL. 161, Ivon. Carnot. Decr., VII, 24, c. 551; FRIEDBERG, Decr. Gratiani, XVIII, 2, 4, c. 829.

PELAGIUS [PAPA] MELLEO SUBDIACONO. Abbatem autem in eodem loco illum uolumus ordinari, quem sibi de sua congregatione, et monachorum electio, et possessionis dominus et, quod magis obseruandum est, ordo uitae ac meritum poposcerit ordinari.

Codd.: B fol. 26^{v}; C_1 fol. 69, C_2 fol. 80vb, C_3 fol. 61, C_4 fol. 59^{b}; E_1 fol. 45vb, E_2 fol. 66^{a}, E_3 fol. 69, E_4 fol. 34^{b}; F_1 fol. 161^{b}, F_2 fol. 128^{b}, F_3 fol. 141va; O [Thaner, p. 431].

1 pelagius] *C E F O*: gelasius O_7, *om. B* papa] *om. B E F* melleo] *B C E F*: milleo *O C*, milleno O_7 subdiachono C_1 C_3 C_4 F_3 **2** autem... loco] *B E F*: uero... loco E_2, in monasterio *C O* ordinari] *ex* ordinare C_4 sibi] *superscr.* E_4 **4** uita *C*.

Tit. **Melleo subdiacono:** Ad illum directae itidem fuerunt epp. 64 et 88, p. 167 et 214. Ep. 64,3 nos docet, illi commendatam fuisse curam massae Trapeianae, quae in Lucania sita erat; unde fas est conicere, eum in Lucania defensoris munus obiisse. Cf. P. FABRE, *o. c.*, p. 12, n. 1; 62.

Veri similiter textus inspiratus est in S. BENEDICTI *Regula*, 64, v. 1-2 (A. LENTINI, *o. c.*, p. 546; 548) *In abbatis ordinatione illa semper consideretur ratio, ut hic constituatur quem sive* (TR *sibi) omnis concors congregatio ... elegerit. Vitae autem merito ... elegatur* ... Vice prima, anno 559 incipiente, pontifex Romanus verbis codicis monachorum adludere videtur. Miror quod tam patentem similitudinem nemo hucusque adverterit. (Ita auctor a. 1944).

possessionis dominus: Quandoquidem monasterii fundatori, aut praedii domino, ius erat praesentandi. Cf. epp. 42,1 et 86,3 et notulas ad loca, p. 117 et 211; praeterea, T. P. MCLAUGHLIN, *Le très ancien Droit Monastique de l'Occident*, in *Arch. France Monast.*, t. XXXVIII, 1935, p. 243-245; 107; 177; PH. SCHMITZ, *Histoire de l'Ordre de Saint Benoît*, t. I, Maredsous, 1942, p. 81-82.

29

Dulcius defensor, Aemilianum, Constantinum et Ampelium certiores faciat de ordinatione diaconi Anastasii ceu episcopi Luceriae.

J-K. 988 m. februario a. 559

Edd.: THIEL, Epp. Rom. Pont. Gen., p. 484; MANSI VIII, c. 122; MIGNE, PL. 59, c. 139.

PELAGIUS [IN DECRETIS] DULCIO DEFENSORI. Experientia tua praesenti admonitione suscepta filiis nostris uiris magnificis Aemiliano magistro militum et Constantino iudici et 1

Codd.: B fol. 26v: (2-3); C_1 fol. 11v-12, C_2 fol. 15a, C_3 fol. 14v-15, C_4 fol. 11a.

1 pelagius] *Ewald*: gelasius in decretis *C*, *om. B* dulcio] *codd. omnes*: dulcitio *Ewald* 2 ammonit. C_2 C_3, amonit. C_4 3 emiliano *C*

Tit. A. THIEL, *o. c.*, p. 484, epistulam nostram, quam ex S. BALUZE, *o. c.*, p. 1 desumpsit, cum codd. *Coll. Caesaraugustanae* Gelasio tribuit. Pro genuina Pelagiana origine pugnant, tum inclusio eiusdem inter alias litteras, quae certo nostri pontificis sunt, tum adlusio ad *Nov.*, 123,3, quam die 1 maii a. 546 tulit Iustinianus; Videas quae infra ad § 2 dicuntur. — Defensor Dulcius huius epistulae forsitan sit ille Dulcitius ep. 12, quem ibi acriter reprehendit Pelagius. Nihilo minus, cum urbs Lucerina posita sit in Apulia, et quendam noverimus in ep. 64,1 Lucium defensorem Apulensem, potius videtur probandum Dulcii nomen, quippe quod a Lucio minus quam Dulcitius distet. Veri similiorem enim opinor corruptionem unius Dulcii in Lucium, quam Dulcitii in Dulcium et tandem in Lucium. Propterea codd. lectionem servavi. In eundem sensum scripsi supra in ep. 12, p. 41. Nihil enim vetat, ut reor, ne duo aut plures defensores, nomine consimiles, in una eademque provincia tempore Pelagii adfuissent.

1. **Experientia tua:** Titulus defensorum et notariorum proprius. Cf. P. KOCH, *o. c.*, p. 114.

Aemiliano magistro militum: Hoc uno fonte est nobis Aemilianus iste cognitus; idem dicendum de Constantino iudice et de Ampelio, qui nescio qua causa *vir magnificus* erat. *Magistri militum* munus fuit initio summa militum auctoritas in imperio; sed exinde a Bello Gothico duces, qui in ipso pugnaverant, titulum illum adepti sunt. Probabiliter erant modo *vacantes*, nam tunc temporis nemo re ipsa id munus in Italia obibat. Cf. E. STEIN, *Histoire ...*, p. 430, n. 3; 613; 615. Ratione *magistratus militum* illi *inlustris* epithetum congruebat, sed nondum factum omnino erat discri-

Ampelio ex nostra exhortatione dicere non omittat: Ecce, sicut 2
magnitudinis uestrae desiderium postulauit, sine mora aliqua et sine ullo dispendio, ita ut nec ipsas dare officiis ecclesiasticis consuetudines sineremus, Anastasium diacon*um* [memoratum] Lucerinae ciuitatis ordinauimus sacerdotem. Propterea nunc magni- 3

4 exortatione C_2 C_3 C_4 omitat C_3 6 officiis eccles.] *B* C_1: eccles. officiis *C* 7 anastasium] *om. B* diaconem C_2, diachonem *C*, *om. B* memoratum] *om. C*: *(pro* anastasium *quod om.) B* 8 -cerne C_3 C_4 ciuitatis] *B* C_2: ciuitati *C*

men inter utrumque titulum, *magnifici* et *inlustris* videlicet. Cf. supra notulas in ep. 23,4, p. 71. Quoad *magisterium militum*, cf. praeterea notulas in tit. epp. 31; 55;65, p. 87; 144; 174; R. CAGNAT, *Magister ... militiae*, in *Daremberg-Saglio*, t. III, 2, p. 1526; Th. MOMMSEN, *Ostgotische Studien*, *l. c.*, p. 455; 457-458; 468; 472; 497-498; 505-508; 510-511; 537-542; Idem, *Nachträge ...*, *l. c.*, p. 185; E. STEIN, *Histoire ...*, p. 40; 46-49; 117, n. 2; 263; 749; 797, et passim (cf. indices, p. 882a-883b). — Constantinus *magnifici* titulo donabatur probabiliter ob munus iudicis, quod gerebat. Cf. adnotationes in ep. 21,1, p. 62.

2. **magnitudinis uestrae:** P. KOCH, *o. c.*, p. 114, deceptus est opinans haec verba adhuc ad Dulcium spectare; *magnitudinis* enim titulus a defensore est alienus. Ex textus dispositione patet quo modo interpretanda sunt illa omnia quae in § 2 loquitur papa. *Viris magnificis*, de quibus supra, conveniunt *magnitudinis uestrae* et *magnificentiae uestrae* (paulo infra) tituli. Cf. notulas in epp. 23,4 et 25,1, p. 71 et 79.

nec ipsas dare ecclesiasticis officiis consuetudines: Adludit ad ea, *quae ab episcopo ordinato praesulibus, qui ordinationi ipsius interfuerunt atque clericis, dari consueverat pro* inthronisticis, *ut postea locutus est Iustinianus (Nov.*, 123, c. 3) ... *Cui legi nunc Gelasius videtur praeludere ...* (A. THIEL, *o. c.*, p. 484, n. 3). Attamen, res multo magis consentanea mihi videtur, si non Gelasius sit, qui suis litteris praecurrat annis 50 leges imperiales; sed potius Pelagius, qui optime temporis legislationem noverat, consonet imperatoris legi, quae modo 13 ante annos lata fuerat. Hanc ipse Constantinopoli aa. 546 ex.-547 in.; 551-555, bene nosse potuit. His aliud indicium adde. Hae pecuniae solutiones, de quibus praesens epistula, in adlegato textu *Nov.*, 123,3 etiam nomine *cathedratici* veniunt. Haec significatio vocis istius parum abest a sensu illo quo ea (epp. 25; 32) Pelagius utitur, dum apud Gelasium: J-K. 710 (A. THIEL, *o. c.*, fragm. 20, p. 494-495), sicut ipse Thiel fatetur, *aliud quid videtur sonare*. Itaque mihi persuasum est, hanc congruentiam cum *Nov.*, *123*, diei 1 maii a. 546, multo magis Pelagianae origini harum litterarum favere, quam auctoritati Gelasii.

Anastasium diaconum ... Lucerinae ciuitatis: Hic Anastasius, sacratus episcopus ecclesiae Lucerinae, his solis litteris est notus. Quoad Lucerinam sedem, in Apulia, cf. F. LANZONI, *o. c.*, p. 275-277; P. TESTINI, *Lucera*, in *Enc. Cattol.*, t. VII, c. 1616-1617.

ficentia uestra eiusdem episcopi uel ecclesiae Lucerinae utilitatibus [in] uniuersis, quae sunt necessaria, libenter impendat, et competentia uigilantiae suae tribuat christiana deuotione solacia.

9 lucerne C_3 C_4 **10** in] *om. B* conpe- C_4, compo- C_1, cum po- C_3.

3. **magnificentiae uestrae:** Cf. supra, et P. Koch, *o. c.*, p. 118-119; M. Bridget, *o. c.*, p. 46-47; 162-163; 166.

30

Patricio Decorato praecipit, ut iuramenti praestationem imponat ad cuiusdam veritatis causam dinoscendam.

J-K. 989 m. februario a. 559

Ed.: Friedberg, Decr. Gratiani, III, 9, 20, c. 533-534.

PELAGIUS DECORATO PATRICIO. Hortamur ut sub timore Domini consuetam conscientiae uestrae sinceritatem in hoc quoque negotio conseruantes, omnem personis quae ueritatem istius causae scire possunt faciatis amputari formidinem, et uestris praesentati conspectibus, tactis sacrosanctis euangeliis, praebito etiam legaliter sacramento, quae in rerum ueritate norunt professione suae testificationis aperiant, ut, patefactis omnibus, quae secundum leges et iustitiam censenda sint agnoscatis, et conuenientem legibus et ueritati terminum detis.

Codd.: B fol. 26^v; E_1 *fol.* 45vb-46^a, E_2 *fol.* 66^{a-b}, E_3 *fol.* 69-69^v, E_4 *fol.* 34^b-34va.

1 pelagius] *om. B* **2** uestrae] *superscr.* E_4 conscient. uestrae consuet. E_2 **4** causae istius *E* amputare E_4 **5** euuangeliis *B* E_3 **8** cognoscatis E_1 E_2 E_4 **9** -tem] *ex* -ter *corr. vid. B 2* legibus] 1 *scrips. aut rescrips. B 2* ueritatis E_4.

Tit. **Decorato patricio:** Non aliis fontibus mihi notus. Ut e contextu litterarum patet iudiciaria potestate pollebat. Cf. notulas in ep. 22,2, p. 68.

31

Sindulae participem facit de impossibilitate definite solvendi causam Lucidi, cum pars adversa praesens non fuerit. Quoad quaestionem uxoris Placidi, absente culpa, sub vi legis cadere non potest.

J-K. 990 m. februario a. 559

Edd.: Friedberg, Decr. Gratiani, III, 9, 19; d. 50, 48, c. 533; 197; J-K. 990, [I, p. 130].

PELAGIUS SINDU‹L›AE MAGISTRO MILITUM. Cartas 1
quas nobis dedit Lucidus, si illo tempore aduersarius ipsius illic praesens fuisset, ualidae erant; sed quia aduersario absente, gesta quae nobis recensuit facta leguntur, talia leges non recipiunt.
[Item]. Quantum dicit iste Placidus (anno praeterito dictum 2
est) de uxore ipsius, quia subito inter caballos inuenta est, et dum traherentur caballi collisa est illa et aborsum fecit, et, si ita est,

Codd.: B fol. 26^v-27; E_1 *fol.* 46^a, E_2 *fol.* 66^b, E_3 *fol.* 69^v, E_4 *fol.* 34va.

1 pelagius] *om. B* sindue *codd. (cf. ep. 73, l. 1)* cartas] *E*, carthas *ex* cathas *B*, kartas *ex* karitas E_1: cartae *Gratianus (sed adhuc* cartas *cod. C Friedberg)* **2** lucidius E_4 ipsius] illius *B* **3** erat *B* **4** recensuit] *ex* censuit E_1 **5** item] *B* E_3 : de muliere quae inter caballos collisa est *(rubr.) E* dicit] *E*: dicitis *ex* dicis *B* **6** est²] *om. Gratianus (Friedberg)* **7** aborsum] *ita, an* absorsum *(?), ex* absrsum E_3, abortum *Gratian.* et si] quod si *Gratian.*

Tit. **Sindulae:** Dux Herulus, qui stipendis imperii militavit, ep. 73, p. 185, et aliis documentis ubi Sindual saepius vocatur bene notus. Cf. E. Stein, *Sindual*, in *Pauly-Wissowa*, t. IIIA, c. 229-230. Idem, *Histoire* ..., p. 608-609, n. 3; 613, n. 1; 615, n. 1.

magistro militum: Erat *dux limitaneus*, titulo *magistri militum (vacantis)* decoratus. Cf. E. Stein, *ibid.*

1. **Lucidus:** Estne forte ille defensor Apulensis Lucius, de quo loquitur ep. 64,1, p. 167? Si haec coniectura certa esset, veri similior haberetur hypotesis transitus: (Dulcitius) Dulcius, Lucidus, Lucius. Cf. notulas ad titulos epp. 12 et 29, et in ep. 64,1, p. 41; 84; 167.

2. **Placidus:** Nihil amplius de eo cognoscitur. Textus huius paragraphi initio, aut corruptus aut deficiens forsitan est. Difficultas minuitur et solvitur forte, additis uncinis, quos in textu signavi.

forte si caballos alienos tulit, inde est culpabilis. Nam de muliere quae casu inter caballos confracta est, ubi uoluntas illius non agnoscitur perniciosa fuisse, non potest nec addici per leges. 3

8 tulerit *Gratian. (ed. Rom.)* **9** illius] *om.* E_2 **10** perniciosa] *ex* pernicosa *B 2 (?)* nec] *om. B, add.* debet *Gratian.* addici] *ex* adici E_3.

32

Pelagius iterum Cresconio idipsum commendat, quod iam in epistula 25, circa episcopos Siciliae, scripserat.

J-K. 991 m. februario a. 559

Edd.: MIGNE, [FRONTEAU] PL. 161, Ivon. Carnot. Decr., III, 136, c. 228; FRIEDBERG, Decr. Gratiani, X, 3, 4, c. 623; MANSI, VIII, c. 129; MIGNE, PL. 59, c. 145; MANSI, IX, c. 908; MIGNE, PL. 72, c. 746.

PELAGIUS CRESCONIO ILLUSTRI. Illud te modis omnibus uolumus custodire, ne quis episcoporum Siciliae de parrochiis ad se pertinentibus nomine cathedratici amplius quam duos solidos praesumat accipere, neque compellere praesbyteros aut clerum parrochiarum suarum supra uires suas eis conuiuia praeparare.

Codd.: B fol. 27; E_1 fol. 46^a, E_2 fol. 66^b, E_3 fol. 69^v, E_4 fol. 34va; F_1 fol. 57^a, F_2 fol. 47^b, F_3 fol. 49^b.

1 pelagius] *om. B* illustri] *titul., delet. illo cap. seq., add. in marg.* F_2 **2** siciliae] silitiae F_3, facile F_2 parroechiis E_1 **4** conpellere E_2 E_4 praesbyteros] *ex* probos. F_1 praesbyt. aut] *om. B* **5** -rum] -ricos *B* parrochiarum] *ex* parrociar. F_1, parroechiarum *B* E_1.

Quae notatu sunt digna, explavi supra in ep. 25, p. 79-80, ubi iam innui, hanc epistulam, non nisi quoddam eius ep. 25 compendium, forsitan esse.

33

Cethegii annuens desiderio, Pelagius episcopum Catinae statim consecravit. Quoad episcopum vero Syracusae, in annum fere distulit consecrationem tum ob indoles eius, tum etiam quod uxori et filiis adligatus erat. Cum electores autem ab istius noluissent electione abhorrere, papa illis tandem consentiit, et consilium prae primis in omnibus capiens, ne in posterum propinqui bona ecclesiastica usurparent, eum consecravit.

J-K. 992 ex. m. februario a. 559

Edd.: (1-5) THANER, Anselmi Luc. Coll. can., VI, 40, p. 287-288; MANSI, IX, c. 733-734; MIGNE, PL. 69, c. 414; (6) LOEWENFELD, Epp. Pont. Rom. Ined., 26, p. 14-15; (2-5) FRIEDBERG, Decr. Gratiam, d. XXVIII, 13, c. 104.

PELAGIUS [PAPA] CETHEGO PATRICIO. Quid de ordinando ecclesiae Catinensis episcopo salubris electione iudicii fieri desiderastis agnouimus; confestim sequenti die eum iuxta morem discutientes, tertio quo uenit die episcopum consecrare curauimus. 1

Codd.: B fol. 27-27^v: (2: de Syracusanae...-6); *C_1 fol. 15:* (2: de Syracusanae...-5), *C_2 fol. 15^b, C_3 fol. 11^v-12, C_4 fol. 11^{a-b}; E_1 fol. 46^{a-b}:* (2: de Syracusanae...-5), *E_2 fol. 66^b-67^a, E_3 fol. 69^v-70, E_4 fol. 34^{va-vb}; O [Thaner, p. 287-288]:* (1-5... sociaret); *O_{16} fol. 57^{va-vb} P_1 fol. 313^v-314:* (1-5... sociaret), *P_2 fol. 30, P_3 fol. 21^{a-b}; S_1 fol. 36^v:* (1-5... sociaret), *S_2 fol. 46.*

1 pelagius] *E O* O_{16} P_1: pellagius O_9, elagius P_3, idem *(pelagius)* S_1, gelagius O_5, gelasius *B* P_2, idem *(gelasius) C* S_2 papa] *om. B C E* P_1 cethego] C_1 C_2 *E*: cetego *B* C_3 C_4 P_2, cetero *O* O_{16} *P S*, ceto O_3 quod *Mansi* **3** desiderastis] *ex* desideratis O_2, desideratis O_1 eum] cum O_5 **4** quo] quoque O_{14} die] *om.* O_2

Tit. **Cethego patricio:** Notissimus, et dignitate tunc temporis valde praestans vir. Cf. elogia ENNODII, 452 *(Opusc. 6)*, 20 (F. VOGEL, MGH., *AA.*, t. VII, p. 314, l. 38); L. M. HARTMANN, *Cethegus*, in *Pauly-Wissowa*, t. III, c. 2012-2013; E. STEIN, *Histoire ...*, p. 580; 592, n. 1; 595; 646; 650; 665-666. In Sicilia iam tempore illo saltem per unum integrum annum degebat, nam electioni episcopi Syracusani, quae initio a. 558 contigit, interfuit. Cf. adnotationes ad ep. 25,1, p. 79. Probabilius enim censeo, eum iam tunc temporis in Sicilia commorasse.

1. **ecclesiae Catinensis:** Helpidius fuit ille episcopus. Cf. notulas ad ep. 23, 3 et in titulum eiusdem, p. 71.

Similiter quidem modo et de Syracusanae urbis antistite optaueramus 2
in ipso initio gloriae uestrae desideriis oboedire, nisi nos multi-
plex ratio ipsius non paucis temporibus ordinationem differre
sacerdotii coegisset, ob hoc, quod uel personae qualitas, sicut et
uos melius nostis, uel superstes uxor aut filii, per quos ecclesias-
tica solet periclitari substantia, nostros animos diutius ab eius or-
dinatione suspenderent. Et quantum ad humanam cautelam 3
pertinet, integro paene anno distulimus, opinantes quod in melius
Syracusanorum prouenire electio potuisset. Sed quia in uolun- 4
tatis suae proposito inreuocabiliter perstiterunt, et nullus est alius
in eadem repertus ecclesia (n*e*, si longioribus adhuc temporum dif-

---

5 syracusanae] E_2 O S_1: siracus. B C E O_{16} P S_2 antestite C_1, antistitem O_7 **6** in ipso... oboedire] *om.* O O_{16} P S **7** ipsius] illius B ordinationem] *duo litt. praecd. eras. et* ordi *rescrips. vid.* B *2* differre] ferr *corr.* B **8** coegisset] *ex* coegit B *2* uel] *superscr.* B *2*, huius O_{16} **8-9** sicut et... nostis] *om.* O O_{16} P S **9** supertes B, superstitis C **10** diutius] *om.* C **11** suspendisset E_4 **11-12** et quantum... distulimus] *om.* O O_{16} P S **12** pertinet] attinet C **13** syracus.] E_2 O P_1 S_1: siracus. B C E O_{16} P S_2 electio prouenire C_2 C_3 C_4 posset electio E potuisset] -set *add. vid.* B *2* **14** suae] *om.* C_3 C_4 irreuocabiliter C E_1 E_3 E_4 O_{16} perstitit] O O_{16} P S **15-18** ne si longioribus... ambiguitates] *om.* O O_{16} P S **15** ne si] *coni.*: nisi B E, etsi C, si E_2, nisi... ne *Gratianus* adhuc longioribus *(cum sign. corr.)* E_2

---

2. **de Syracusanae urbis:** Cuius nomen aperte non constat; fuit autem forte Eleutherius, praesul ad quem epp. 44 et (96?) missae fuerunt. Eleutherius enim ille ad episcopatum fuit euectus Pelagii tempore, prout ex ep. 44 eruitur, nam scripta promissa, quae pontifice iubente protulit, in consecratione episcopi plerumque dabantur. Quod Eleutherius Siculus fuisset antistes innuit eadem ep. 44, quoniam in terra sub ditione Ioannis in Sicilia defensoris degebat. Cf. ep. 41 adnotationes in titulum, p. 114. Quod autem ad Syracusanam urbem et sedem refert, cf. F. LANZONI, *o. c.*, p. 632-639; H. LECLERCQ, *Syracuse*, DACL., t. XV, 2, c. 1840-1855; A. AMORE, *Siracusa*, in *Enc. Cattol.*, t. XI, c. 718-726. Verum H. Leclercq, in eo quod spectat ad episcopos ecclesiae Syracusanae, non recte breviat quod scripsit F. Lanzoni. Ei enim est praesul Syracusanus, non papa Pelagius, qui reprehendit *conuiuia enormia* episcopis facta. Cf. epp. 25,2 et 32, p. 80 et 88. Pressius enim contraxit quod recte scripserat F. LANZONI, *o. c.*, p. 639.

gloriae uestrae: Qui titulus eum patricium decebat. Cf. in ep. 22,2 notulas, p. 68.

superstes uxor aut filii ... periclitari substantia: Cf. § 4: ubi adlegatur *principalis constitutio*, id est, lex imperatoris. Cf. IUSTINIANI, *Cod.*, I, 3,41,2-4; *Nov.*, 6,1,3-4; 123,1.

4. **ne si longioribus ... insanirent:** Ita conieci legendum, ut sensum intellegibilem textus haberet. Cf. lectiones varias in apparatu. Coniectura nititur praeterea textu, quem Gratianus praebet: *nisi longioribus ... diferrentur*

ferrentur spatiis, paulo amplius insanirent, sicut et filii nostri,
uiri magnifici ⟨Leonis⟩ praetoris, testificatione didicimus), inter
huiusmodi ergo ambiguitates, illud consultius iudicauimus facien-
dum, ut congrua prouidentia, causam propter quam principalis
constitutio habentem filios et uxorem ad episcopatus prohibet
ordinem promoueri, salua dispositione consilii muniremus. Qua 5
de re summo studio ab eodem Syracusanae urbis episcopo, prius
quam a nobis eum contingeret ordinari, huiusmodi exegimus
cautionem, per quam et suam fateretur quantula esset praesen-
tis temporis habita rerum descriptione substantiam, et nihil um-
quam, per se aut per filios et uxorem, siue per quamlibet propin-
quam aut domesticam uel extraneam forte personam, de rebus
usurparet ecclesiae, et uniuersa episcopatus quaesita tempore eccle-
siae suae dominio sociaret, nihil, ultra id quod modo descriptum
est, suis filiis uel heredibus relicturus. Sed aliud eum cauere 6
districte fecimus (nectim etiam et Ca*the*n*e*nsem episcopum), [Item.

---

16 -ferrentur] C, *ex* -ferentur E_4: -ferentur B C_2 E nostri] uestri E **17** magnici E_4 praectoris C **18** consultus P_3 **19** causa P_1 **20** habentes O_7 uxores P_3 episcopatum B **21** ordinem] *om.* B E_4 salua] salubri C concilii] *Gratian.*, *Mansi* muniremur C **22** de] *iterat. in* B studio] *om.* O_2 syracus. urb. episcopo] *om.* O O_{16} P S, [siracus.] B C E **23** eum] *om.* B E exegimus] C E P S: exigimus B O O_{16} **24** cautionem] *ex* cationem O_{16} quantula] *codd.*: *an leg.* quantulam *(?)* **25** discriptione C_1, discretione P_2 un- B E_1 **26-29** et uxorem... suae do] *om. (lacuna)* O_6 **26** et] B C E: aut O O_{16}, aut per P S uxores O_4 per[2]] *om.* E **27** aut] et B, ac C_2 C_4, uel E_2 uel] aut E_2 extraneam] *ex* extraneneam B, extraneos P_2 personam forte P S **28** usurpare E et] ei O_2 **29** suae] C E, sue *ex* siue B: suo E_3, *om.* O O_{16} P S dominio] ex domino B *2* sotiaret *ex* sotiarent B **30** filiis suis E_2 eredibus C_4 **31** cathenensem] *coni.* *(*cathena, cathina *pro* catina *occurr. in codd.)*: camethensem B *(cet. codd. § 6 om.)*.

---

spatiis, ne paulo amplius insanirent. Nesi primigenium videtur a scribis non fuisse intellectum, et inde, aut mutatum fuit in *nisi*, *etsi*, aut geminatum in *nisi ... ne*.

filii nostri uiri magnifici ⟨Leonis⟩ praetoris: Nomen, quod veri similiter decidit, inserui. Cf. ep. 23,4, p. 71. Leo non fuit Cethegi liberus, uti diserte adseruit P. EWALD, *o. c.*, *l. c.*, p. 540, n. 3; 544, n. 1. Error Ewald originem duxit a mendosa Gratiani lectione, qui e Tripartita, ut alias, hausit fragmentum. Rectam vero lectionem esse *filii nostri*, suadent tum *Coll. Britannica* et *Caesaraugustana*, tum complures similes aliae lectiones. Cf. epp. 4,4; 9,2.3; 19,25; 23,4; 52,4, p. 12; 28-29; 60; 71; 136.

5. **exegimus cautionem:** Cf. epp. 25,1; 44,1, quaeque ad loca scripsi, p. 80 et 122.

6. **(nectim... episcopum) [Item. Faciemus]:** Quae omnia, aut interiectum quoddam incisum (parenthesis), aut glossa notulave marginalis, quae in

Faciemus] ut non amplius de parrochiis suis quam binos solidos annuos sub qualibet occasione praesumat accipere.

---

textum inrepserit, aestimari debent. Sensus istius notulae foret extensio obiurgationis pontificis in praesulem Catinensem, missis ad eum quoque his litteris. *Nectim*, enim, mihi esse videtur adverbium in *-im* ex *necto*, significatione simile adverbiis *nec non, insuper*, aut corruptio forte (minus probanda) vocis *nedum*. Conduplicationes *etiam et, nec non et*, ceterae, rarae non sunt apud Pelagium. Cf. exempli causa ep. 11, l. 53: *nec non etiam.* — Quoad hunc § 6 cf. epp. 25,1-2 et 32, p. 80 et 88.

34

Rufinum episcopum laudat, quod sacerdotali officio privaverat presbyterum, qui, ira incensus, oculum effodit cuidam diacono. Attamen, in monasterium mittatur oportet, ut culpam poena expiet. Diaconus, vero, oculo orbatus sacerdotali dignitate iuxta Ecclesiae canones minime insignire potest, nec quidem sub compensationis specie.

J-K. 993 ex. m. februario a. 559

Edd.: FRIEDBERG, Decr. Gratiani, d. LV, 13, c. 218-219; (3-5) *MIGNE, [FRONTEAU] PL. 161, Ivon. Carnot. Decr., VI, 111, c. 472.*

PELAGIUS [PAPA] RUFINO EPISCOPO UIUONENSI. Si euangelica ammonitio iracundiam ne usque ad uerbum furentem

---

Codd.: B fol. 27^{v}; C_2 *fol.* 193vb-194^{a}, C_3 *fol. 111*, C_4 *fol.* 103va; E_1 *fol.* 46va: (3: illi cui...-5), E_2 *fol.* 66^{va-vb}, E_3 *fol.* 70-70^{v}, E_4 *fol.* 34vb; F_1 *fol.* 136^{a}: (3: illi cui...-5), F_2 *fol.* 110vb, F_3 *fol.* 120^{b}; O_1 *fol.* 205-205^{v}, O_2 *fol.* 195vb-196^{a}; O_{16} *fol.* 115^{a-b}; P_1 *fol.* 323^{v}, P_2 *fol. 41*, P_3 *fol.* 27vb-28^{a}; *Q fol.* 67^{v}; S_1 *fol.* 66-66^{v}, S_2 *fol.* 117^{v}.

1 pelagius] gelasius P_3 papa] *om. B E F P Q S* uiuonensi] *Q*, u(i)uon(en)si C_3 C_4, yiuon(en)si *vel* yuion(en)si C_2: *om. cet.* euuangelica *B* P_3 2 admonitio *O Q*, amonitio P_3 ne] nec *Gratianus*

Tit. **Rufino episcopo Uiuonensi:** P. EWALD, *o. c., l. c.*, p. 544, n. 4, acriter invexit in A. THIEL, *o. c.*, p. 613, n. 5, qui, Pelagio II litteras tribuens, Rufinum nostrum antistitem Vivonensem fecit. Re autem vera non adeo ratione destitutus A. Thiel erat, eo quod sedem praefatam Rufino adsignant *Coll. in II libros* et *Caesaeaugustana:* quae quidem P. Ewald ignorasse videtur. Utrum recte, necne, eae coll. illud descripserint nomen me latet; parum autem probabile censeo, idem esse eruditioni auctorum coll. aut scribarum imputandum. Ceterum, si unus non fuit, coaetaneus simul Pelagio et Gregorio, ille Rufinus Vibonensis antistes, qui obiit a. 599 — quod nec certo potest improbari —, omnino possibile duco, quod duo diversi praesules eodem nomine Rufini insigniti, eidem sedi praefuissent, Pelagio I et Gregorio Magno pontificibus. (Cf. GREGORII MAGNI, *Reg.*, VI, 38 [P. EWALD, MGH., *Epp.*, t. I, p. 415]). In sede Ravennati, exempli ergo, diversi Ioannes (aa. c. 578-595; 606-612-613) successive sederunt; Nolae, duo Paulini unum post alium inveniuntur (aa. c. 409-431-442); Messanae, duo fortassis episcopi nomine Eucarpi vocati (aa. c. 500-560) sedem rexerunt. Cf. adnotationes in titulum ep. 18, p. 53-54, et F. LANZONI, *o. c.*, p. 616. Leviter itaque emendandus videretur catalogus praesulum Vibonensium, prout suadet veri similis titulus epistulae huius, vel certe in annis pontificatus Rufini. Quod adtinet ad priscam sedem Vivonensem, sive rectius Vibonensem, ad hodiernam *Vibo Valentiam (Monteleone, Vibona)*, in Bru-

prosilire permittit, ut si racha fratri suo quis dixerit reus sit gehennae
ignis, quali putamus poena plectendus est, qui non solum pugno
impie percussit in leuitici hominem officii ministerio seruientem,
sed quasi non sufficeret ad cedem manus, ita instigante se diabolo
raptus ad iram est, ut fuste non solum percuteret, sed et erueret
oculum fratris? Et quamuis huiuscemodi excessus grauiori esset 2
poena plectendus, bene tamen fraternitas tua fecit ab officio eum
praesbyterii remouere. Hoc tamen sollicitudinis tuae sit, ut locum
etiam paenitentiae constituas, et in aliquo eum monasterio retru-
das, laica tantummodo communione concessa. In loco autem 3
illius alium te necesse est ordinare praesbyterum, nam illi cui eru-
tus oculus est non possunt iuxta canones sacerdotii iura concedi.
Neque enim aliquid ei prodest quod oculum inuitus amisit, cum nec 4
uolens quisquam oculum amisisse credendus est, nec sacratissi-
mos canones aliquem casum in amissionem oculi [ei], qui ad sacer-

---

3 ut] *B*: ne *C O* O_{16} *P Q S* quis] quisque *O*, *om. C* genhenne *B*, geenne C_3 **3-4** iguis gehenne O_{16} **4** igni P_1 P_3 quali] qua O_{16} plectendum esse *Gratian.* **5** homin. in leuit. *Gratian.* in] *om.* P_3 **6** sufficerent C_3 C_4 ita] ira *ex* ita O_1 se instigante *C* instigantem P_2 S_1 **7** iram] *B C Q*: iracundiam *O* O_{16} *P S* et] *B* C_2 *Q* : *om.* C_3 C_4 *O* O_{16} *P S* eruet O_2 **8** huiusmodi *P S* **9-10** p(raes)bit(er)ii eum amouere *B* **12** tantummodo] sibi tantum *Gratian.* (*Friedberg*) autem] *om. P S* **13** alium] *om. C* **14** est oculus C_3 C_4 E_4 posse O_{16} iuxta] *B E F*: contra *C O* O_{13} *P Q S* sacerdotum *C* iura concedi sacerd. *O* O_{16} *P Q S* **15** enim] *om.* F_2, *add.* ei P_3 ei] *om.* E_2 quod] qui C_4 oculum] *post* oculum *ex* oculus *in* P_1, oculus O_2 nec] *iterat. in* O_2 **16** quisque *P S* amississe oculum C_2 est] *B E F*: sit *C O* O_{16} *P Q S* nec] et *C* sacratissimos] *E F O* O_{16}: sacratissimi (*interpung. post* est) *B C* E_3 *P Q S*, *ex* sacratissimis F_3 **17** amissionem] *B* E_3 *F O Q*: amissione *C E* O_{16} *P S* ei] *om. C O* O_{16} *P Q S*

---

tiis, cf. F. Lanzoni, *o. c.*, p. 343; 341-342; F. Russo, *Vibona*, in *Enc. Cattol.*, t. XII, c. 1357. Consuli etiam possunt G. Isnardi-G. Gianelli-N. Nicolini, *Vibo Valentia*, in *Enc. Ital.*, t. XXXV, p. 288-289.

1. **euangelica ammonitio:** Cf. *Mt.*, 5,22.

4. **nec sacratissimos canones:** Probabilis etiam, pro testimonio codd., videtur mendosa lectio *nec sacratissimi canones*. Ubi vero hoc expresse fuerit praescriptum me latet. Originem autem trahere videtur ex illis, quae in *Lev.*, 21,17-23 mandantur. Traditionis ecclesiae, quae prohibet quominus corpore vitiati, aut qui se ipsos castraverunt ad sacros ordines accedant, testis est S. Gelasius I, *Ep. episcopis per Lucaniam et Brutios et Siciliam constitutis*, 2-3; 16-17; 19 (A. Thiel, *o. c.*, p. 362; 371-372; Migne, PL. 59, c. 49 B; 50 A; 53 C-D; 54 B). Cf. etiam Gratianum, *Decr.*, d.LV, 3-7 (Ae. Friedberg, *o. c.*, c. 216-217) et L. Godefroy, *Irrégularités*, DTC., t. VII, 2, c. 2538-2542; 2549-2551, ubi alia prostant et anteriora et posteriora huius traditionis testimonia. Cf. etiam potest G. Oesterlé, *Irrégularités. Effets*, DDC., t. VI, c. 53.

dotium adipiscendum non impediret, suis excepisse regulis inue-
nimus; sed hoc tantummodo ad prohibitionem suffecisse uidemus
patribus, ut qui careret oculo sacerdotii officium adipisci non pos-
sit. Sed nec illi ullatenus quasi in conpensationem iniuriae sa- 5
cratus ordo concedi poterit qui ad tantam sacerdotem proprium
potuit iracundiam prouocare, ut et ille officium in quo erat amitte-
ret, et iste prouectus sui perderet facultatem.

---

18 concupiscendum *Q* non] *om.* O_{16} inpediret E_4 **19** ad] *om. O* O_{16} prohibitum O_{16}, adhibitionem P_1 suffecisse] *ex* sufficere *Q*, sufecisse C_3 C_4, fecisse *E F* uidemur *C* **20** patribus] patres F_3, *om. E* caret *E O* sacerdotum *Q* adhipisci P_1 non] *om. C* possit] *post* debet *delet. in Q* **21** compensat. C_3 E_1 E_2 E_3 *F O* O_{16} P_2 *S*, compensatione *Gratian.* **22** ordo concedi] ordo conscedi C_3 C_4, ordi condi F_3 sacerdotum P_1 P_2 proprium] *om.* E_1 **23** potuit] petiit F_3 iracondiam F_1 F_2 (*cum sign. corr.*) *B* et ille] ille [et *om.*] C_3 C_4 E_4, illud [et *om.*] O_{16}, ille et *Gratian.* officium] sacerdotium *C* amite- *B* C_4, C_2 (?) **24** iste] ille *B*.

35

Pelagius magnopere admiratus est, quod Viator et Pancratius, nolentes ab unitate Ecclesiae seiungi, interrogent eum, utrum a sacrificiis schismaticis abstinere debeant. Quam hoc absurdum sit eis exponit. Nullius momenti sunt rationes a Viatore et Panoratio adductae ad schismaticos excusandos, eosque monet de modo se gerendi erga episcopum Paulinum.

J-K. 994; KEHR IV, p. 215, 2

ex. m. februario - in. m. martio a. 559

Edd.: (1-5; 7-9; 11-13) *DUEMMLER, MGH., De lite III, p. 598-599;* (2-3; 5-13) *FRIEDBERG, Decr. Gratiani, XXIV, I, 34, c. 979-980; MANSI, IX, c. 731-732; MIGNE, PL. 69, c. 412-413;* (7; 10; 13-14) *WOLF V. GLANVELL, Deusdedit Coll. can., I, 175, 176, 178, p. 110;* (15-17) *EWALD, NA., V, Coll. Brit., Pelag. ep. 22, p. 545-546.*

PELAGIUS [PAPA] UIATORI ET PANCRATIO ILLUSTRIBUS. Ualde mirati sumus quamadmodum salubrem sententiam de non diuidendo se quemquam ab unitatis communione firmiter retinentes, utrum uos ab scismaticorum sacrificiis, potius autem 1

Codd.: B fol. 27^{v}-28^{v}: (5-12; 15-17); *B_1 fol. 187^{v}* (7; 10: beatus...); *C_1 fol. 102^{v}:* (2-3; 5-14), *C_2 fol. 127^{va-vb}, C_3 fol. 100-100^{v}, C_4 fol. 94^{b}-94va; D_1 fol. 33:* (1: a scismaticorum... debeatis; 7; 10: beatus...; 13-14); *D_2 fol. 179-179^{v}; E_1 fol. 46^{va-vb}:* (5-9), *E_2 fol. 66vb, E_3 fol. 70^{v}, E_4 fol. 35^{a}; H fol. 25vb:* (1: a scismatic... debeatis; 13-14); *I fol. 50^{v}-51^{v}:* (1-5; 7-9; 11-13); *J fol. 105-105^{v}:* (eadem); *O_1 fol. 214^{v}-215:* (2-3; 5-13), *O_2 fol. 202vb-203^{b}, O_3 fol. 231^{v}-232, O_4 fol. 236^{v}-237; P_1 fol. 428-428^{v}:* (2-3; 5-13), *P_2 fol. 157-157^{v}, P_3 fol. 130^{a}:* (2-3; 13: unam...), *P_4 fol. 145-145^{v}:* (2-3; 5-13); *Q fol. 68-68^{v}:* (2-3; 5-13); *S_1 fol. 152-152^{v}:* (2-3; 5-13), *S_2 fol. 283-283^{v}.*

1 pelagius] *ex* pelasius E_3, pellagius O_3 O_4, (p)elagius *(p parv. add.)* P_3, idem *(pelagius) D P S* papa] *om. B B_1 D E H I J Q* panchratio D_2, paucracio E_4, pangrantio *J*, patricio *Q* uiatori... illustr.] *om. O P S*, illustr. *om. H, add.* inter cetera *C D* **3** quemquam] *J (cf. ep. 7, l. 6)*: quenquam *I* **4** uos] *om. J* ab] a *D H*

Tit. **Uiatori et Pancratio illustribus:** Hac una epistula cogniti; cum *gloriosi* non fuerint, *inlustres* meri *honorarii* aut *vacantes* sunt habendi. Cf. notulas ad ep. 20,1, p. 62.

1. Huius paragraphi iuvamine potui proprium adsignare locum sententiae *Deusdedit,* I, 177: *a scismaticorum ... debeatis,* quam P. EWALD, *o. c., l. c.,* p. 545, n. 1, qui hunc textum non noverat, posuerat in 7° loco.

sacrilegiis, abstinere debeatis, aliquatenus dubitetis, cum per hoc solum quod scismatici sunt in unitate eos non esse constet ecclesiae. Scisma siquidem ipsum, quod graecum nomen est, scissuram 2
sonat; sed in unitate scissura esse non potest. Non ergo unitati communicant [qui scismaticis communicat]: partes sibi ipsi fecerunt, et ab eo quod unum est, ut apostoli Iudae uerbis iam loquar: s e m e t i p s o s s e g r e g a n t e s , S p i r i t u m n o n h a b e n t . Quibus omnibus illud efficitur, ut quia in unitate unum 3
non sunt, ut quia in parte esse uoluerunt, ut quia Spiritum non habent, corpus Christi sacrificium habere non possint. Ad hoc 4
uniuersa illa reuocate, quae in uestra ad filios nostros continentur epistula, maximeque illud quod de beati Cypriani exemplo ponere uoluistis; siquidem et in hoc maxima eiusdem martyris gloria est:

---

5 debetis *D H, add.* idem in eadem epla. [epla. *om.*] D_2 *(seq. § 7) D, add.* item *(seq. § 13-14) H* aliquatinus dubitatis *J* per] *om. I* **6** solum] solo *I* non esse] *scripsi*: esse non *I J* **7** siquidem] quidem C_2 C_3 C_4 graec. nomen est] *C J O P Q S_1*: graec. est nom. est S_2, graec. est nomen *(an recte?) I* **8** unitate] ueritate O_3 **9** communicant] *I J*: communicat *C O P Q S* qui scismat. communicat] *om. I J* ipsis O_1 O_2 fecerunt ipsi O_3 O_4 **10** ut] et P_3 apostolis O_1 O_2 uerbis iam] *I J*: iam uerbis *C O P Q S* **11** semed C_2 ipsum S_2 congregantes O_3 O_4 **12** efficitur illud C_2 C_3 C_4 ut] et P_3 unitates C_3 C_4 **12-13** non unum P_3 **13** in partem $P_2 P_4$, inpatre O_1, impatre O_2 **14** corpus] corporis *Holstenius* possint] *C_1 J O_1 O_2 Q S, ex* possunt *I (?)*: possunt *C O_3 O_4 P* **15** continetur *I* **16** beati] *superscr. I*

---

2. **Scisma ... scissuram sonat:** His similia apud A. AUGUSTINUM, *Sermo* CCL, 2 *(In dieb. Paschal.* XXI): *Quid enim sunt schismata nisi scissurae?* (MIGNE, PL. 38, c. 1165).

Non ... unitati communicant: Lectionem quam proferunt coll. pleraeque itemque Gratianus: *Non ... communicat qui scismaticis communicat* reieci ut interpolatam. (Cf. apparatum). Introducit enim singularem in contextum plurali numero et ante et postea expressum; cursum inritat. E contrario, textus in editione selectus est brevior, difficilior, rhythmum servat, quae omnia, simul cum adsint, eum esse genuinum evincunt.

apostoli Iudae uerbis: *Iud.,* 19; Cf. *1 Cor.,* 2,14.

3. **corpus Christi sacrificium:** Locutio difficilior quidem est, sed ita codd. omnes legerunt. An *sacrificium* fuit interpolatum tempore pugnarum adversus simoniacos? Cf. infra § 13. An corrigendum esset forte *corpus* in *corporis,* sicut iam fecit Holstenius (MIGNE, PL. 69, c. 412), aut certe legendum *corpus Xti., sacrificium,* vel *corpus Xti.* ⟨*et*⟩ *sacrificium?* Mihi autem magis placet ut reliqui.

4. **epistula:** Amissa ut videtur.

beati Cypriani: Argumentum consimile in opere A. AUGUSTINI *De baptismo,* II, 4,5-5,6 (M. PETSCHENIG, CSEL., t. LI, p. 179-180).

quod, cum diuersum nimis de rebaptizandis hereticis ipse senti-
ret, unitatis tamen ecclesiasticae uinculum conseruandum esse et
opere scripsit et uoce. Non autem nobis nunc illa quaestio est, 5
utrum tolerare malos, sed utrum debeamus scismaticis sociari.
Si enim isti, licet in suo sensu abundantes, intra materna tamen 6
positi uiscera quaererent ueritatem, a nobis repellendi non erant,
donec apud eos ratione duce [rei] ueritas claruisset. Sed quia se ab 7
uniuersali ecclesia diuiserunt, sicut beatus Augustinus ait: Omnis
catholicus securus eam partem detestatur,
cui ecclesiam uniuersalem apostolicis sedi-
bus roboratam non communicare cognoscit.
Nec enim leuigat eorum crimen magis uero auget, quod eos diu 8
restitisse dixistis, ne apostolicis communicantes sedibus in sua
communione reciperent. In hoc enim, dum et illi culpandi sunt,
qui communicare talibus uoluerunt, multo magis tamen illi exe-
crandi sunt, qui non solum in sacerdotibus communionem aposto-
licarum sedium uerum in ipsis etiam laicis spreuerunt. Sed nec 9
illud eis prodest, quod eos in eisdem litteris uel ignorantia rationis

18 ipse] *superscr. I* **19** et] *om. I* **20** non... nunc] nunc... non *B* nobis] uobis *B E* **21** tollerare O_4 scimathicis *(an pro* schismat.*?) B* sociari] *ex* sociare *J*, sociare E_4 *P* **22** enim] etiam *P*, enim etiam C_1 C_3 C_4 *O S*, etiam *eras. Q* licet isti *B* habundantes *B* C_2 C_4 E_2 O_3 O_4 P_1 S_1 tamen] *om.* C_4 P_2 P_4 **23** uiscera] *ex* uucera *(?) B 2* queritent *E* reppellendi P_2 P_4 erant] essent *C* **24** rei] *om. B E Q* ueritatis C_4 **25** uniuersali] *ex* huniuers. *(saepe)* S_1 diuserunt B_1 omis P_1 **26** eam securus D_2 detest. partem *S* destatur B_1 **27** eccles. uniuers.] *B* B_1 C_1 *D E O* P_1 *Q S*: uniuers. eccles. *C I J* P_2 P_4, uniuers. eplam. C_2 **28** conmunic. E_1 E_4, *(?)* C_2, comunicantes C_4 **29** nec] non O_3 O_4 uero auget] autem auget *J*, auget uero P_1, *seq.* quod eos diu *iterat. et delet. (lin. subnotat.) in B* **30** restitisse] restituisse *B* dixisti *seq.* ne apostolicis *iterat. et delet. (lin. subnotat.) in B* conmunic. *(semper)* E_4, *(aliquando)* C_2 communic. sedibus] non communic. sedibus C_1 C_2 O_1 O_2, sedibus communic. *I J* **30-31** in sua... culpandi] *om. C* O_1 O_2 **31** reciperent] susciperent *I J* sunt] *B E* O_3 O_4, *ex* sint P_1: sint *(recte fortasse) C I J* O_1 O_2 *P Q S* **32-33** qui... sunt] *add. in marg. B 2 (?), om.* P_1 **32** qui] quod *C* O_1 O_2 comunic. *B* uoluerint O_3 O_4 multo] *om. B* illis *C* **33** conmun. *(saepe)* E_1, comun. S_1, conmunem C_2, comunem C_4 **34** uerum] etiam *huc transp. I* in] *om.* P_1 etiam] *E J (I)*: *om. B C O P Q S* spreuerunt] *C* E_1 E_4 *I J* O_1 O_2 *S*: speruerunt E_2, *ex* sperauer. E_3, sperauerunt *B* O_3 O_4 *Q*, *in marg. corr.* P_2, separauerunt P_1, se separauerunt P_2, spauerunt P_4 **35** eos] eis *C* O_1 O_2

7. **beatus Augustinus ait:** Ubinam invenire non valui. Cf. tamen notulas ad ep. 24,18, p. 77. Quaedam vero his similia sunt in libris A. AUGUSTINI *Contra epistulam Parmeniani*, III, 4,24 (M. PETSCHENIG, CSEL., t. LI, p. 131).

8-9. Sicut in § 6, tacitam obiectionem hic refutat papa et excusationes omnes schismaticorum.

uel simplicitate intellectus sui a nostra se communione suspen-
disse perhibetis. Id enim ipsum magis est propter quod scismatici
sunt, quia non eos diuersa sentiendi iudicium, sed quaedam apud
se delata sibi tamen incognita metuentes, et contra apostolicas
sedes temere credentes pessima diuisit opinio. Quod scisma spe- 10
cialiter esse beatus enuntiat Augustinus dicens de talibus:
Aduersus auctoritatem illarum ecclesiarum
quae apostolicas sedes et epistulas accipere
meruerunt temere credendo, immanissimum
scismatis crimen a se propulsare non pote-
rit. Ad summam, aut illos esse ecclesiam creditis, et cum duae 11
ecclesiae esse non possint, nos, quod absit, scismaticos iudicabi-
tis, aut si ueram in apostolicis sedibus esse constat ecclesiam, et
illos ab unitate diuisos cognoscite et communionis quaestionem
esse sublatam, quam ueram nisi in unitate constat esse non posse.
Noli ergo, quasi nulla scismaticorum atque ecclesiae differentia 12
sit, uelle indifferenter utrorumque sacrificiis sociari. Non est 13
enim Christi corpus quod scismaticus conficit, si ueritate duce

36 simplicitatem S_1 sui intellectus *S* se comun. *B*, conmun. se E_2 suspen-] *ex* suppen- S_1 **37** perhibetis] probetis P_1 id] *om. Q* enim ipsum] *B E* : ipsum autem *J*, ipsum enim *C I O P Q S* [enim *superscr.*] O_2 scimatici *B* **38** non] *add.* in C_2 C_3 C_4 sentiendi] *ex* sentiendum O_2 aput *B* **39** incognita] *om.* P_4 metuentes] *ex* metuenda *(?)* S_1 et] id est C_4 **39-40** apostolicam sedem *C O P Q S* **40** pessuna *(?)* C_2 oppinio P_1 scisma] *ex* scissina O_2 **41** esse] *om.* B_1 *D* enuntiat] *B C D O Q S*: denuntiat B_1 *P* august. enunt. de talibus [dicens *om.*] B_1 *D* **42** aduersus] *B P Q*: aduersum C_1 *O S*, qui aduersus *C*, qui aduersum B_1 *D* eccles.] *om. O* **43** apostolica O_1 O_2 P_1 epistulas] i *post* 1 *expunx. B* **44** credendo] credit B_1 *C D*, *add. iter.* meruer. P_1 inmanissimum *C* O_4 P_2 P_4 **45** scism. crimen] *B* B_1 *D*: crimen scism. *C O P Q S*, scism. *eras.* P_1 poterit] *ex* potat S_1 **46** ad summam aut] *I* O_3 *Q S*: ad summ. autem *B J*, assumam aut *C O P* illos] alios *C* eccles. esse *I J*, esse in eccles. C_2 C_3 C_4 **47** esse eccles. O_3 O_4 possunt O_3 *P* nos] non C_2 C_3 C_4 iudicabi-] *ex* iudicaba- *J* **48** ueram] uestra C_2 C_3 C_4, uero *P* constat esse C_2 C_3 C_4 O_3 O_4 S_2 **49** unitate] *ex* enitate S_1 cognoscite] *ex* cognoscete S_1, cognoscitis *J* **50** nisi] *om.* C_2 C_3 C_4 non posse] *om. B* **51** noli] *ex* nali *I* nulla] *om.* P_1 **52** indeferenter O_4 **53** enim] *om. C D O P Q S* christus *J*

10. **beatus ... Augustinus:** Simile quid invenitur in *De doctrina christiana*, II, 8, 12: ... *inter quas sane illae sint, quae apostolicas sedes habere, et ab ea meruerunt accipere epistolas* ... (MIGNE, PL. 34, c. 40; H. J. VOGELS [*Florileg. Patrist.*, fasc. 23], Bonnae, 1930, p. 24).

13. **Non est ... Christi corpus quod scismaticus conficit:** Non quod Pelagius deneget vim consecrationi schismaticorum, quamvis medio aevo in controversiis contra simoniacos perverso sensu eis verbis quidam male usi fuerint, ad iura sedis apostolicae propugnanda. Cf. GERHOHI, *Episto-*

dirigimur. Nec enim diuisum esse Christum, poterit quisquam sine
apostoli reprobatione confingere. Unam, ut saepe dictum est,
quae Christi corpus est, constat esse ecclesiam; [quae] in duo uel in
plura diuidi non potest: simul enim, cum ab ea quisque discesserit,
esse desistit ecclesia. Unum Hierusalem templum est: ydolis ne- 14
cesse est ut immolet, qui semet ipsum diuiserit. [Item]. De Paulino 15
autem episcopo timorem uestrum paulisper infringite, et ea quae
in illum adhuc augeri posse dicitis crimina, uelut iam non necessa-
ria sicut ecclesiae filii post ponite. Nihil enim nobis tale quale
suspicamini a quoquam poterit suaderi. Magis autem hoc aposto- 16
licae censura sedis agimus, ut concessae sibi paenitentiae beneficiis
non fraudetur; sed illi qui potens est peccata dimittere supplican-
do, ut illic in eius qui caput nostrum est iudicio, et in praesenti
si ita paenituerit saeculo, ab eius corpore ueniam consequatur.
Quem tamen nos cum graui obiurgatione per diaconos hinc confes- 17
tim exire, et ad monasterium in quo relegatus fuerat properare

53-54 si... dirigimur] *om.* *D H* **54** nec] neque *H* poter. christ. *H* quispiam C_1 **55** probatione P_1 confingere] *ex* confringere C_2, congere O_3 **56** corpus chri. est *Q*, est chri. corpus *(recte fort., cf. l. 52-53)* *I J* constat esse] *C D I J* O_1 O_2: esse constat *H* $O_3 O_4$ *P Q S*, *add.* ad S_2 quae^2] et *S*, *om.* C_1 *I J O P Q* **57** in] im (implura) O_2, *om.* C_2 C_3 C_4 *D S* cum] *om.* C_3 C_4 ab] ad C_2 quisquis *Q* discesserit] *om.* *I J* **58** eccles. esse desistit *P* iherusalem C_2, ierusalem *C* ydolis] *D*: ydolo C_2, idolo *C* **59** imolet C_4 semed C_2 **61** *quaedam eras. aut delet. sup. verba* adhuc... posse, -a uelut iam *vid. in B* **67** penituerit *(*penit., *ut solet)* *ex* potuerit *B*

lam ad Innocentium papam (E. Sackur, MGH., *De lite*, t. III, p. 225-226); Eiusdem, *Librum de simoniacis* (Idem, *ibid.*, p. 264-267); Anonymi, *Tractatum de scismaticis* (I. Dieterich-H. Boehmer, *ibid.*, p. 112-130); Deusdedit, *Libell. contra invasores et simoniacos*, II, 3-4 (B) (E. Sackur, MGH., *De lite*, t. II, p. 320-322). Contra, pontificis verba spiritualiter sunt intellegenda: corpus enim Christi (ut paulo infra dicit) est Ecclesia. Cf. etiam ep. 60,3, p. 161; S. Tromp, *Corpus Xti. quod est Ecclesia* (Pontif. Univ. Greg.), t. I, Romae, 1946, p. 80. Pelagii mens consonat prorsus eis, quae Cyprianus et A. Augustinus, quorum verba adlegavit, scripserant. Cf., verbi gratia, S. Cypriani, *De catholicae ecclesiae unitate*, 4-6 (G. Hartel, CSEL., t. III, 1, p. 212-215). Cf. etiam ep. 24, 14, p. 76-77.

sine apostoli reprobatione: Cf. *1 Cor.*, 1,10-13; 12,12-27.

14. Cf. *2 Par.*, 32,12 cum *Dt.*, 12,1-14; 4 Reg., 21,4-7; *Io.*, 4, 20, cetera.

15. **De Paulino ... episcopo:** Forosemproniensem praesulem esse reor, de quo infra loquitur in epp. 60,1-3; 69; 70; 71,1, p. 159-160; 178-182.

praecepimus, alioquin sciret, se ferro uinctum atque naui inpositum, ad praedictum locum paenitentiae reportari: qui absolute se ambulaturum esse promisit.

70 ferro] *ex* ferre *B* **71** absolute] *in marg. B.*

17. **naui inpositum:** Monasterium ubi relegatus fuerat contumax antistes in insula quadam forte situm erat. Cf. simile exemplum in ep. 92,2, p. 219.

36

Episcopum Bonum rogat, ut subdiaconatus ordine initietur monachus Rufinus a Teodoro designatus. Postea vero mittat eum Romam, quo papa eum sacerdotio insignire possit: itaque in basilica sancti Laurentii divina officia tempore paschali celebrari valebunt.

J-K. 995; KEHR II, p. 54, 1.

ex. m. februario - in. m. martio a. 559

Edd.: THANER, Anselmi Luc. Coll. can. VII, 96, p. 403; THIEL, Epp. Rom. Pont. Gen., Gelas. ep. 41, p. 454; FRIEDBERG, Decr. Gratiani, XVI, I, 31, c. 769.

PELAGIUS BONO EPISCOPO GAUINATI. In parrochia tua, basilica sancti Laurentii, quae in possessione filii et consilia- 1

Codd.: B fol. 28^{v}: (2: filius...-3... faciemus); *E_1 fol. 46^{v}:* (2: filius...-3... faciemus), *E_2 fol. 66vb-67^{a}, E_3 fol. 70^{v}, E_4 fol. 35^{a}; O [Thaner, p. 403]; P_1 fol. 323, P_2 fol. 40^{a}-41, P_3 fol. 27^{va-vb}; Q fol. 69-69^{v}.*

1 pelagius] *E Q*: gelasius *O P*, *om. B* gauinati] *E*: gauenati E_1, sauinati *O P Q*, *om. B* parroechia P_1

A. THIEL, *o. c.*, p. 454, has litteras Gelasio tribuit *(Ep.* 41), nixus tantum auctoritate cod. *Vatic. lat.* 1364, mei O_4. Pro Pelagiana origine huius epistulae militant autem: 1.°) insertio inter alias litteras papae in *Coll. Britannica;* 2.°) continetur item inter epistulas nostri pontificis, et quidem, cum expressa mentione nominis eiusdem, in *Coll. in II libros* et in *Coll. Tripartita*. Tres itaque coll. et duae saltem earum familiae, contra duas alias, *Coll. Anselmi* videlicet et *Polycarpum*, quae ad unum stipitem reducuntur, auctoritatem Pelagianam tuentur. Cum autem nil solide ostendat Bonum, Gabii aut Curium Sabinorum sedis fuisse re ipsa episcopum tempore Gelasii, nihilque serio ratione stili inferri possit pro Gelasiana origine litterarum, nihil impedit, quominus epistulam Pelagio nostro potius quam Gelasio vindicetur. Cf. P. EWALD, *o. c.*, *l. c.*, p. 546, n. 1.

Tit. **Gauinati:** Sive melius *Gabinati*. Quae lectio prae alia *Sauinati* (Sabinati) indubie est retinenda, nam: 1.°) rarior est, et facilius mutari potest G in S quam e converso; 2.°) vocabulum *Sabinates* a Sabina deductum invenire nequivi: episcopi enim Curium Sabinorum, *Sabinienses, Sabinenses, episcopi S. Anthi(e)mii* vocati fuerunt, numquam vero, quod noverim, *Sabinates*. E contrario Gabiorum antistes, iam inde a remotis temporibus, communiter nomine *Gabinatis* sive *Gavinatis* fuit notus. Ita, exempli gratia: *Asterio Gabinate (Gabinate* vel *Davinati* [1. Gavinati]*) (sic)* in Conc. Romano a. 465 (MANSI, t. VII, c. 959; 967-968); *Andrea Gabinate*

rii nostri, uiri magnifici Theodori fundata est, officium praesbyterii deesse cognouimus. Et quia praefatus filius noster nobis 2
retulit inuenisse se Rufinum quendam monachum, olim sibi uita et moribus comprobatum, et hunc postulat illic praesbyterum con-

4 -terii] O_7 *P Q (cf. ep. 34, l. 10 et 20; ep. 43, l. 7)*: -teri *O* deesse] esse P_3 cognouimus] se *praecd. eras. Q*, cognoscimus *O* et] *superscr. Q* noster] *add.* theodorus *B E* nobis] *om.* P_1 **5** retulisset P_3 se] *om. O* P_1 P_3 ruphinum O_4 O_5 quondam *(?) Q* **6** conprobatum E_1 E_4 illic] ibi *O P Q* praesbyterum] episcopum *B*

(sic) in Conc. Rom. a. 487 (MANSI, *ibid.*, c. 1171); *Mercurius ... Gabinatium (Gavinatis)* vel *Gavinatis) (sic)*, sive *Mercurius Gabinas*, in Synodis Roms. aa. 501; 504 (MANSI, t. VIII, c. 252; 314; Th. MOMMSEN, *Acta synhodorum..., l. c.*, p. 435,48); *Martino Gavinate (sic)* in Conc. Later. a. 649 (MANSI, t. X, c. 866). Utrum hoc oppidum Gabii in Latio (ad hodiernum *Castiglione)*, an potius in Sabinis *(Torri)* exstiterit, nondum plene dilucidatum est, quamquam primum praeferendum videtur. Cf. H. DESSAU, CIL., t. XIV, p. 279, n. 1 et 2. Quod spectat ad veterem Gabiorum urbem, cf. Idem, *ibid.*, p. 278-279; G. TOMASSETTI, *Della campagna romana*, in *Arch. d. Soc. Rom. d. storia patria*, t. XIX, 1906, p. 65-74; WEISS, *Gabii*, in *Pauly-Wissowa*, t. VII, c. 420-422; F. LANZONI, *o. c.*, p. 129-131; 354-355; G. BERTONI, *Gabii*, in *Enc. Ital.*, t. XVI, p. 236; S. PRETE, *Castiglione*, in *Enc. Cattol.*, t. III, c. 1037 (nimis breve). Quod autem adtinet ad Cures Sabinorum (ad hodiernum *Passo Corese)*, unde hucusque Bonus antistes credebatur, cf. HUELSEN, *Cures*, in *Pauly-Wissowa*, t. IV, c. 1814; F. LANZONI, *o. c.*, p. 345-353; P. KEHR, *o. c.*, t. II, p. 53-54; E. JOSI, *Sabina e Poggio Mirteto*, in *Enc. Cattol.*, t. X, c. 1518-1521. Iam autem satis prudenti lectori patet ex dictis, opinor, Bonum episcopum post Mercurium Gabinatem re vera, non autem post Iulianum Sabinensem esse ponendum.

1. **consiliarii nostri:** Cf. Th. E. v. SICKEL, in *Mitteil. d. Inst. f. Oester. Gesch.*, t. XXIII, 1902, p. 53, n. 1.

uiri magnifici Theodori: Vir eiusdem nominis et tituli tempore S. Gregorii Magni vixit. Cf. J-E. 1222: S. GREGORII MAGNI. *Reg.*, III, 18 (P. EWALD, MGH., *Epp.*, t. I, p. 176-177); J-E. 1794: Idem, *Reg.*, XI, 4 (L. M. HARTMANN, *ibid.*, t. II, p. 262). Quoad *viri magnifici* titulum, cf. notata supra, in epp. 23,4 et 29,1, p. 71 et 84.

2. **Rufinum:** Monachus, ut ex sequentibus patet, ignotus.

monachum olim sibi... comprobatum: Hanc locutionem sumpsit Ph. V. BAGAN, *o. c.*, p. 30, velut exemplum dativi agentis apud Gelasium. Iam vero, tum haec verba, tum alia quae sub littera *b) With the Perfect Participle* ibi prostant, sunt ambo Pelagii nostri non autem Gelasii. Aliud enim exemplum: *admonitione suscepta ... Aemiliano magistro militum et Constantino iudici* est ep. 29,1. Ita non semel in opere illius viri litterae istae adtribuuntur Gelasio, quod quidem casu observavi. Cf. p. LXXIII, n. 1.

secrari, quod [ad] subito fieri nos, praerogante obseruantia, non
adquieuimus. Ideoque dilectio tua, his acceptis, sabbato ueniente 3
faciat eum subdiaconum, et, si Deus uoluerit et uixerimus, mediana
ebdomada praesbyterum faciemus, quatenus superuenienti festiui-

---

7 subito] *O (cf. epp. 19, l. 129 et 31, l. 6)*: ad subito *(an recte?) B Q*, ad subitum *(etiam probab. lect., ob auctor. codd. E in hac ep.) E P* praerogata *O P Q* **8** adquieuim.] E_2 E_4 O_1 O_2 O_9 *Q*: aquieuim. *B*, acquieuim. E_1 E_3 *O P* hiis P_3 sabbati O_4 uenienti *Q* **9** subdiaconum] *B E* O_1 O_2 O_9 *P* [subdiach.] P_2: diaconum *ex* subdiac. *(sub eras.) Q*, diaconum *O* medianam O_4, mediana quadragesimae O_3 **10** epdomada *B*, ebdomadam O_4 faciemus] *E*, *ex* fac *B 2*: fac̄ P_1, P_2 *(?)*, faciat *(an recte?; cf. supra l. 9 et ep. 43, § 2-3)*, P_3 fac *O Q* [*ex* facit] O_2 superuenienti] O_1 O_9 *P*, *ex* superuenti *Q*: superueniente *O*

[ad] subito: In originalis litteris ita fuit fortasse re vera scriptum, vel *ab subito*. Attamen, *ab* (?) *ad* non genuinum putavi, eo quod in aliis litteris, videlicet, 19,26 et 31,2 una vox *subito* usurpata reperitur.

praerogante: Potius quam *praerogata*. Quoad sensum verbi huius, cf. adnotationes in ep. 37,1.

obseruantia: An ea quam S. Gelasius I statuit? Illa vero proprie ad presbyteros et diaconos tantum spectat. Cf. J-K. 635; 676: S. GELASII I, *Ep. episcopis per Lucaniam et Brutios et Siciliam constitutis*, 11, et *Ep. clero et ordini et plebi Brundusii* (A. THIEL, *o. c.*, p. 368; 380; MIGNE, PL. 59, c. 52 B; 102 B). Cf. etiam *Lib. diurnus*, form. 6 (Th. E. v. SICKEL, *o. c.*, p. 6, l. 16-19).

3. **sabbato ueniente:** Auctori lectionem *diaconum* pro *subdiaconum* retinenti (cf. apparatum), recte visum fuit, hoc sabbatum fuisse *ieiunii quadragesimalis initii*, sicut locutus fuerat Gelasius (cf. supra), id est, sabbatum quattuor temporum Quadragesimae a. 559, quod accidit die 8 martii a. 559. Igitur, illa lectione stante, litterae hae datae fuissent circa dies 2-7 martii a. 559. Ego vero consensu codd. maioris auctoritatis permotus, lectionem *subdiaconum*, ut indubie genuinam, servavi. Itaque iam probabilia demonstrantur et alia sabbata, ante sabbatum *in mediana*, quod die 29 martii a. 559 evenit. Verum cum verba *si uixerimus* et adlusio ad Pascha, temporis spatium non nimis parvum, neque diem nimium a Paschate distantem supponant, non multum a veritate aberrare censui, si diem quo data fuit epistula statuerem initio circiter eiusdem martii mensis. In praxi igitur fere cum auctore consentii.

subdiaconum: Vide sis codd. testimonia in apparatu lectionum variarum. Verbum, si re ipsa, ut reor, genuinum est, Theologiae historicorum haud parum interest. Cf. L. DUCHESNE, *Origines du culte chrétien*, Paris, 1920, p. 375, n. 1; H. LECLERCQ, *Ordinations irrégulières*, DACL., t. XII, 2, c. 2391-2401; M. ANDRIEU, *o. c.*, t. III, p. 555-556; 564-566. Locus non dicit contra ep. 19,26: ibi enim tractantur abusus et mores ecclesiae Gallicae, qui ceteroqui a pontifice improbantur.

mediana ebdomada: Videlicet, quarta Quadragesimae hebdomada, in qua sabbatum *in mediana* sive *Sitientes* proprius dies ordinatio-

tate paschali sacra mysteria in memorata basilica a persona competenti ualeant adimpleri.

---

11 pascali *Q* misteria *P Q* a] *om.* P_3.

---

num invenitur. Cf. C. CALLEWAERT, *La durée et le caractère du carême ancien dans l'Église latine*, Bruges, 1920, p. 55-56; Idem, *La semaine «mediana»* ..., *l. c.*, p. 206-208; Dom Ph. OPPENHEIM, *Pro Christo legatione fungimur*, Romae, 1949, p. 56, n. 1; 57-60; M. ANDRIEU, *o. c.*, t. III, p. 311-312.

37

(37 + 48)

Quamvis schismaticus correctionem mereat, tamen, pontifex Agnellum hortatur ut, quem ad Ecclesiae ovile rediit, ultro recipiat, nam saepenumero transgressorum emendationem mansuetudine obtinetur in bonoque confirmantur beneficia eis largiendo.

J-K. 996; 1007; KEHR V, p. 22, 16; 23, 17.

in. - med. m. martio a. 559

Edd.: (1-2) *EWALD, NA. V, Coll. Brit. Pelag. ep. 24, p. 547;* (3-4) *LOEWENFELD, Epp. Pont. Rom. Ined., 32, p. 17.*

PELAGIUS AGNELLO EPISCOPO. Licet scismatis reo 1
nonnulla ecclesiasticae correctionis debuisset censura monstrari,

---

Codd.: B fol. 28^{v}*:* (1-2), *fol. 30*^{v}*:* (3-4); E_1 *fol. 47*^{a}*:* (3-4), E_2 *fol. 67*$^{a-b}$, E_3 *fol. 71,* E_4 *fol. 35*^{b}.

1 pelagius] *om. (fol. 30*^{v}*) B*

Dies conscriptionis huius et sequentium epistularum usque ad ep. 42 comprehendi videntur inter probabile tempus praecedentis et terminum ante quem (22 martii a. 559) ep. 43; videas quae ibi notavi. Cf. tamen quae de ordine *Coll. Britannicae* in prolegomenis disserui, p. XXXIII-XXXV.

Tit. **Agnello episcopo:** Ille videtur praesul Ravennas ad quem etiam epp. 50 et 74 scripsit Pelagius. Cf. p. 131 et 187. Quoad Agnellum, cf. AGNELLI RAVEN., *Lib. pontif. eccl. Raven.*, 84-92 (O. HOLDER-EGGER, MGH., *SS. rer. Langob.*, p. 333-336). Cf. etiam J. FRAIKIN, *Agnello*, DHGE., t. I, c. 967-968; X. LE BACHELET, *Agnellus (Saint)*, DTC., t. I, c. 586; F. LANZONI, *o. c.*, p. 762; E. STEIN, *Ordinarii ..., l. c.*, p. 379-387; H. LECLERCQ, *Ravenne*, DACL., t. XIV, 2, c. 2084; 2131,13; 2132,22; 2137-2138,57. Quod autem adtinet ad sedem Ravennatem, cf. praeterea M. MAZZOTTI, *Ravenna*, in *Enc. Cattol.*, t. X, c. 558-573. — Textum harum litterarum restitui, in unum coadunans epp. 24 et 35 *Coll. Britannicae* (P. EWALD, *o. c., l. c.*, p. 547; 549); quod exposcebant et aequales prorsus tituli, et argumenti unitas; tum sensus alioqui mancus et perobscurus ep. 35 *Coll. Britannicae* — Ewald — (cf. S. LOEWENFELD, *o. c.*, p. 17, n. *f*), tum demum evidens aspectus fragmentarius, qui saltem in ep. 35 Ewald (§ 3-4) patet: *Nosti*

misericordiam tamen uolumus praerogare iudicio, non obliti apos-
tolicae uigorem sedis, sed caritati, quae omnia superat, uniuersa
subdentes. Suscipe igitur in catholica communione reuertentem 2
ad ecclesiae septa pastorem, et praeteritorum oblitus, sola no-
biscum sume gaudia reparati. Nosti enim frequenter mansuetu- 3
dine corrigi etiam delinquentes, et, ut deinceps peccare non libeat,
beneficiis optineri. Sic etenim gubernatores animarum necesse 4
est agere, ut duplici benignitate, et sanari perueniant, et per
affectum solidari ii quos in nostra manu regendos suscepimus:

---

3 iudicio] i *prim. corr. vid. ex* e *aut ex* a *(?) B* **4** karitati *B* **8** libeat] *superscr. delet.* liceat E_3 **9** optineri] *B* E_3: obtineri *E* **10** dupplici E_3 **11** effectum E_1 E_2 ii] E_3: hii *E*, hi *B* regendo *B* E_4

---

enim ... Nunc autem sensus horum § 3-4 sat bene perspici potest, nec simul in *Coll. Britannica* et in *Tripartita* textum censeri oportet corruptum.

1-2. Sunt ep. J-K. 996.

1. **misericordiam ... praerogare iudicio:** Inde clare verbi *praerogare* sensus patet. Apud S. BENEDICTUM, *Regula*, 64, v. 10 (A. LENTINI, *o. c.*, p. 552) habes similiter: *semper superexaltet misericordiam iudicio.* (Cf. *Iac.*, 2,13; *Mt.*, 5,7). *Praerogare* igitur, et hic et in praecedenti epistula, sensu pollet, ni fallor, *praestandi, praecedendi, praecellendi* vel *praeveniendi.*

caritas quae omnia superat: Cf. *1 Cor.*, 13,4-13; *Col.*, 3,14.

2. **pastorem:** Eum fuisse videtur antistitem Ravennatis provinciae, quod vero nomen et sedes illi fuerit ignoro. De eo mentio fit in ep. 38, et ad eum ep. 39, magna cum probabilitate missa fuit. Utrum Ioannes fuerit re ipsa vocatus an non, cf. notata in titulum ep. 39, p. 111.

3-4. Sunt ep. J-K. 1007.

3. **Nosti enim:** Alia itaque subaudiuntur praedicta, § 1-2 nimirum, quibus optime consonant, quae sequuntur.

4. **solidari hi ... suscepimus:** Haec recta videtur interpunctio, quamvis post *solidari* interpungant E_3 et *B*.

regendos: Etiamsi, solius grammaticae habita ratione, rarior sit lectio *regendo suscepimus, regendos* potius praeferenda videtur, utpote textui congruentior, et quod paleographice est commutationi in faciliorem formam *regendo* obnoxia.

possint remittere etiam nobis petentibus! Quod si nos cessaremus, sacerdotale te facere compellebat officium.

12 remitere *B* petentibus] *E* [paet.] E_2: penitentibus *(an recte?) B*, peccantibus E_4
13 conpellebat E_1 E_4.

nobis petentibus: Quamvis lectio sit ea, quam exhibet *Coll. Britannica*: *penitentibus*, graphice facilior, hanc tamen credidi retinendam, propterea quod cursui facit optime satis, dum, recepta *Britannicae* lectione, rhythmicus cursus perimitur. Etiam verbo *remittere* potius et planiori modo congruit lectio admissa, quam rarior forma *Coll. Britannicae*, quae vero probabilitate non caret. Signum admirationis ego scripsi; ita solvuntur fortasse difficultates textus, quem S. Loewenfeld, *o. c.*, p. 17, n. *f*, merito corruptum putabat. Secus ⟨*ut*⟩ aut ⟨*et*⟩, sive ⟨*et ut*⟩, verbo *possint* anteponi deberent.

si nos cessaremus: Subintellegi debere videtur sequens *facere*.

38

(97 + 38)

Domino gratias reddit, quod tam difficilioribus temporibus, auxilium oportunum comitis Ioannis praebuerit non solum in reipublicae bonum, verum etiam in Ecclesiae ipsius profectum. Propter mediationem eiusdem comitis et ob amoris significationem nonvult conversum censura ecclesiatica afficere. Eum igitur libenter excipit. Pelagii querela adversus schismaticos haec est: isti semetipsi fefellerunt, cum sine ratione accusationes contra pontificem admiserint eisque consensum praebuerint.

J-K. 971; 997; Kehr, VII, 1, p. 2, 4.
in. - med. m. martio a. 559

Edd.: (1) *Theiner, Disq. crit., p. 202, 7;* (2-4) *Loewenfeld, Epp. Pont. Rom. Ined., 27, p. 15.*

PELAGIUS [PAPA] IOHANNI COMITI ⟨PATRIMONII⟩.
Benedicimus misericordiam Dei, qui necessario tempore, sicut uere

Codd.: B fol. 28^{v}*-29:* (2-4); *I fol.* 53*-*53^{v}*:* (1).

1 pelagius papa] *om. B*

Huius epistulae textum integrum ferme edere potui ope fragmentorum quae in *Coll. Vindobonensi* et *Britannica* exstant. Haec enim excerpta mutuo sibi complere, ut partes unius eiusdemque epistulae, constat tum aequalitate titulorum, tum unitate et consonantia argumenti in eis pertractati, tum demum, quod ambo esse fragmenta perspicuum est omnino, nam § 1, uti patet, est initium et quasi introductio litterarum, cum salutationis laudibus, id est, cum benivolentiae captatione, dum in § 2 *Quamuis* aliqua ante dicta veri similiter subaudit. Verum quaedam adhuc forte inter utrumque desiderantur, sicut certo et in fine.

Tit. **Iohanni comiti:** Qui esse videtur ille *comes patrimonii* ad quem fuerunt missae epp. 62 et 75, p. 163 et 189. Idem opinantur P. Ewald, *o. c., l. c.*, p. 547, n. 2, et E. Stein, *Histoire* ..., p. 615, n. 1. In duobus quae coniunxi fragmentis *patrimonii* vocabulum deerat, quod sane est indicium aliud, ambo ex uno apographo, ubi iam illud non erat, desumpta fuisse. Ioannes Ravennae probabiliter degebat, nam Pelagius ipsi eadem fere scripsit perinde ac episcopo eiusdem urbis. Cf. adnotationes in ep. 62,1, p. 163. Quoad *comitis sacri patrimonii* munus et titulum, cf. Th. Mommsen, *Ostgotische Studien, l. c.*, t. XIV, p. 464-465; Seeck, *Comites*, 67; 87, in *Pauly-Wissowa*, t. IV, c. 661; 675-677; E. Stein, *Histoire* ..., p. 206; 424;

prouidus pastor, uestram excellentiam rei publicae uoluit praeesse negotiis, per quam non tantum laicorum hominum comprimerentur excessus, uerum etiam diuidentium se ab ecclesia sacerdotum colligerentur scismata * *. Quamuis is qui reducitur, errasse 2
se hactenus, aliqua suscipiendi difficultate pro ecclesiastici censura uigoris, intelligere debuisset, tamen quia ab illo reductus est, cui et pro affectu caritatis et pro excellentiae honore negare nihil pos⟨s⟩umus, expanso caritatis sinu suscepimus reuertentem, et quanto reditum eius parturierit ecclesiasticae unitas pacis, ex ipsa ueniae effusione monstramus. Nam et suscipi eum et catho- 3
licae fidei communioni iussimus adunari, quia sicut docte ueraciterque dixistis, nihil in illo maxime nisi solam a se diuisionem dolebat ecclesia. Eadem siquidem fides in symbolis, eadem forma in baptismatis sacramento, eadem in dominici corporis consecratione mysteria. Quod si et ⟨aliqui⟩, ignorantia faciente, scismat[h]i- 4
corum errore seducti, in capitulorum trium defensione contra fidem suam uidentur insurgere, et ob hoc ipsum nos aliter aliquid de his quae praediximus, uel in confessione uel in actu suspicati sunt habuisse, nos tamen scientes eos non elimato iudicio, sed errore, ut dictum est, ista sensisse, hoc in eis magno opere, quod nunc in isto correctum est, culpauimus.

4 negociis *I* 6 is] *ex* his *B* 8 debuisset] *corr. vid. ex* decuisset *B 2 (?)* 10 karitatis *B* 15 symbolis] sy *corr. vid. ex* sc *B* 17 misteria *B* scismath., *an pro* schismat. *(?) B* 18 errore] *ex* more *B 2* correctum] *coni. Loewenfeld*: correptum *B.*

432; 761, n. 1. Ioannes autem noster non videtur *comes sacri patrimonii per Italiam*, qui Constantinopoli vivebat, verum potius *comes* quidam, eidem subditus, qui eius personam in Italia gereret. Cf. E. STEIN, *Untersuchungen...*, p. 385-387.

1. Est epistula J-K. 971.

2-4. Sunt epistula J-K. 997.

2. **pro excellentiae honore:** Quod ad titulum refert, cf. notata in ep. 3,7, p. 9.

3. **iussimus adunari:** Cf. ep. 37,2, p. 107.

Eadem siquidem fides: Denuo ostendit papa damnationem Trium Capitulorum fidem non tetigisse, et qui adversus eam insurrexerint shismaticorum nota tantummodo posse inuri.

4. **et ⟨aliqui⟩:** Aut aliud simile, *quidam* fortasse, addendum.

39

Pelagius cuidam episcopo, qui schisma reliquerat, ostendit fieri non posse, ut Ecclesiae pontifex a sedibus apostolicis, et praecipue a Romana, recedat.

J-K. 998; KEHR VII, 1, p. 2, 5

in. - med. m. martio a. 559

Ed.: LOEWENFELD, Epp. Pont. Rom. Ined., 28, p. 15-16.

[IOHANNI] *EPISCOPO* PELAGIUS. Adeone te in summo 1
sacerdotii gradu positum catholicae fefellit ueritas matris, ut non statim scismaticum te conspiceres, cum a sedibus apostolicis recessisses? Adeone populis ad praedicandum positus non legeras 2
super apostolorum principem a Christo Deo nostro ecclesiam esse

Cod.: B fol. 29.

1 episcopo] *scripsi*: comiti *(cf. titul. ep. 38) B* 4 prae-] pre- *(saepius; ita et infra l. 7; quod vero iam non notabo) B* positus] *ex* positis *B*

Tit. Quem *Coll. Britannica* fert: *Iohanni comiti Pelagius* non est evidenter nisi iteratio quaedam tituli praecedentis epistulae. Is enim ad quem litterae fuerunt missae est episcopus, prout aperte patet: *inr* at: *summo sacerdotii gradu positum*, et quidem praesul, qui ab Ecclesia defececum *a sedibus apostolicis recessisses*. P. EWALD, *o. c.*, *l. c.*, p. 547, n. 3, et S. LOEWENFELD, *o. c.*, p. 15, n. *e* (post E. Bishop) Paulinum Aquileiensem (cf. notulas in ep. 59,1.3., p. 155-156) esse scribendum coniectarunt. Hoc autem parum probatur, nam episcopus praesentis epistulae vix in gremium Ecclesiae tunc temporis erat receptus, sicut toto textu litterarum ostenditur plane, praesertim vero ultimis epistulae verbis: *tu*, carissime *iam* in Christo, *ab ista divisus errabas*. Est itaque probabiliter valde idem praesul de quo in epp. 37 et 38 loquitur, cui autem forte Ioannis nomen re vera fuit, cuiusque igitur solum munus scriba influxu tituli superioris errasset. Lectionem vero manuscripti, deletis *Iohanni comiti*, addito *episcopo*, securius emendandam opinatus sum.

1. **a sedibus apostolicis:** Saepe ita, plurali numero, in primis Romana sedes signatur. Cf. epp. 10,3; 19,21; 24,2.9; 35,8.11; 39,3; 52,9, cetera; videri possunt adnotationes in ep. 24,2, p. 74.

2-4. Papa prae oculis habuit S. CYPRIANI, *De catholicae ecclesiae unitate*, 4, cui infra in § 4 fit adlusio.

fundatam, et ita fundamentum, ut portae aduersus ipsam inferi praeualere non possunt? Quod si legeras, ubinam praeter ipsum 3
esse credebas ecclesiam, in quo uno omnes scilicet apostolicae sed*e*s sunt, quibus pariter, sicut illi qui claues acceperat, ligandi soluendique potestas indulta est? Sed idcirco uni primum quod 4
daturus erat, etiam [in] omnibus dedit, ut, secundum beati Cipriani martyris id ipsum exponentis sententiam, una esse monstretur ecclesia. Quo ergo tu, *c*arissime iam in Christo, ab ista diuisus errabas, uel quam salutis tuae tenebas spem?

---

6 fundamentum] fundatam *coni. Loewenfeld* **9** sedes] *Loewen.*: sedis *B* **11** in] *om. coni. Loewen.* **13** karissime *B*.

---

2. **ita fundamentum:** *Fundatam* pro *fundamentum* proposuit S. LOEWENFELD, *o. c.*, p. 16, n. *a*; addere *esse* maluissem ego, si textus, subaudito praecedente verbo, significationem satis claram, vi maiore insuper praefulgens, non haberet.

portae ... inferi praeualere non possunt: Cf. *Mt.*, 16,18.

3. **praeter ipsum:** Id est: apostolorum principem, sive ipsum fundamentum, quod re ipsa idem valet.

quibus pariter ... ligandi soluendique potestas: Cf. *Mt.*, 16,19; 18,18; *Io.*, 20,23; *Ap.*, 1,18.

4. **beati Cipriani martyris ... sententiam:** Cf. S. CYPRIANI, *De catholicae ecclesiae unitate*, 4 (G. HARTEL, CSEL., t. III, 1, p. 212, l. 8-213, l. 5).

salutis tuae tenebas spem: Textus, uti alibi frequenter, mancus apparet.

40

Optatis Andreae et Ioannae obsecundans, rogat episcopos Amabilem et Leontium, ut eos munire velint.

J-K. 999 in. - med. m. martio a. 559

Ed.: LOEWENFELD, Epp. Pont. Rom. Ined., 29, p. 16.

⟨PELAGIUS⟩ AMABILI ET LEONTIO EPISCOPI⟨S⟩. An- 1
dreas et Iohanna por⟨r⟩ecta nobis peti*t*ione quae habetur in [in] subditis, tuitionis se ecclesiasticae, salua tamen iusti*t*ia, postula⟨n⟩t auctoritate muniri, idque per uestram fieri desiderant caritatem, in quorum se etiam diocesibus habitare commemorant.
Fraternitas igitur uestra, praesenti auctoritate suscepta, tui*t*ionem 2
eis ecclesiasticam, salua in omnibus iusti*t*ia, impendere non moretur, maxime quia de statu suo sibi moueri iniustam queruntur quaestionem; in quibus negotiis se ecclesiasticae misericordiae et solet et debet commendare praesidium.

Cod.: B fol. 29.

1 episcopis] *Loewenfeld* **2** porrecta] *Loewen.* peticione *B* **3** iusticia *B* **4** -lant] *Loewen.* **6** tuicionem *B* **7** iusticia *B*.

Tit. **Amabili et Leontio:** Sicut et eorum sedes sunt ignoti. Fuitne vero Leontius episcopus Vicetinae sedis *(Vicenza)*, ubi duo Leontii dubii fertur sedisse ? Eorum alter c. a. 547 vixisset, quod sane meae coniecturae faveret. Cf. B. GAMS, *o. c.*, p. 806; 808; F. LANZONI, *o. c.*, p. 327-328; 918-919. Res, patet, sub iudice manet; verum si aliquando posset comprobari, Amabilem quaerere forte liceret in quadam vicina Vicetiae sedi, uti Aceli *(Asolo)* aut Feltriae *(Feltre)*, non vero Patavii *(Padova)* aut Veronae *(Verona)*, quarum alba sat certa episcoporum constant. Aliam hypothesim videas apud P. EWALD, *o. c.*, *l. c.*, p. 547, n. 4. Quidquid autem est, epistula ad ambo praesules *a paribus* fuit probabiliter missa.

1. **Andreas et Iohanna:** Cum nullo decorentur titulo fuerunt, ut videtur, servi; quod quidem et contextus litterarum innuit, nam *statu suo* iniustitiam passi erant.

tuitionis ecclesiasticae: Cf. praescriptum IUSTINIANI, *Nov.*, 86,1.4. Consuli possunt P. TORQUEBIAU, *Compétence*, DDC., t. III, c. 1192-1193; 1196-1197; A. DUMAS, *Juridiction ecclésiastique (Histoire de la)*, *ibid.*, t. VI, c. 236-240; cf. etiam adnotationes in ep. 63,2, p. 166.

41

Defensori Ioanni iubet, ut Secundum episcopum Taurominitanum ab usu pallii privet, eumque, festo paschali peracto, ad pontificem mittat.

J-K. 1000 med. m. martio a. 559

Ed.: LOEWENFELD, *Epp. Pont. Rom. Ined.*, *30*, *p. 16-17*.

PELAGIUS IOHANNI DEFENSORI. Quoniam Secundus Taurominitanae ciuitatis episcopus no*n* actuum suorum in[g]nocentia confisus, sed superbae magis contuma*c*ia mentis elisus, ecce iam transacto Deo propitio fere triennio, quod sedis apostolicae etsi indigni, tamen largiente et propi*t*iante Deo, suscepimus curam, ne dignatus quidem utrum uiueremus addiscere, sed causis ac negotiis quibus sibi competit occupatus, remisso pudoris freno uagari se credit, in tantum ut in sua[m] prope numquam inueniatur 1

Cod.: *B fol. 29-29*[v].

2 non] *Loewenfeld*: nos *B* 3 magis] gis *superscr. B* contumatia *B* elisus] *an fortasse* elusus *(?)* 5 propiciante *ex* propiciente *B* 6 ne] *ex* nec *B* 8 se] posse *add. coni. Loewen.* sua] *Loewen.*

Tit. **Iohanni defensori:** Ad quem ep. 44, p. 121, fuit item directa; forte est idem defensor Ioannes de quo loquitur ep. 92,1, p. 219. His litteris docemur eum in Sicilia defensoris munus obiisse.

1. **Secundus:** Cf. P. EWALD, *c. o.*, *l. c.*, p. 548, n. 2. Iterum iterumque incusatur in epp. 78 et 79, p. 193-195.

Taurominitanus episcopus: Tauromenii, hodierna *Taormina*, in littore orientali Siciliae. Cf. F. LANZONI. *o. c.*, p. 616-624; G. PALADINO, *Taormina*, in *Enc. Ital.*, t. XXXIII, p. 242-244.

iam transacto ... fere triennio: Consentiunt itaque et textus hic et chronologia epistulae in *Coll. Britannica*, ubi prostat ante ep. 43, cuius terminus ante quem est dies 22 martii a. 559. Memor esto Pelagium fuisse probabiliter sacratum die 16 aprilis a. 556, ut monstravit cl. L. DUCHESNE, *Vigile et Pélage ...*, *l. c.*, p. 428, n. 3.

uagari se credit: S. LOEWENFELD, *o. c.*, p. 17, n. *a*, putavit *posse* fore addendum, non inmerito quidem. Sed cum *credere* vim habeat interdum, quam denotant verba: *se dare*, *se tradere*, *se committere*, hisque similia (cf. *Thesaurus* ..., t. IV, p. 1131-1133), absonum non videtur, sensum aliquem istius modi *se credere* hic habere. Ita et vis acutior sententiae,

ecclesia[m]; idcirco experientia tua pallium quidem ei ne utatur omnimodis interdicat, ipsum etiam post diem sanctum pasc⟨h⟩ae, ut nostris obtutibus praesentetur congrua executione conpellat, quatinus disciplinam quam hucusque despexit, non solum ad suam uerum etiam ad aliorum emendationem, competenti censura cognoscat. 2

---

9 ecclesia] *(aeccl.) Loewen.*

---

et cursus (si finis clausulae adsit) aut rhythmus servatur; aliter vero rhythmus ferme perimitur. Una difficultas alicuius momenti est forte constructio verbi cum modo infinitivo. Quod refert ad vitium vagandi in episcopis, recole quod in Conc. Sardicensi a. 347, can. 8 (14) (11), praesulibus ecclesiarum fuit prohibitum, se a propriis ecclesiis plus quam tres hebdomadas abesse. (C. H. TURNER, *Monumenta* ..., t. I, II, p. 474-477; 516-519; MANSI, t. III, c. 27-28; 36). Cf. quoque in ep. 5,7, p. 16, ad verbum *formata*.

2. **post diem sanctum paschae:** His aliquatenus roboratur praesumptio consecrationis pontificis in Pascha a. 556 (die 16 aprilis), nam anno 559 Paschae festum contigit die 13 aprilis. Cum hae litterae fuerint conscriptae medio m. martio a. 559, recte dixit papa, iam fere transisse triennium.

nostris obtutibus praesentetur ... quatinus disciplinam: Episcopis enim Romani patriarchatus incumbebat officium sese quotannis sistendi coram papa, aut saltem quendam mittere legatum die consecrationis pontificis. Cf. *Lib. diurnus*, form. 42-44; 74 (Th. E. v. SICKEL, *o. c.*, p. 31-32; 76-77); L. DUCHESNE, *Le Lib. Pontif.*, t. I, p. CXXIX, 70; P. BATIFFOL, *o. c.*, p. 44. Quoad Siciliam S. GREGORII MAGNI, *Reg.*, I, 39 (P. EWALD, MGH., *Epp.*, t. I, p. 54, n. 5). Episcopus Taurominitanus suo defuerat officio, quocirca voluit papa eidem, vel vi, faceret, satis. Attamen nullo modo id praestitit, prout epp. 78 et 79 nos docent.

42

Defensori Opilio praecipit, ut coram Helpidio episcopo Catinensi instituat presbyterum Maurum aut diaconum Cresciturum, abbatem monasterii et nosocomii sancti Ioannis Catinae, atque omnem ordinandi vel deponendi facultatem monachis interdicat.

J-K. 1001 med. m. martio a. 559

Edd.: (1) *LOEWENFELD, Epp. Pont. Rom. Ined., 31, p. 17;* (2) *THANER, Anselmi Luc. Coll. can., VII, 166, p. 431; MANSI, IX, c. 910; MIGNE, PL. 72, c. 748.*

Ined.: (1: beati Iohannis in Cathena; quem antea... perhibetur expulsus.)

PELAGIUS [PAPA] OPILIONI DEFENSORI. Experientiae tuae praesentibus mandamus affatibus, ut ueniente ecclesiae Catinensis episcopo, aut [eumdem] Maurum praesbyterum [in eodem] facias in monasterio xenodochioque beati Iohannis in

Codd.: B fol. 29^{v}*:* (1... reformari; 2); C_1 *fol. 67-67*^{v}, C_2 *fol. 78*^{b}*-78*^{va}, C_3 *fol. 59-59*^{v}, C_4 *fol. 57*$^{va-vb}$; E_1 *fol. 46*^{vb}*:* (2), E_2 *fol. 67*^{a}, E_3 *fol. 70*^{v}*-71*, E_4 *fol. 35*$^{a-b}$; *O [Thaner, p. 431]:* (2).

1 pelagius] *E O*: gelasius *C* O_7, *om. B* papa] *om. B C E* opilioni] *B C E* O_1: oppilioni *O* **2** mandamus] non damus C_3 C_4 **2-3** catin. eccles. C_2 C_3 C_4 **3** eumdem] *om. C (cf. lin. seq.)* maurum] *C*: marum *B* **4** in eodem] *om. C* facies *B* in²] *om. B* monasterio] a *corr. B* senodochyoque *B* **4-5** beati... cathena] *C* [catena] C_3 C_4: *om. B*

Tit. **Opilioni:** Defensoris munus in Sicilia obibat, in ipsa Catinensi urbe, aut saltem in eiusdem regione, ut ex sequentibus inferri posse videtur. Ioannes vero, de quo in ep. 41, in parte magis septentrionali eiusdem orientalis orae insulae idem munus gerebat.

1. **ueniente ... episcopo:** Cum Helpidius paululum ante tempus sacratus fuisset (cf. epp. 23,3 et 33,1, p. 71 et 89), arbitror eum, post suam ad episcopatum evectionem, nondum ad sedem Catinensem advenisse.

Maurum praesbyterum: Sive *Marum* nomine. Non est ille presbyter Marius ep. 44,6. Is enim, uti aemulus cuiusdam monachi sacerdotis nomine Gaudentii describitur, et eius episcopus non vocatur Helpidius. Adde adhuc, quod duo monasteria multum ab invicem certo distabant, cum sub iurisdictione duorum diversorum defensorum, Opilionis et Ioannis, posita fuissent.

monasterio xenodochioque beati Iohannis in Cathena: *Cathena, Catena* pro *Catina* male frequenter scriptum fuit, ut videri etiam potest in

Cathena, per eos quos Saturninus illustris memoriae uobis [praesentibus] praesentauerit, abbatem fieri, aut Cresciturum diaconum ibidem reformari, quem antea locus ipse habuisse dicitur, et arbi-

5-6 praesentibus] *om. C* **6** praesentauit C_2 C_3 C_4 abatem *B* diaconum] *B*, diacm. C_1: diaconem C_2, diachonem C_3 C_4 **7-8** quem antea... expulsus] *om. B*

codd. S. Gregorii Magni, *Reg.* (MGH., *Epp.*, t. I-II), et in codd. *Martyrologii Hieronymiani* (I. B. de Rossi-L. Duchesne, *Acta Sanctorum Novembris*, t. II, 1, Bruxellis, 1894). — Huius xenodochii monasteriique nomen et exsistentia latitaverant hucusque, quantum scio, in codd. *Coll. Caesaraugustanae.* Nil de eo inveni in recenti opere eruditi viri L. T. White, *Latin monasticism in norman Sicily*, Cambridge, Massachussets, 1938. Idem tamen monasterium aliquatenus et subobscure notum fuisse videtur quibusdam doctioribus viris s. xvii-xviii. En quae I. B. de Grossis, *Catanense decachordum sive novissima sacrae Catanensis ecclesiae notitia*, modul. XVII (Nosocomia ... xenodochia), apud I. G. Graevium-P. Burmann, *Thesaurus antiquitatum et historiarum Siciliae ...*, vol. X, Lugduni Batavorum, 1723, c. 138, scripsit: ... *his adscribendum reor S. Ioannis Baptistae hospitalem domum pro militibus Ierosolimitanis aptatam (S. Ioannis de Fleris nuncupatur) ... Templi huius primordia Saracenorum seculum praecesserunt; ... id Stephanus Syracusanorum Episcopus erexit ... Subdit Pirrus ibidem, fol. 130. Templum D. Iohannis Hospitalis Catanae id esse credimus, quod ad nostra tempora maximam antiquitatem redolens durat ... Stephanum porro Syracusanae Ecclesiae praefecturam gessisse anno circiter 532 dum Belisarius Iustiniani Imperatoris personam ageret Syracusis, auctor est, post Schobar iam nominatum, idem Pirrus in illius Ecclesiae Not. d. fol. 130.* Quoad Christophorum Schobar, notitiae fundationis templi illius primum nuntium, cf. F. Lanzoni, *o. c.*, p. 636; A. Amore, *Siracusa*, in *Enc. Cattol.*, t. XI, c. 720. Opera vero abbatis R. Pirri, *Sicilia sacra ... lib. IV*, invenies etiam in supra laudato I. G. Graevii-P. Burmann, *Thesauro ...*, vol. III, Lugduni Batavorum, 1723. (Cf. c. 581). Etsi albo Syracusanorum antistitum, a C. Schobar nobis servato, parva fides sit facienda (cf. F. Lanzoni, *o. c.*, p. 636-638), quod de illius domus aetate adseruit Pirrus non male cohaeret sive cum textu praesentis epistulae, sive cum iis, quae de debellatione et subiugatione Siciliae a. 535 a Belisario peracta scimus. Cf. E. Stein, *Histoire ...*, p. 539-540. Quapropter nescio an veri similes quoque existimandae sint notitiae, quae faciunt antiquissimum Stephanum illum, olim Syracusanum praesulem, pervetusti coenobii Catinensis S. Ioannis conditorem. Excipiendum tamen duco illud quod de eius exsilio Syracusis deque eius migratione Catinam narratur.

Saturninus illustris memoriae: Ignotus vir, *inlustris honorarius* aut *vacans*, paulo ante defunctus; coenobii, ut videtur, patronus.

praesentauerit: Pro iure praesentationis fundatorum. Cf. similia in epp. 28; 36,2; 43,2; 86,3; 89,2, p. 83; 103; 120; 211; 215-216.

Cresciturum diaconum: Abbas inmerito a monachis a munere deiectus, circa quem nil aliud noscitur.

trio monachorum, nullo extante crimine, exinde perhibetur expulsus; nullam potestatem de cetero, nullam licentiam monachis 2
relinquentes pro arbitrio suo aut expellere abbates, aut sibimet alios ordinare, quia nulla auctoritas remanebit abbati, si monachorum coeperit potestati subiacere, ut de cetero fideliter et studiose uniuersa quae uel ad diuini cultus reuerentiam uel ad utilitates eiusdem monasterii pertinent, abbatis sollicitudo, ad quem potestas tota pertinere conuenit, debeat adinplere.

8 nulla C_3 C_4 prohibetur C_3 C_4 **10** relinquimus *E O* **10-11** sibimet alios] *B E O*: alios sibimet *(etiam probab. ordo) C*, alios *om.* O_1 O_2 O_8 **11** si] ut C_4 **12** ut] *om.* C_3 C_4 de cetero] decreto *B*, discrete *E*, *om.* C_3 C_4 **13** uniuersa] *ex* uniuesa *B 2* uel ad[1]] *om.* O_1 O_2 O_8 **14** utilitatis C_1 C_3, utilitatem C_2 C_4 O_7 O_{14} eiusdem] *om. B E* **15** adinplere] *ex* adimpl. *corr. vid. B:* adimplere *E O*, adinpleri E_4, adimpleri *C*.

2. **nullam licentiam monachis:** Non dicit contra id quod in ep. 28 decretum est. Pelagius enim cum S. BENEDICTI *Regula*, 64, electionem monachis (et praedii domino) concredidit, non autem ordinationem institutionemve, quae incumbit episcopo vel delegatis eiusdem. Hic, ut patet, non de electione, sed de ordinatione et de abbatis depositione, tractatur, quod solis monachis nullo modo competit.

ad quem potestas tota: Convenit cum iis quae praescribuntur in S. BENEDICTI *Regula*, 65, v. 11; 3, v. 5 (A. LENTINI, *o. c.*, p. 568; 76).

43

Episcopo Laurentio mandat, ut Marcum, Paulum et Paschalem, qui ad dignitatem presbyterii, diaconi et subdiaconi respective propositi sunt, examinet, atque his sacris ordinibus insigniat, si dignos eos invenerit. Presbyter autem in sacris officiis peragendis mentionem et papae et episcopi sibi faciendum est.

J-K. 1002; KEHR II, p. 201, 1.
c. 9 martii a. 559 - c. 22 martii a. 559

Edd.: (1; 3-4) *THANER, Anselmi Luc. Coll. can., VII, 80, p. 398; MANSI IX, c. 736; MIGNE, PL. 69, c. 416;* (2) *EWALD, NA., V, Coll. Brit. Pelag. ep. 30, n. 6, p. 548-549.*

PELAGIUS [PAPA] LAURENTIO EPISCOPO CENTUMCELLENSI. Principali deuotissimorum militum qui illic in ciui- 1
tate Centumcellensi consistunt relatione ad nos directa, sacram

Codd.: B fol. 29v-30; I fol. 52: (1; 3-4) *O; [Thaner, p. 398]:* (1; 3-4).

1 pelagius] gelasius O_7, *om. B* papa] *om. B* centumcellensi] *om. B* **2** principalia *ex* principali *B* ciui-] cui- *B* **3** sacra *B*

Tit. **Laurentio Centumcellensi:** Est probabiliter ille antistes Laurentius, qui in titulo ep. 10, p. 31, cum aliis Tuscis episcopis nominatur. Centumcellae *(Civitavecchia)* enim, quamvis extra Tusciae Annonariae limites, intra fines tamen Tusciae Suburbicariae consistebat. Nil igitur mirum, quod ad episcopos Tusciae Annonariae scribens papa, etiam praesul Centumcellensis inter eos adnumeratus foret, ne litterarum titulus et modus implicarentur. Ratione itaque vicinitatis et simplicitatis gratia, bene potuit Centumcellensis episcopus inter alios episcopos item Tuscos, licet ad finitimam Tusciam Annonariam pertinerent, includi. Quod adtinet ad ecclesiam Centumcellensem, cf. P. KEHR, *o. c.*, t. II, p. 200-201; H. LECLERCQ, *Civita-Vecchia*, DACL., t. III, 2, c. 1842-1846; R. VAN DOREN, *Civitavecchia*, DHGH., t. XII, c. 1029; E. JOSI, *Civitavecchia*, in *Enc. Cattol.*, t. III, c. 1764-1767.

1. **deuotissimorum:** Titulus hic communiter exercitui tribuebatur, tum militibus singulis, tum omnibus coniunctim tamquam militum corpus efformantibus. Cf. P. KOCH, *o. c.*, p. 79; episcopis vero solis datur apud M. BRIDGET, *o. c.*, p. 100; 165.

consistunt: Tempore etiam S. Gregorii Magni tribunus illic residebat. Cf. J-E. 1080: S. GREGORII MAGNI, *Reg.*, I, 13 (P. EWALD, MGH., *Epp.*, t. I, p. 13).

insinuarant se clementissimi principis impetrasse, quae eis praesby-
terum, diaconum et subdiaconum fieri debere praeceperit. Signifi- 2
cauerunt etiam et personas quas se ad haec officia asserunt paratas
habere: uidelicet ad praesbyteratus officium Marcum quendam,
ad diaconatus Paulum, et Pasc⟨h⟩alem ut subdiaconus fiat. Et 3
ideo hortamur dilectionem tuam, ut personas ipsas uideas, et
requiras diligenter, ne aliquid contra canones commisissent, et si
eos inculpabiles esse reppereris et uitae ipsorum testimonium lau-
dabile uideris, ueniente mediana ebdomada paschae, si Dominus
uoluerit et si uixerimus, unumquemque ad officia quae praedixi-
mus promouere non differas. Caueat autem sibi praesbyter ille 4
nunquam se sine nostri uel tui nominis recitatione sacra mysteria
celebrare.

---

4 insinuarant] *I*: insinuant *B O* 5 et] *om. I* 6 quas] *forte ex* que *(*s *superscr.) B 2 (?)* 7 p(raes)biteratus *B* 8 et[2]] *om. I O* 9 hortamur] *seq.* dilectionem *iterat. et delet. in B* 10 requiras] *ex* requias *B* commisissent] *ex* dimisiss. *(*di *expunx.*, com *superscr.) B* 11 culpabiles *I* esse] *om. I O* repereris *O* ipsorum] eorum *I*, tempororum et O_3 12 media *I* epdomada *B* pascae [-e] *O B* 14 premouere *B* caueat] *ita (non* caueatur *[Thaner: ?]) O_{14}* autem sibi] *scripsi*: autem *B*, sibi *O*, igitur *I* 15 numquam *O (excepto certe O_1)* uel] et *O* misteria *B*, O_1 O_3 O_{14} *(saltem)*.

---

2. Hi tres viri sunt aliunde ignoti.

3. **ueniente mediana ebdomada paschae:** Cf. notulas supra in ep. 36,3 scriptas, p. 104. Anno 559 sabbatum Sitientes contigit die 29 martii, quocirca praesens epistula dari debuit paulo ante diem 22 martii, eo quod die 23 eiusdem coepit mediana hebdomada. Scripta autem fuit post diem 8 mensis eiusdem, sabbatum quattuor temporum Quadragesimae, quando ordines sacros conferre licitum fuerat.

4. Huius mandati causa fuit, sive quod in illa regione multi aderant schismatici Trium Capitulorum propugnatores, sive ne Marcus iurisdictionis auctoritatisque episcopi et papae oblivisceretur, cum sui sacerdotii munere in commodum militum, qui imperatori omnino et proxime parebant, fungeretur. Sicut et epp. 10,3 et 50 ad recitationem spectat dyptichorum. Cf. ibid., p. 33 et 131.

44

Defensori Ioanni commendat, ut querelas solvat ab episcopo Eleutherio defertas, in primis adversus clericos, qui vigilias renuunt celebrare, deinde contra presbyterum Petronium, qui latae sententiae se subicere nequit, demumque ob inobservantiam rei cuiusdam, inter matrem ipsius Eleutherii et eius episcopum stipulatae, nempe de erigendo sacello, cuius curam monachi gerere debebant.

J-K. 1003; 960 med. m. martio - c. 22 martii a. 559

Edd.: THANER, Anselmi Luc. Coll. can., VII, 148, p. 423-424; (1-2); (4-7) *FRIEDBERG, Decr. Gratiani, d. XCI, 1; XVIII, 2, 30, c. 316; 838;* (4-8) *PERELS Bonizo, Lib. de Vita Christ. VI, 24, p. 216-217.*

PELAGIUS [PAPA] IOHANNI DEFENSORI. Eleutherius 1
frater et coepiscopus noster queritur clericos suos sibi contra ca-

---

Codd,: B fol. 30: (1-2); *O [Thaner, p. 423-424]; P_1 fol. 362:* (4: quod mater...-8), *P_2 fol. 86^v-87, P_3 fol. 69vb-70^a; Q fol. 67^v-68; R [Perels, p. 216-217]:* (4: quod mater ...-8... definiri); *S_1 fol. 47-47^v:* (4: quod mater... 8), *S_2 fol. 82^v-83.*

1 (p)elagius *(*p *parv. add.) P_3*, pellagius O_4, gelasius O_7 *R*, *om. B* papa] *om. B P Q* iohanni defens.] *om. O P R* eleuterius P_1 P_2 *R*, eleucerius *B* **1-2** eleuterius... noster queritur *praemitt. ante* § *4:* quod mater... *R*, eleuterius.. noster dicit [eleutherius] *S ante* § *4:* quod mater... *P S*

Epistula haec et sequentes litterae usque ad ep. 56 datae fuerunt inter diem 22 martii (circiter) a. 559, terminum ante quem anterioris ep. 43, et initium mensis aprilis eiusdem anni, nam ep. 56 collocari debet ante diem 13 aprilis a. 559.

Tit. **Iohanni defensori:** Tauromenii *(Taormina)* in Sicilia, vel in plaga borea orientalis littoris insulae. Cf. adnotationes in titulum ep. 41, p. 114.

1-3. Sunt epistula J-K. 1003.

1. **Eleutherius:** Syracusanus forte antistes. Cf. notulas in ep. 33,2, p. 90. Probabile insuper autumo, eum fuisse eundem Eleutherium ad quem epp. 86 et 96, p. 209 et 227, missae fuerunt.

sibi contra canones superbire: Adluditur ad can. 5 Conc. Antiocheni a. 341 (C. H. TURNER, *Monumenta* ..., t. II, II, p. 248-251; MANSI, t. II, c. 1309 E-1312 A; 1322 C-D; 1330 C-D) quem tamen novit potius

nones superbire, et id quod nobis iubentibus facta in scrinio cau-
tione promisit, ut cotidianis diebus uigiliae in eius celebrarentur
ecclesia, illis contem[p]nentibus implere non posse, sed magis
unumquemque suis, postposito ecclesiae seruitio, uacare negotiis.
Et ideo experientia tua eos quos tibi esse ostenderit contumaces 2
debita obiurgatione conpesce, et modis omnibus uigiliis uacare
compelle. Queritur etiam quod Petronius praesbyter suus, cum 3
quo apud delegatos a nobis iudices causam se dixisse commemo-
rat, id quoque quod ab ipsis iudicibus prolata sententia constitu-
tum est implere contem[p]nit, quod, ut similiter tua experientia,
requisita ueritate, exigat adimpleri, modis omnibus admonemus.
His autem querimoniis etiam illud a memorato episcopo adiici- 4
tur, quod mater eius in casa quae Castellum dicitur oratorium con-
struxisset ac dedicauerit, et in eodem loco monachos constituerit,

---

4 ut] uel O_5 celebrarentur] *B* O_1 O_2: celebrentur *O Q* **5** contempnent. *O Q*, contendent. *B* **6** unusquisque *B* postpos.] propos. O_4, prepos. O_7 **8** compesce *Q*, compescere O_7 **9** copelle *B*, compellere O_7 petronus O_3 O_4 **11** quoque] *om. O* lata *Q* **13** adimpleri] *om.* O_4 omnibus] *om.* O_5 **14** adiici-] adici- *Q*, addici- O_1 O_2 **15** oratorium] *sup. ras.* R_1, *ex* oratocium S_1 **16** -struxisset] -struxerit *R S* et] ut O_3 O_4

---

papa ut in Conc. Chalcedonensi, actio IV, 90, fuit adlegatus (E. SCHWARTZ, ACO., t. II, vol. I, 2, p. 118; t. II, vol. III, 2, p. 124; MANSI, t. VII, c. 71-72 C-D). Cf. ep. 52,10, p. 137.

nobis iubentibus: Quod fere probat eum, Pelagio pontifice, fuisse ordinatum, nam cautio illa tribuebatur tempore quo episcopi proveheban-tur. Cf. notulas in ep. 25,1, p. 80.

cotidianis diebus: Cf. *Lib. diurnus*, form. 74 (Th. E. v. SICKEL, *o. c.*, p. 77).

3. **Petronius praesbyter:** His tantum notus.

4. **mater eius:** Incipit J-K. 960.

in casa: Id est, in fundo. Cf. adnotationes in ep. 12,1, p. 41.

Castellum: Quoad nomen consuli possunt KUBITSCHEK, *Castellum*, in *Pauly-Wissowa*, t. III, c. 1754-1758; *Thesaurus* ..., t. III, p. 525-529. — Esse non videtur monasterium Castelliense (seu Vivariense), quod a Cassiodoro Scylacii in Brutiis fuit exstructum, de quo loquitur S. GREGORIUS MAGNUS, *Reg.*, VIII, 30. 32. (L. M. HARTMANN, MGH., *Epp.*, t. II, p. 32; 33-35). An exstitit hic fundus in loco ubi antea fuerat Castellum Syracusanorum (Megara, sive olim Hybla parva), ad locum ubi hodierna *Augusta* exstructa est? Cf. DE VIT, *Onomasticon* ..., t. II, p. 167; p. 435-436; ZIEGLER, *Megara in Sizilien*, in *Pauly-Wissowa*, t. XV, c. 205-215. Si haec hypothesis esset fundata, aliud iam indicium haberetur, hic agi de personis

ex quibus unus est praesbyter. Hoc autem tempore dedicationis 5
inter episcopum Cardelum, cuius ipsa diocesis est, et matrem
suam asserit conuenisse, ut quicquid dedicationis uel natali
martyrum die, quorum in eius monasterio reliquiae sunt, per fide-
lium oblationes intrauerit, medietatem quidem monasterium
ipsum habeat, medietas autem episcopo offeratur. Contra quam 6
conuentionem Marium praesbyterum, siue sciente siue nesciente
episcopo suo, monachis ipsis uel praesbytero qui ex eis monachis
est uim dicitur intulisse, et frequentes molestias generare, ita ut
et memoratum praesbyterum prope ceciderit, et missas eum facere
nullo modo permittat, dicens ut, quasi pensionis nomine, aliquid
statuere debeat. Haec igitur omnia diligenter te examinare iube- 7
mus, et si apud te evidenti ueritate constiterit, quia tempore quo
dedicatum est ipsum monasterium condiciones superius positae
conuenerunt, seruari eas ex nostra auctoritate praecipimus, nec
amplius aliquid exinde ab aliquo temptetur exigere. Sin uero nihil 8

---

18 ipsa] ea *S* **19** suam] *om.* O_7 natalis O_7 *Q R*, *om. P S* **20** quorum] qui P_2 reliquiae] *om.* P_1 P_2, reliq. in eius monast. P_3 sunt reliquiae *S* **21-22** ipsum monasterium *S* **22** afferatur O_7 R_1, efferatur O_{14} contram *Q* **23** marium praesbyt.] alium presbit. *R* **24** ipsis] *ex* suis O_5 praesbyt.] presbitero uel *R* ex] ab *R* eis] ipsis *(recte fortasse) P Q R S* monachus O_1 O_2 S_2, *ex* monachis O_7 S_1 **25** frequentes] fequentes R_1 **26** et[1]] ex P_1, *om. (an recte?) O Q* **27** permittas O_7 pensionis] pensi R_1, penti R_2 **29** aput *R* **30** est] *add.* hoc S_2 conditiones *ex* conditionis O_5, condictiones *R* **31** conuénerint P_1, conuenire *R* autoritate S_1 **32** temtetur P_2, tentetur P_1 nihil] nil *S*

---

et rebus ad Syracusanam urbem stantibus. Alia castella vide in *Thesaurus*... *Onomasticon*, t. II, p. 240-241; *Pauly-Wissowa*, t. III, c. 1758-1760; DHGE., t. XI, c. 1417-1433.

unus est praesbyter: Gaudentius videlicet nomine. Cf. § 8.

5. **episcopum Cardelum:** Ita in codd. meis cunctis. Apud Gratianum (XVIII, 2, 30) *Candelum* (Cadeluntium, Candeluntium, Cardinatium) falso corrupteque nominatur. Nomen vero Cardeli bene notus est. Cf. A. AUDOLLENT, *Cardelus*, DHGE., t. XI, c. 1016, et *Thesaurus* ... *Onomasticon*, t. II, p. 186. Cardelus erat episcopus loco vicinior; unde vero, non liquet. Fortassis aliquatenus iurisdictioni aut inspectioni Eleutherii, vel in casu, subdebatur, quod tamen e textu litterarum non patet. Huius modi munus recte Syracusanum antistitem decuisset, quippe qui quadam saltem praeeminentia super reliquos Siculos praesules aliquando gavisus est. Cf. F. LANZONI, *o. c.*, p. 637-638; H. LECLERCQ, *Syracuse*, DACL., t. XV, 2, c. 1843.

6. **Marium praesbyterum:** Cf. adnotationes in ep. 42,1, p. 116.

episcopo suo: Ut etiam in § 8, ipse Cardelus.

tale conuenit, mediante te, quid episcopo ipsi eulogiae nomine offerri debeat inter ipsos monachos et praesbyterum uolumus definiri, saluo tamen eo, ut praesbyter Gaudentius, qui etiam monachus est, missas in monasterio suo, sicut consueuit, facere a nullo ulterius debeat prohiberi.

---

33 te] *om.* O_7 episcopo ipsi] ipsi episcopo *post* debeat *in lin. seq. transp.* *S* quid] quod R_1, quidem O_7 eulogiae] eulogii (gii *sup. ras.*) O_{14}, eulogio O_7.

---

8. **eulogiae nomine:** Hic sumitur sensu muneris vel doni (debiti aut indebiti). Cf. DU CANGE, *Glossarium* ..., t. III, p. 333, 4; *Thesaurus* ..., t. V, 2, p. 1049, 1.3-18.

45

Quod ad matrimonium adtinet illius puellae, cuius pater servus, avus vero liberus est, de libero non de servo rationem habeat necesse est.

J-K. 1004 med. m. martio - c. 22 martii a. 559

Edd.: MIGNE, [FRONTEAU] PL. 161, Ivon. Carnot. Decr., VIII, 27, c. 589; FRIEDBERG, Decr. Gratiani, XXXII, 3, I, c. 1125; J-K. 1004, [I. p. 132].

PELAGIUS POTENTIO DEFENSORI. Patrem puellae ecclesiae uestrae famulum, auum uero liberis ortum constat esse natalibus, et ideo aui magis electione de coniunctione neptis quam patris, cuius nullo modo liberum esse potest arbitrium, decernimus attendi iudicium.

Codd.: B fol. 30; C_1 fol. 72^v, C_2 fol 85vb, C_3 fol. 63; E_3 fol. 260-260^v; F_1 fol. 173va, F_2 fol. 137^a, F_3 fol. 152^b.

1 potetio *B* **2** uestrae] nostrae *Fronto* uero] *om.* C_3 constat ortum C_2 C_3 **3** electionem *Gratianus* **4** patris] *add.* eius *Gratian.* potest] *superscr.* *B* potest esse C_2 C_3 arbitrium] *om.* *B* **5** iudicium] *om.* *C* E_3 *F*.

Tit. **Potentio:** Ubi defensoris munus exerceret, ut alia quae ad eum spectant, ignoratur.

ecclesiae uestrae: Uti omnes codd. testantur. De ecclesia videlicet agitur ad quam Potentius adgregatus erat, aut illa in qua munus suum ordinario gerebat.

aui electione: Item pro codd. omnium testimonio. Servari potest, si conservantur postea ambo: *arbitrium ... iudicium*, quae verba, propterea quod utrumque consilia significant, tum primum, tum alterum, aliud in aliis coll. cecidisse videtur. Iam vero *arbitrium* postulatur a propositione *cuius nullo modo liberum esse potest arbitrium*, quae quidem, dempto *arbitrium*, manca et carens sensu evadit; *iudicium* vero, melius longe terminat epistulam, etiam ratione rhythmi, quam *decernimus attendi;* quae verba alioqui, nisi adfuisset *iudicium*, non ita, verum potius *attendi decernimus* scripta essent.

46

Defensori [Secundino?] praecipit, ut omnes, qui ad ecclesiasticam militiam pertinentes, cum monialibus adeo sint necessitudine coniuncti, ut suscitare suspiciones possint, ad Secundinum episcopum remittat.

J-K. 1005 med. m. martio - c. 22 martii a. 559

Edd.: MIGNE, [FRONTEAU] PL. 161, Ivon. Carnot. Decr., VII, 125, c. 573; J-K. 1005, [I, p. 132].

PELAGIUS [SECUNDINO] DEFENSORI. Quicumque de his qui ecclesiae militare uidentur, uel in habitu ut dictum est monachorum, monacharum ita inueniuntur consortiis inherere, ut aliqua turpis ex eis, quod absit, possit esse suspicio, te exequente Secundino praesententur episcopo, ut canonica possit in eis uindicta procedere.

Codd.: B fol. 30; F_1 fol. 168^{b}, F_2 fol. 133^{b}-134va, F_3 fol. 174vb.

1 pelagius] *om. B* secumdino *B* defensori] *om. B* **3** monacorum *B* inherere consortiis *(etiam probab. ordo) F* **5** presentetur *B* possit in eis] *B* F_2: in eis possit *F*.

Tit. **[Secundino]:** Forte in titulum inrepsit ob malam textus intellegentiam. Cf. P. EWALD, *o. c., l. c.*, p. 549, n. 5. Nimis enim rarum videretur, quod ambo, episcopus scilicet et defensor, eodem nomine dicerentur.

te exequente Secundino praesententur episcopo: Plana et omnino consentanea interpunctio esse videtur: *te exequente, Secundino praesententur episcopo*. Attamen possibilis est et alia: *te exequente, Secundino, praesententur episcopo*, cui titulus favet. In primo casu titulus esset mendosus, nomen defensoris ignotum; episcopi vero, Secundinus. Si alterum tenetur, stat titulus, quem codd. cuncti ostendunt; Secundinus est verum defensoris nomen, episcopus autem quo vocaretur nomine nescitur. Cum res anceps maneat, etiamsi primum veri similius arbitrer, interpunctionem quoque ambiguam relinquere malui. Ceterum, unde Secundinus fuerit antistes non liquet. Sedes autem Praenestina *(Palestrina)*, aut Aecae *(Troia)*, prae aliis probandae viderentur, nisi duo earundem praesules, Maurus et Domninus nomine (a. 558 et c. aa. 556-561) ex epp. 14 et 93, p. 44 et 221, fuerint cogniti. Cf. F. LANZONI, *o. c.*, p. 132-133; 268-272.

47

Petitioni Florentini episcopi accedens, temporis defectu coactus, consentit ut, qui suam epistulam tradit, licet matrimonii castitatem non servaverit, diaconatus ordine insigniatur, cum iam sit aetate provectus. Omnem vero de reparando damno sponsionem in episcopum declinat, et iubet, ut serva a qua filios habuit, in monasterium mittatur ad suspiciones removendas.

J-K. 1006; KEHR III, p. 7, 1
med. m. martio - ex. m. martio a. 559

Edd.: THANER, Anselmi Luc. Coll. can., VII, 63, p. 390-391; PERELS, Bonizo, Lib. de Vita Christ., II, 61, p. 66-67; MANSI, IX, c. 909; MIGNE, PL. 72, c. 747.

PELAGIUS [PAPA] FLORENTINO EPISCOPO DE CLU-
S⟨I⟩O. Fraternitatis tuae relatione suscepta, eius latorem secun- 1
das quidem nuptias expertum non fuisse didicimus, castitatem
tamen eum priori non seruasse coniugio designasti. Et quamuis 2

Codd.: B fol. 30-30^{v}; C_1 fol. 60-60^{v}: (1-2... noueris), *C_2 fol. 68va, C_3 fol. 53^{v}, C_4 fol. 51^{b}; E_1 fol. 46vb-47^{a}:* (1-2... noueris), *E_2 fol. 67^{a}, E_3 fol. 71, E_4 fol. 35^{b}; I fol. 52-52^{v}; O [Thaner, p. 390-391]; O_{16} fol. 78^{va-vb}; P_1 fol. 310-310^{v}, P_2 fol. 27-27^{v}, P_3 fol. 18vb-19^{a}; Q fol. 68; R [Perels, p. 66-67].*

1 pelagius] idem *(pelagius; rel. titul. om.) P, om. B* papa] *om. B C E I P Q* florentio episcopo *I. om. O O_{16} P R* de clusio] *coni.*: de cluso *E_3 I Q*, de clusa *E, om. B C O O_{16} P Q R* **2** fraternitati *R_3* suscepta relat. *P_1 P_3* latore *O_1*, latronem *R_1* **3** quidem] quippe *O_{16} P_3* nupcias *C_2*, nupzias *O_7*, nubtisa *P_3* didiscimus *P_3* **4** eum tamen *E_4 Q*, tamen [eum *om.*] *I*, tamen auctoritas eum *in marg. O_9* priori obseruasse coniugio *I*, non priori seru. coniug. *P_1 P_3*, non seru. priori coniug. *C_2*, coniug. non seru. priori *C_3 C_4*

Tit. Nescio quare cl. P. KEHR, *o. c.*, t. III, p. 7, 1, quamquam noverat *de Clusa* sequentem, eum potius facere voluit Florentinae urbis episcopum. Clusii quaedam inscriptio s. VI nomen eius nobis servavit. Cf. CIL., t. XI, 1, 2587.

de Clusio: Rectius ita legendum. Quoad hodiernae *Chiusi* nomen cf. DE VIT, *o. c.*, t. II, p. 359-360; *Thesaurus ... Onomasticon*, t. II, p. 507-508. Quod vero pertinet ad urbis ecclesiam, cf. P. KEHR, *ibid.*, p. 231-234; H. LECLERCQ, *Chiusi*, DACL., t. III, 1, c. 1386-1402; F. LANZONI, *o. c.*, p. 552-554; M. H. LAURENT, *Chiusi et Pienza*, DHGE., t. XII, c. 749-752; E. JOSI, *Chiusi et Pienza*, in *Enc. Cattol.*, t. III, c. 1560-1561.

1. **secundas quidem nuptias:** Quae et hodiernis temporibus irregularitas «ex defectu sacramenti» constituunt.

multa sint quae in huiusmodi casibus obseruari canonicae iubeat subtilitatis auctoritas, tamen, quia defectus temporis nostri, quibus non solum merita sed [et] corpora ipsa hominum defecerunt, districtionis illius non patitur in omnibus manere censuram, et aetas istius de quo agitur futurae incontinentiae suspicionem auferre dinoscitur, ut ad diaconatus possit ordinem prouehi, temporum condescendentes ut dictum est defectui, concessisse nos noueris; ita tamen ut de moribus et uita uel actu ipsius tu in die iudicii ante tribunal illud terribile reddas communi Domino rationem; quia sic praeterita pro angustia temporis mitigamus, ut caute atque sollicite de futuris excessibus obuiemus. Propter quod iubemus Micinam ancillam eius, de qua se post uxoris transitum habere confessus est filios, neque cum ipso manere liceat, et cuicumque monasterio continentiam professura tua dispositione tradatur, ut meliori sorte ad quod promouetur officium sub bonae possit famae merito ministrare, nec aliqua opinionis eius maculandae relinquatur occasio.

---

5 sunt C_2 quae in] quae [in *om.*] P_1 P_3, in [quae *om.*] C_2, in quo C_3 C_4 canonice *codd. pler.* iubeat] *ex* subeat E_3 **6** auctoritas] *ex* auctoritatis O_{16} tamen] *om.* *P* defectus] *C I O* O_{16} *P Q R*: defectu *B E* temporis nostri] corporis nostri O_7, nostri corporis P_1 P_3, temporum nostrorum *coni. Thaner* **6-7** quibus] *(scil. temporibus; cf. l. 10-11 et rursus l. 14)* C_1 C_3 *I O P Q R*: in quibus O_3 O_4, *om* *B E* C_2 C_4 **7** et] etiam C_2 C_3 C_4, *om.* *B* C_1 *I O* O_{16} *P Q R* **8** districtionis] *ex* districtione P_1 *2*, districtione P_3 non] n *sup. ras.* p *I* patitur] *I O* O_{16} *P Q R*: patimur *B C*, passuri *E* omnibus] moribus R_3 censura *R* **8-9** et aetas istius] *sub lin. delet.* et ea(us) isti(us)s P_1 **9** istius] illius *C* R_1 suspicationem *R (*s *alter. corr. vid.)* R_1 **10** dignoscitur P_1 P_2 *R*, dignosatur P_3 diacon. possit] diacon. post *C* [diachon.] C_3 C_4 **11** -porum] *partim sup. ras. in* R_1, tempororum R_3 dict. est] diximus O_1 consensisse *E* **12-15** ita tamen... quod] *om.* *B* **12** moribus] morum *I* P_1 P_3 *Q* R_1 R_3 et] *om.* P_1 P_3 ipsius] illius *I* diem P_2 *R* **14** sic] sicut O_1 mittigamus P_3 propter] *in marg.* *Q* **16** iubemus] *om.* P_1 P_3 micinam] *ex alio delet.* O_{16}, micitiam *Q*, nucinam O_7 eius de] eiusdem O_7 **17** confess. e. habere *B* filios] *add.* ut O_{16} neque] *an* = et ne, *aut leg.* ne *(?)* illo R_3 manere] mare O_{16} et] ut O_1 R_1 **18** continentia P_3, connentiam *(*ti *oblit. add.)* *ex* licentiam *B 2* professura] *ex* professuram *B 2 (?)* dissipositione O_{16} **19** ad] id *B* **20** ne *I* oppinionis *R* **20-21** maculae derelinquatur *R (ex* -quantur*)* R_1.

---

2. **ad diaconatus ... ordinem prouehi ... concessisse:** Legislatio enim occidentalis celibatum unanimiter requirebat ad ordines subdiaconato digniores. Cf. E. VACANDARD, *Célibat ecclésiastique*, DTC., t. II, 2, c. 2080-2082; E. JOMBART, *Célibat des clercs ...*, DDC., t. III, c. 132-145. Item legislatio IUSTINIANI, *Cod.*, I, 3, 44; *Nov.*, 22,42. Cf. E. VACANDARD, *ibid.*, c. 2078-2080; E. HERMAN, *Célibat des clercs ...*, *II*, DDC., *ibid.*, c. 145-156.

3. **filios neque cum ipso manere liceat:** Post *filios* aliqua videntur decidisse verba, aut *ne[que]* legendum. Cf. etiam apparatum.

48

In memoriam revocat iusiurandum Severi, qui promiserat ad pontificem adducere Iulianam quondam virginem Deo sacram, postquam haec manifestaverit desiderium ab eo se seiungi.

J-K. 1008 med. m. martio - ex. m. martio a. 559

Edd.: MIGNE, [FRONTEAU] PL. 161, Ivon. Carnot. Decr., VII, 126, c. 573; J-K. 1008, [I, p. 132].

PELAGIUS SEUERO [EPISCOPO]. Iurasti nobis, quod negare non potes, te Iulianam, cuius nec habitum nec consecrationem ueritus, Deo in corruptione ipsius iniuriam irrogas, ut si cognosceres quia re uera a te uellet discedere, mox eam nobis tu ipse deduceres.

Codd.: B fol. 30^v; F_1 *fol.* 168^b, F_2 *fol* 133va, F_3 *fol.* 147vb.

1 pelagius] idem *(pelagius)* *F* seuerino *Fronto* episcopo] *om.* *F* **3** correptione *Fronto* **4** -nosceris *(an recte?)* *B* uellet disced.] *in marg.* *B* eam] etiam *B* tu] tui *B* **5** deduceris *(an recte?)* *B*.

Tit. **Seuero [episcopo]:** Severum istum non fuisse episcopum, ut *Coll. Britannica* fert, patet tum ex ipso litterarum contextu, tum apertius ex seq. ep. 49 tenore, quae ad idem negotium spectat. Hoc iam probe notavit P. EWALD, *o. c.*, *l. c.*, p. 550, n. 1.

49

Antistitem Priscum acriter reprehendit, quod feminam Deo sacram, quae monasterium relictum petere iterum cupiebat, tradiderit in manus improbi qui in ea suam libidinem explere volebat. Quapropter Pelagius eum a munere pastoris suspendit quoadusque malum perpetratum emendet; alioqui excommunione insuper plectetur.

J-K. 970 med. m. martio - ex. m. martio a. 559

Ed.: THEINER, Disq. critic., p. 202, 6.

PELAGIUS [PAPA] PRISCO EPISCOPO CAPUANO. Euenit modo ut scelus a te factum audiremus. Quid enim grauius ab aliquo committi potuit, quam quod tu fecisti, ut refugientem mulierem ad ecclesiam Dei et clamantem quia ad propositum suum unde infeliciter discesserat reuerti uellet, tu eam in manus eius tradidisti qui et nobis hic de ipsa pei*e*rauit, et qui non reueritus est iudicium Dei, ut illam quae Deo consecrata fuerat suae luxuriae 1
desideret seruire. Et quamuis alia quae de te frequenter dicta 2
sunt pertulerimus, istud ferre nullatenus possumus; et i*d*circo, ex opere, filium nostrum M*e*nantium diaconum sedis nostrae statim illuc uenire conpulimus, ut nisi recollecta et ecclesiae reddita uel ad nos directa fuerit, non dicam a sacerdotio, sed ab ipsa etiam
te communione suspendat. Festina ergo quomodo nosti, et qui- 3
bus nosti modis, ut scelus tuum et tam graue facinus emendes, quod donec facias ab officio te tuo iubemus esse remotum.

Cod.: I fol. 52-52^{v}.

6 peiurauit *I* **9** istud] *ex* istuo *corr. vid. I*: illud *Theiner* idcirco] *Theiner*: iccirco *I*

Epistulam hanc eodem ferme die quo praecedens datam fuisse, infertur ipso sermone eiusdem. Quapropter, etsi in *Coll. Britannica* non constet, huic loco temporique inserendam, consentaneum duxi.

Tit. **Prisco episcopo Capuano:** Victori, qui die 2 aprilis a. 554 decessit, in sedem Capuanam successit. Cf. H. LECLERCQ, *Capoue*, DACL., t. II, 2, c. 2064-2084; F. LANZONI, *o. c.*, p. 189-204; P. KEHR, *o. c.*, t. VIII, p. 199-200; 214-228; L. JADIN, *Capoue*, DHGE., t. XI, c. 888-907 (praesertim c. 892); D. MALLARDO, *Capua*, in *Enc. Cattol.*, t. III, c. 729-732.

1. **de ipsa peierauit ... Deo consecrata:** Liquet, illam esse Iulianam, cuius nec habitum nec consecrationem veritus, corruperat Severus, ad quem anteriorem ep. 48 misit papa. Quoad ius asyli Cf. IUSTINIANI, *Cod.*, I, 12; *Nov.*, 17; 37; 117; G. LE BRAS, *Asile*, DHGH., t. IV, c. 1035-1047; E. HERMAN, *Asile dans l'Eglise orientale ...*, DDC., t. I, c. 1084-1089; L. R. MISSEREY, *Asile en Occident, ibid.*, c. 1089-1104; N. CROSTAROSA SCIPIONI, *Asilo*, in *Enc. Cattol.*, t. II, c. 136-139.

10 menantium] *Theiner*: manantium *I* **11** uenire conpulimus] compulimus [uenire *om.*] *Theiner.*

50

Agnello episcopo Ravennati mandat, ut eligat ac sacerdotio initiet virum bona indole litterisque versatus, eumque ad patricium Ioannem remittat; in sacris officiis tantum papae et episcopi mentionem faciat.

J-K. 1009; KEHR V, p. 23, 18
med. m. martio - ex. m. martio a. 559

Ed.: BALUZE, Miscel., III, p. 2; J-K. 1009, [I, p. 132].

PELAGIUS AGNELLO ⟨EPISCOPO⟩ RAUENNATI. Fraternitati tuae iniungimus ut eligas talem uirum in praesbyterum, qui fixus in religione et bonus in moribus et in resistendo aduersariis efficax possit existere, et dirigas ad [prefatum] sanctum uirum, gloriosum Iohannem patricium, hoc ei ante omnia praecipiens, ut nullum alium praeter meum et tuum nomen nominet inter sacra mysteria.

Codd.: B fol. 30^{v}; C_2 fol. 29va, C_3 fol. 28^{v}-29, C_4 fol. 27^{b}.

1 pelasius C_2 *titul. hic om. et transf. ad seq. ep. B* fra-] pa- *C* **2** in praesbyt.] *om. B* **3** fixus in] fixus *ex* fixum *sive* fixum i(n) *B* **4** -riis] -rius C_3 C_4 ad sanctum uirum] *C*: ad prefat. uir. *B* **5** glorios. iohann. patric.] *om. B* ei] enim *B* **6** aliud *Baluze* nominet nom. *Baluze* **7** misteria *codd.*

Tit. **Agnello ⟨episcopo⟩ Rauennati:** Cf. ep. 37 in titulum, p. 106.

in resistendo aduersariis efficax: Nam Aquileiam, ubi degisse videtur Ioannes patricius (cf. adnotationes in titulum ep. 24, p. 73), petere debebat, ibique schismatici multi et validi aderant. Presbyter ille catholicae Ecclesiae consilia et subsidia patricio Ioanni praebere debebat.

nullum alium ... nomen: *Alium* pro *aliud.*

51

Episcopus Hostilius facultatem procedendi contra clericos, qui vasa sacra subtraxerant, sollicitaverat. Pelagius hac epistula petitioni accedit.

J-K. 1010; KEHR V, p. 23, 19
med. m. martio - ex. m. martio a. 559

Ed.: FRIEDBERG, Decr. Gratiani, XII, 2, 2, c. 687.

PELAGIUS HOSTILIO EPISCOPO. Augusto sedis nostrae 1
notario suggerente didicimus, quod ei dilectio tua directis indicasset apicibus, quosdam de clero tuo et maxime parrochiarum ad te pertinentium, non pauca sacrata uasa uel ministeria distraxisse, aliaque huiusmodi perpetrasse, quae a religioso aliena sunt proposito, sed caritatem tuam, ut haec competenti sollicitudine debeat exequi uel ulcisci, nostrae praeceptionis auctoritate cupere commo-

---

Codd.: B fol. 30^{v}*-31; E*$_1$ *fol.* 47^{a}*, E*$_2$ *fol.* 67^{b}*, E*$_3$ *fol. 71-71*^{v}*, E*$_4$ *fol.* 35^{b}.

1 pelag. agnello episc. *(ex praecd. ep.) B* **2-3** apicib. indic. *E* **3** parroechiarum *B E*$_1$ **5** aliaque] aliqua *E* a religioso aliena sunt proposito] *forte potius leg.* a relig. sunt aliena propos., aliena a relig. s. propos. *Gratianus* **6** sed] uero *post* carit. *Gratian.* karitatem *B* conpetenti *E*$_4$ **7** exsequi *E*$_1$ cupere] *B*: cupio *E*$_3$, cupimus *E*, cupitis *codd. aliqui Gratiani*, cupis *Friedberg* conmo- *E*$_2$ *E*$_4$

Tit. Cf. P. EWALD, *o. c., l. c.*, p. 550, n. 4, cuius tamen coniectura, fuisse hanc epistulam *a paribus* directam ad duos antistites, teneri non potest, cum praesentes litterae responsum adferant ad praecedentem episcopi quaestionem.

Hostilio episcopo: Cuius sedes ignoratur.

1. **directis indicasset apicibus:** Cf. notulas in ep. 22,2, p. 68.

sacrata uasa uel ministeria: Liquido hic apparet significationem vocis *ministerium*, quam iam supra declaravi in ep. 17,1, p. 51 et denuo reperitur in ep. 82, 1.3., p. 200-202. Hac et aliis multis epistulis, maxime praefatis epp. 17 et 82, comprobantur verba *Lib. Pontif.*, LXII, (Pelagius) III: *restitui fecit omnia vasa aurea et argentea et pallea per omnes ecclesias* (L. DUCHESNE, *Le Lib. Pontif.*, p. 303). Zelus pontificis pro nitore et decore domus Dei et pro incolumitate patrimonii sancti eiusdem, vel ecclesiae Romanae, elucet praeterea in epp. 12; 13; 15,2; 16,4; 65,2; 66; 84; 87; 88; 90; 94, p. 41-43; 48; 50; 172-174; 204-205; 212-214; 216; 223-224.

neri. Qua de re praesentibus mandamus affatibus, ut conpetenti 2
uiuacitatis instantia quicquid de sacratis uasis uel ministeriis a quolibet clericorum usurpatum uel distractum fuisse compereris, sine cuiusquam morae interuentu exigere non omittas, et ecclesiasticis usibus reformare.

---

8 conpet.] *B E*$_4$: compet. *E*, *add.* sollicitudine *E*$_4$ **9** uasibus *E*$_2$ **10** distractum] *ex* distinctum *E*$_3$ fuisse uel distract. *Gratian.* conpereris *E*$_1$ *E*$_4$ **11** omitas *B*, dimittas *codd. pler. Gratiani.*

52

Valerianum patricium hortatur ad schismaticos reprimendos. Non modo zelus in bonum religionis et animarum quem habet, verum etiam arrogantia schismaticorum, qui patricium Ioannem excommunicare temptaverint, ad illud faciendum eum movere necesse est. Nec enim a proposito eum deterrere debent, qui dicunt: Ecclesiae non expedire persecutionem agitare; papa etenim non persecutionem sed malorum emendationem intendit.

J-K. 1011; 1038; KEHR VII, 1, p. 2, 6; 4, 16; VI, 1, p. 31, 18.
ex. m. martio a. 559

Edd.: (1-3) *EWALD, NA., V, Coll. Brit. Pelag. ep. 39, p. 550-551;* (4-15) *GUNDLACH, MGH., Epp., III, p. 445-446;* (5-6; 12-13; 7-11) *WOLF V. GLANVELL, Deusdedit Coll. can. I, 180-181, p. 111-112;* (5-7; 9-15) *MANSI, IX, c. 715-716 A; 732E-733; MIGNE, PL. 69, c. 394-395 C; 413 C-414.*

Ined.: (16).

PELAGIUS [PAPA] UALERIANO PATRICIO. De causis autem ecclesiasticis sicut gloriosa fuit semper uestra intentio, ita 1

Codd.: B *fol. 31:* (1-3), *fol. 36ᵛ-37:* (4-14... non liceat), B_1 *fol. 188-188ᵛ:* (7-9); D_1 *fol. 33-33ᵛ:* (5-6; 7-11; 12-13), D_1^b *fol.* 102ᵛ*:* (6-7... opprimi; 12); D_2 *fol. 179ᵛ-180:* (5-6; 7-11; 12-13); E_1 *fol. 47ᵛᵃ⁻ᵛᵇ:* (4: digna...-6... euacuari), E_2 *fol. 67ᵛᵇ*, E_3 *fol. 72ᵛ*, E_4 *fol. 35ᵛᵇ*; F_1 *fol. 215ᵛᵃ:* (6-7... opprimi), F_2 *fol. 169ᵛᵇ*, F_3 *fol. 187ᵃ*; *G fol. 200ᵛ:* (6-7... opprimi); *H fol. 152ᵛᵃ:* (6-7... opprimi); *I fol. 53ᵛ-54:* (1-2; 4-9; 13-14; 16); O_1 *fol. 215-215ᵛ:* (5-7; 9-15), O_2 *fol. 203ᵇ⁻ᵛᵃ*, O_3 *fol. 232ᵛ-233*, O_4 *fol. 237-237ᵛ*; P_1 *fol. 428ᵛ-429:* (5-7; 9-15), P_2 *fol. 157ᵛ-158*, P_3 *fol. 130ᵃ⁻ᵇ*, P_4 *fol. 145-146; Q fol. 68ᵛ:* (5-7; 9-15); S_1 *fol. 153ᵛ-154:* (5-7; 9-15), S_2 *fol. 285-285ᵛ*; *T fol. 71-71ᵛ:* (5-7; 9-14).

1 pelagius in registro *(rel. titul. om.)* D_1^b, pelagii *T*, eiusdem *(pelagii) P*, *om. B* papae *T*, *om. B B_1 D E F G H P Q* ualerio patrici *(mutil.)* B_1, patricio ualeriano *F H* [patrici] *G*, ualentino patricio E_2, *om. O P Q S T*, *add.* inter cetera *D* **2** autem] *om. I (et codd. qui § 1-4 om.)* ecclesiast.] ecclesiae *I* gloriosa] religiosa *I*

Tit. **Ualeriano patricio:** Dux militum, qui stipendiis imperii militavit et bene est notus. Cf. L. M. HARTMANN, *Geschichte* ..., t. I, p. 318; 321; 325-327; 330-333; 342. Etiamsi eum non expresse conmemoret Hartmann, partem habuit in proeliis ad Busta Gallorum *(ibid.*, p. 322-325), et ad flumen Casilinum *(ibid.*, p. 332-333). Cf. etiam J. B. BURY, *o. c.*, p. 107; 186-192; 246-248; 259-270; 276-281. Certum non est omnino, eum fuisse *magistrum militum per Orientem*, quamquam probabile esse videtur. Cf. E. STEIN, *Histoire* ..., p. 512, n. 1; 588; 598; 601-602; 604; 606; 615, n. 1, 672. — In *Coll. Britannica* tria exstant fragmenta nomine eius inscripta,

et nunc Deo propitiante effectibus ipsis appareat, nec iniquis hominibus et ab omni ratione sepositis, passim Christi [Domini] nostri Dei corpus, quod est sancta ecclesia, diuidere concedatur et ab unitate ecclesiae matris separare. Sed reprimantur ab illicitis 2
ausibus, et eis ad animarum perditionem secundum peruersionem suam uagari non liceat. Sic per omnia diuisionis suae mala etiam 3
hoc eos ausos fuisse comperimus, ut fratrem uestrum, uirum excellentissimum, dominum patricium Iohannem quasi excommunicare temtauerint; et quamuis Dei nutu factum esse non ambigam, ut tantus uir ab scismat[h]icorum pollutione incontaminatus quibuslibet occasionibus seruaretur, tamen quantae temeritatis fuerit in tanta

3 propic. *codd.* **4-5** christi nostri dei] *B*: christi domini nostri *I* **5** ab] *om. I* **6** unitatem *I* matris ecclesiae *(recte fortasse) I* **7** auxibus *B* peruersitatem *I* **8** sic] ic *corr. sup. ras. B 2 (?)* omnia] *seq.* eum *delet. in B* **11** tentauerint *B* **12** scismath., *an pro* schismat. *(?) B*

id est, CII (ep. 52, 1-3), CIX (ep. 59), et CXXIX (ep. 52,4-14) [P. EWALD, *o. c.*, *l. c.*, Pelag. epp. 39 (J-K. 1011), 46 (J-K. 1018), et 66 (J-K. 1038)]; sed fragmenta 39 et 66 ad unam pertinent epistulam. Ita et E. STEIN, *Histoire* ..., p. 672, n. 3, qui tamen rem, aa. 1943-1944, didicit ab auctore. Quam recte haec coniecerit et probaverit defunctus auctor, luculenter ostendit *Coll. Vindobonensis*, ipso ignota, ubi tota fere constat epistula in unum, et sub uno titulo, redacta. Longam auctoris dissertationem circa ordinem interruptum *Coll. Britannicae*, postea nihilo minus readsumptum, in Prolegomena, ubi de ea coll. egi, relegavi.

1. **gloriosa:** Lectionem *Coll. Britannicae* significantiorem adoptavi. Valerianum enim tamquam patricium titulus decebat. (Cf. notulas in epp. 20,1 et 22,2, p. 62 et 68; P. KOCH, *o. c.*, p. 66). — Initium litterarum, ut liquet, desideratur.

[Domini] nostri Dei: Cf. similia in epp. 39,2: *Xto. Deo nostro*; 60,3: *Xti. Dei nostri*; 6,4; 7,19; 8,4.5.: *Deus noster*; 11,9 (?): *Xto. Deo nostro*. Verum, cum in non dissimilibus casibus haud raro scribat etiam Pelagius *Dn̄us.* aut *Dn̄s. Deus* (cf. epp.: 2,1; 5,2; 7,1; 11,4; 21,3.4; 52,4), fuit hic quoque fortassis originalis lectio: *Domini nostri Dei*, quae explicaret alterutrius verbi omissionem. Attamen, mea sententia, et hic et in ep. 11,9, potius est legendum: *Xtus. Deus noster*. Cum *Xto.* enim solo, ubi *Iesus* omittitur, *Deus* tantummodo, *Dominus* omisso, certe iunctus alibi reperitur.

3. **fratrem uestrum:** Dignitate scilicet potius quam carne, ut scripsi supra in titulum ep. 24, E. STEIN, *Histoire* ..., p. 615, n. 1 sequens. Idem iteratur in § 4, quod est aliud indicium unitatis duorum fragmentorum.

uirum excellentissimum: Ei, patricio viro, congruit. Cf. adnotationes in ep. 22,2, p. 68; P. KOCH, *o. c.*, p. 95; M. BRIDGET, *o. c.*, p. 131; 166.

quasi excommunicare temtaverint: Cf. ep. 53,1-4, p. 140-141. Exinde melius patefit ratio et sensus ep. 50, p. 131.

ac tam *in*nocenti persona istud aud*e*re, ⟨et⟩ ipsam sceleris imma-
nitatem publicare, non dubium est. Peto ergo ut, sicut soliti estis, 4
uindicandi talia sumatis effectum, et uos post sanctum diem
beatae resurrectionis Dei ac Domini nostri Iesu Christi ad ipsa
ubi praesumptum est loca fatigare dignemini, ut iuncti pariter
cum excellentissimo uiro, fratre uestro, do*m*no filio nostro, patricio
Iohanne, digna in huiuscemodi praesumptores et legitima uta-
mini potestate. Nec in hac parte uos hominum uaniloquia retar- 5
dent dicentium, quia persecutionem ecclesia faciat, dum uel ea
quae committuntur reprimit uel animarum salutem requirit.
Errant huiusmodi rumoris fabulatores. Non persequitur nisi qui 6
ad malum cogit, qui uero malum uel factum iam punit uel prohi-
bet ne fiat, non persequitur iste, sed diligit. Nam si, ut illi putant,
nemo nec reprimendus a malo nec retrahendus ad bonum est,
humanas ac diuinas leges necesse est euacuari; quae et malis poe-
nam et bonis praemia iustitia suadente constituunt. Malum autem 7
scisma esse et per exteras etiam potestates huiusmodi homines
opprimi debere, et canonicae scripturae auctoritas et paternarum

---

14 ignocenti *B* audere] *Ewald* : audire *B* et] *add. Ewald* sceleris] *superscr. B* imma-] *corr. vid. ex* in ma- *B* **16** assumatis *(recte fortasse) I* post] *superscr. B* donno *B*, *om. I* **20** digna in] *E I*, *ex* signa in E_4: dignam *B* **20-21** utamini] E_3 *I*: utami *B*, utimini *E* **21** nec] ne E_2, non *O P Q S T* in hac parte] *om. O P Q S T* homin. uos E_2 hominum] omnium *S* **22** ecclesiae D_2 faciat eccles. *I* **23** commitunt. *B*, comittunt. P_2 P_4, conmittunt. E_1 E_2 E_4 *I T* reprimat *O* quae-rit *D* **24** erant P_1 rumores P_1 fabulatores] *ex* fabulatoris O_2 fabul. rumor. *(an forte genuin. ordo?) T* qui] quid *ex* qui *H*, quod *D* **25** cogit] *superscr.* D_1 *2* qui] quod D_1 malum] *om. G* iam] *om. H* **26** sed] *ex* quem *Q* ut] *in marg.* P_1 illi] quidam D_1^b *F G H*, *om.* O_3 illi ut si *I* **27** nec] aut *F G H*, *om.* E_1 E_2 E_4 *I* repri-mendus] reprehendendus P_1 P_2 P_4 retrahendus] *ex* trahendus D_1 *2* **28** ac] *ex* hac D_1, hac D_1^b, aut F_3 duinas *B* uacuari E_1 **29** constituunt] *D F G H I*: constituit *B O* P_2 P_4 *Q S T*, exigit P_1 P_3, *add.* et item post pauca *(seq. § 12) D* malum] alum *(init. litt. deest)* B_1, *§ 7-11 seq. § 12 sub titulo:* idem ad eumdem *in D* [eund.] D_2 autem] uero D_1^b, *om.* P_1 **30** scysma B_1 D_1^b esse et] est B_1 *D F G H* per] propter *H* ex-teras] extremas *T*, extraneas *ex* extraneos D_1^b etiam] *om. D* **30-31** per exteras. etiam... opprimi] etiam per [propt.] exteras [extran.] potestates opprimendum [huius. homin. *om. et desin.*] D_1^b *F G H* opprimi debere homines *P* **31** obprimi S_1 debere opprimi [reprimi] D_1 D_2 autoritas B_1 O_1 S_2, au autoritas O_2

---

4. **post sanctum diem ... resurrectionis:** Litterae propterea fuerunt scriptae paulum ante diem 13 aprilis a. 559, quod probe consonat loco, quem epistula ante ep. 56 habet in *Coll. Britannica*.

ad ipsa loca: Aquileiam videlicet, ut videtur, nam ibi veri similiter degebant et patricius Ioannes et schismaticus urbis episcopus. Cf. adnotationes in titulum et § 5 ep. 24, p. 73 et 75.

7. **canonicae scripturae :** Cf. Deut.. 13,5; *I Cor.*, 1,10; 11,16-19-12,24-27.

nos regularum ueritas docet. Et quidem scismaticos eos esse tali 8
per beatum Augustinum, quem uniuersalis ueneratur ecclesia, sen-
tentia conuincuntur. Ait enim: Uide, utrum scisma-
tici non sint, qui se ab eminentissima et ma-
nifestissima auctoritate apostolicarum se-
dium separauerunt. Quisquis ergo ab apostolicis diui- 9
sus est sedibus, secundum istam beati Augustini sententiam in
scismate eum esse non dubium est, et contra uniuersalem eccle-
siam altare probatur erigere. Sed quid de talibus insertus Calce- 10
donensi synodo canon statuat gloria uestra consideret, ubi post
alia sic dicit: Qui a communione semet ipsum sus-
pendit ecclesiae et collectam fecit et alta-
re constituit et noluit uocanti episcopo con-
sentire, et noluit eidem adquiescere neque
oboedire et prius et secundo uocanti, hunc
omnino damnari nec umquam uel orationem
mereri nec recipere eum posse honorem. Si 11
enim permanserit turbas faciens et seditio-

---

32 uos O_4 et quidem] equidem *I* cismaticos *B* eos] *om.* B_1 tali] taliter *D* **33** uniuersales D_1 eccles. uenerat. B_1 **33-34** ait enim sentent. conuinc. *B* **34** conuin-cuntur] *I*, *ex* conuincitur *B 2*: conuincitur B_1 *D*, *add.* eloquio B_1 ait enim uide] uide ait B_1, unde ait *D* scima- *B* **35** -tici] *ex* -tic *(i superscr.) B 2 (?)* se] *om. B* immi-nentissima *D* **36** auctorite *B* **37** ergo] *seq.* nos *lin. subnot. in T* apostolicis] aposto-licarum D_1 **38** -ssus *B* secundum... sententiam] *om. O P Q S T* in] *om. I* **39** scis-mate] B_1 *D (I) (cf. ep. 10, l. 15-16)*: scisma *B O P Q S T*, *ex* scismae *(e expunx.)* O_2 scismate eum] scismaticum *I* dubium non *I (cf. ep. 11, l. 12 et 40)* uniuers.] *ex* huniuers. S_1 accle- *B* **40** -siam] *ex* -sia D_1 *2* probatur] *B* B_1 *D I*: conatur *O P Q S T* insertus] *ex* incertus S_1, incertus P_2 calci- D_2 **40-41** calced. syn. insert. can. habeat *B* **41-43** consideret... altare] *om. T* **42** comunione *ex* comon. *corr. vid. B2 (?)* **43** ecclesiae] *om.* P_3 collectam] *D* P_3 *S*, *orig.*: collectas *B*, collectum *O P Q* fecerit, *codd. aliqui orig.*, facit *Vigil.* **44** uocante P_2 P_4, euocanti *orig.*, *Vigil.* **45** noluerit *orig.*, *Vigil.* eisdem P_4, ei P_1, *om. D* adquiesc.] *B* O_1 O_2 P_3 *Q* S_1: aquiesc. D_1, ac-quiesc. D_2 O_3 O_4 *P* S_2 *T*, *orig.*, *Vigil.* **46** prius] primo *Wolf v. Glanv.* hunc] se *in marg. delet.* et cum *in loco* D_1 **47** dampnari D_2 O_3 O_4 P_3 P_4 *Q* S_1 *T*, depredari *B* un-quam D_1 O_1, *Vigil.* uel orationem] uel oratione P_1, hunc curationem *orig.*, *Vigil.* **48** posse] pos D_1 onorem *B* **49** faciens] *om. B*

---

8. **tali per beatum Augustinum ... sententia:** Nescio ubi. Adludit forte textibus, quos in ep. 35,7.10, aut in ep. 24,18 adlegavit. Cf. tamen V. Wolf v. Glanvell, *o. c.*, p. 112, CLXXXI, n. 4.

10. **insertus Calcedonensi synodo canon:** Canon videlicet 5 Conc. Antiocheni a. 341 insertus in Actionem IV, 90 Conc. Chalcedonensis. Cf. notulas in ep. 44,1, p. 121; adde (Migne, PL. 84, c. 124) et in primis Vigilii, *Ep.* (damnatio) *Rustico et Sebastiano* (Mansi, t. VIIII, c. 358 C-D).

nes ecclesiae, per extraneam potestatem tamquam seditiosum conprimi. Sed et item bea- 12
tus Augustinus de talibus dicit: Multa etiam cum inuitis benigna quadam asperitate plectendis agenda sunt, quorum potius utilitati consulendum est quam uoluntati. Nam in corripiendo filio quamlibet aspere, numquam tamen amor paternus amittitur; fit tamen, quod nollet ut doleat qui etiam inuitus uidetur dolere sanandus. Ecce uidetis, quemadmodum 13
tanti testimonio patris non persequatur cohercendo talia, sed diligat emendando tales semper ecclesia. Facite ergo etiam et 14
uos, quod, scientes intentionem christianitatis uestrae frequenter hortamur, et date operam, ut talia fieri ultra non liceat, sed et hoc, quod uobis facillimum esse non dubito, hi qui talia praesumpserunt ad piissimum principem sub digna custodia dirigantur. Re- 15
colere enim debet, celsitudo uestra, quid Deus per uos fecerit tempore illo, quo et Hystriam et Uenetias tyranno Totila possi-

---

50 extraneam] exteram *S*, exteras *T* potestates *T* **51** tanquam P_4 co(m)primi *D O P Q S T*, debere conprimi *codd. aliqui orig.*, *Vigil.*, debere conuerti *orig.* sed et item] *B*: et *O P Q S T*, nam *D* **52** dicit] *om. S* etiam] enim *B*, *om.* D_1^b D_2 **52-54** multa etiam... agenda sunt] agenda sunt autem multa etiam... *August.* **53** benigna] benignitate P_1 **54** -dis] -da *D* **55** est] *seq.* potius *del. (lin. subnot.) in B* uoluntati] *alia, hic om., add. August.* **56** quamlibet] *B D* D_1^b, *August.*: quamuis *O P Q S T* nunquam D_1 *(am superscr.)* D_1^b **57** tamen] *B D* D_1^b: profecto *August.*, *om. O P Q S T* amititur *B* **58** nollet] *O P Q S T*: nolet *B* D_1^b, nolit *D*, *August.* ut] et *August.* etiam] *add.* ut D_1 D_2 **59** dolere] *B D* D_1^b O_1 O_2 *Q S T*, *August. (codd. R P)*: dolore O_3 O_4 *P*, *August.* uidetur P_3 quemadmodum] *ex* quemadmodus O_2 **60** testim. tanti patris *D T*, *om. I*, *ante* testimonio *eras.* testi *B* non] *superscr. B* persequatur] *ex* persequitur *B*, persequetur *(?) ex* persequitur *I*, persequitur *D* coherc.] *B* D_2 O_3 O_4 *Q S T*: coerc. D_1 *I* O_1 O_2 *P* sed] *ex* se *B 2* **61** diligit *D Q* semper tales *B* ecclesia] *om. I* et] *om. (recte fortasse) D I O P Q S T* **62** scientes] sentientes *B* christianit.] *add.* fidem O_2 **63** ortamur P_1 *S* ultra] ulterius *S T* et²] *om.* S_2, etiam *Gratian.* **64** hoc] *om. P* quod] quidem O_1 O_3 hii *P Q* S_2 *T* praesumps. talia] *Gratian.* praesump-] sump- O_3 O_4 **66** quid] *add.* iam O_1 O_3 per uos·deus fecit P_1 [fecerit] *Gratian.* **67** hystrias P_2 P_4, ystriam O_4 tyranno totylla O_3, tyrranno totilla O_4, tirannus tot ila P_3

---

12. **beatus Augustinus dicit:** In *Ep.* 138 *(ad Marcellinum)*, II, 14 (A. GOLDBACHER, CSEL., t. XLIV, p. 140, 1.2-8; MIGNE, PL. 33, c. 531). Cf. etiam A. AUGUSTINI, *Enchiridion*, 72 (MIGNE, PL. 40, c. 266).

15. **celsitudo uestra:** Similiter ac in epp. 3,2 et 8,1, p. 7 et 26. Cf. praeterea M. BRIDGET, *o. c.*, G p. 10-11.

tyranno Totila: Famosus Gothorum rex, qui in Italia, continuis implicatus bellis, regnavit ab a. 541 ad m.iulium a. 552. Cf. L. M. HART-

dente, Francis etiam cuncta uastantibus, non ante tamen Mediolanensem episcopum fieri permisistis, nisi ad clementissimum principem exinde retulissetis, et quid fieri debuisset eius iterum scriptis cognouissetis, et inter ubique feruentes hostes Rauennam tamen et is qui ordinabatur et is qui ordinaturus erat prouidentia culminis uestri deducti sunt. Explete ergo nunc consuetudinem 16
uestram et habebitis in hac parte et animae mercedem et opinionis gloriam.

---

68 -dente] -dens P_3 cunta *(post parv. lacun.)* P_2 tamen] *om. O* **71** recognouissetis *Gratian.* intra P_1 **72** his O_4 P_1 P_3 P_4 his O_4 P_3 ordinat.] ordinandus O_3 O_4 **73** uestri culminis P_2 P_4.

MANN, *Geschichte* ..., t. I, p. 293-325; J. B. BURY, *o. c.*, p. 229-268; A. NAGL, *Totila*, in *Pauly-Wissowa*, t. VI^A, 2, c. 1828-1838; E. STEIN, *Histoire* ..., p. 283; 349; 524; 527; 567-602; 613-614; Dom A. MUNDÓ, *Sur la date de la visite de Totila à saint Benoît*, in *Rev. Bén.*, t. LIX, 1949, p. 203-206.

Francis ... cuncta uastantibus: Innuitur forsan invasio Franco-Alamannica a. 553-554, sed sufficere potest anterior praesentia Francorum in Venetiis. Cf. E. STEIN, *Chronologie* ..., *l. c.*; Idem, *Histoire* ..., p. 605-611; 345; 348-349; 354; 360-361; 365; 525:527.

Mediolanensem episcopum: Id est, Vitalem (aa. 552-556), qui Datio successit. Cf. F. SAVIO, *o. c.*, p. 233-234; F. LANZONI, *o. c.*, p. 1025; E. STEIN, *Chronologie* ..., *l. c.*; Idem *Histoire* ..., p. 653, n. 3.

ordinaturus erat: Macedonius nomine (aa. 552-558). Cf. F. LANZONI, *o. c.*, p. 891-892; 1025; E. STEIN, *Chronologie* ..., *ibid.*

culminis uestri: Qui titulus modo concedebatur iis viris, qui in summo nobilitatis gradu erant constituti, in qua dignitate, utpote patricius, erat positus Valerianus ille. Cf. P. KOCH, *o. c.*, p. 112; M. BRIDGET, *o. c.*, p. 42-43; 162; 166.

53

Patricium Ioannem, ob iniuriam inflictam a schismaticis, qui eum a sua communione quasi secludere ausi sunt, solatur, eumque adhortatur ut perversos huiuscemodi homines, qui pravis operibus innotescunt, maxime vero Aquileiensem episcopum, reprimat.

J-K. 1012; KEHR VII, 1, p. 2, 7; 21, 10; VII, 2, p. 231, 1
ex. m. martio a. 559

Edd.: MANSI, IX. c. 716-718 A; MIGNE, PL. 69, c. 396-398 A; FRIEDBERG Decr. Gratiani, XXIII, 5, 45, c. 944; (1-6) *PERELS, Bonizo, Lib. de Vita Christ., VII, 21, p. 245.*

PELAGIUS [PAPA] IOHANNI PATRICIO. Relegentes lit- 1
teras excellentiae uestrae, de iniuria quidem quam uobis iniquo-
rum hominum praesumptio ingessit ualde doluimus; sed quia 2
scimus occulto Dei iudicio animam uestram, etsi per aliorum ini-
quitatem ac superbiam, a contaminatione scismatis custoditam,
egimus omnipotenti Deo gratias, qui etiam de malis hominum
actibus bona operari consueuit. Nec enim sine illius prouidentia 3
factum esse credendum est, ut insensati et peruersissimi homines
ad hoc usque prosilirent, ut suam diuisionem catholicam esse
credentes ecclesiam, a sua uos pollutione prohiberent. Sic enim 4

Codd.: B fol. 31: (5-6... reprimantur; 8; 10... occasione); *I fol. 53*^{v}: (10); *K fol. 106*^{v}: (1-6; 10); O_1 *fol. 215*^{v}*-216*, O_2 *fol. 203*^{vb}*-204*^{b}, O_3 *fol. 233*^{v}*-234*; O_4 *fol. 237*^{v}*-238*; P_1 *fol. 429*^{v}*-430*, P_2 *fol. 158*^{v}, P_4 *fol. 146-146*^{v}; *Q fol. 69*^{v}; *R [Perels, p. 245]*: (1-6); S_1 *fol. 54*^{v}: (10), S_2 *fol. 95.*

1 papa] *om. B* **2** -teras] -tas R_1 quam] inquam *P* **4** occulto] *ex* occullto R_1 **5** custodiam P_1 **6** egimus] egemus R_1 **7** prouidentia] *om. K* **8** credendum] credimus *K* est] *ex* ei *aut* et *(?)* O_2, *om.* R_1 peruersissimi] *ex* peruersisimi *Q*, peruersi *O* **9** usque] *ex* housque O_2 prosilirent] *ras. post* s *(*i *prim. sup. ras.) Q* ut suam] *seq.* ut suam *iterat. et expunct. in* P_1 **10** credentes] *superscr.* O_3 uos] nos $P_2 P_4 R_1$ pollutione sua uos *Gratianus*

Tit. **Iohanni patricio:** Cf. adnotationes in titulum ep. 24, p. 73, epp. 50 et 52, 3, p. 131 et 135.

1. **excellentiae uestrae:** Proprius patriciorum titulus. Cf. notulas in ep. 52,3, p. 135; P. KOCH, *o. c.*, p. 113; M. BRIDGET, *o. c.*, p. 45; 162, 166.

iniuria: Schismaticorum videlicet praesumpta excommunio. Cf. § 4 et ep. 52,3, p. 135.

per misericordiam Dei, etiam nescientibus illis, factum est, ut a
scismaticorum communione eruti, catholicae, quam diligitis, seruari
uos contigisset ecclesiae. Quamuis igitur uestra per illorum 5
scelus utilitas facta sit, nolite tamen impunitam praesumptionem
iniquorum hominum crassari permittere. Si enim hoc, quod in
uestram gloriam praesumpserunt, non fuerit uindicta conpraessum,
quid in minoribus ualeant, ambigi ultra non debet. Exercete 6
igitur debitam in talibus auctoritatem, et, ne eis amplius talia
committendi crescat spiritus, uestris cohertionibus reprimantur.
Ad hoc siquidem Dei nutu etiam contra uos talia praesumpserunt,
ut, talia uobis corrigentibus, ab eorum scelere alios possetis Deo
propitiante munire. Quales autem sint qui ecclesiam fugiunt, 7
Eufrasii uos scelera, quae Deus amplius occulta esse non uoluit,

11 illis] *om. R* factum est nescient. illis *Gratian.* **12** eruditi R_1 seruari] i *sup. ras. Q* **13** per] pro R_1 **14** facta] acta *B* facta sit util. *P* inpunitam $P_1 Q$ **15** grassari $P_2 P_4 R_2$ **16** gloriam] uestram *(iterat.)* R_1 fuerit] *ex* fuerint O_3, fuerint $O_4 R_1$ uindicta] *ex* dicta *(*uin *superscr.) Q*, uindictam O_4 compressum *K O P Q R* **17** quid] quod *B* R_1 ualeant] uideant *B*, *add.* puniri *Gratian.* ambigi] *ex* ambiga *vel* ambigo *(?)* P_4 non debet ambigi *Gratian.* exerce te P_4, exercere R_1 **18** igitur] *seq. duo aut una litt. eras.* [igitur?] *in Q* in talibus debitam *P*, in talibus [debit. *om.*] $O_1 O_2$ autoritatem $O_1 O_2$ amplius eis *R*, *add.* in populo *Q* **18-19** comitt. talia *B* **19** committenti O_4, committenda O_1, O_2 *(?)* crescit *ex* crescat *B 2* spes crescat *Gratian.* uestris] *om. K* cohertionibus] *B Q* P_1: cohercio. O_2, coercio. *K* O_1, cohercitio. *(recte fortasse)* $O_3 P_4$, coercitio. $O_4 P_2$, correptionibus *R* reprimantur] *B K Q*: reprimatur *P R*, recomprimantur O_2, recomprimatur *O*, *add.* item *(om. rel.* § 7 *et* § 8*) B* **20** etiam] *om. K* contra] in *K* **21** uobis talia *K* **22** propitiante] pronuntiante *(*n *prim. sup. ras)* R_1 sunt autem *Gratian.* **23** enfrasii $P_2 P_4$ amplius] *om. O* occultata O_3, occulta amplius *Gratian.* non uoluit] uoluit [non *om.*] P_1, noluit $P_2 P_4$

5. **uestram gloriam:** Uti patricia et senatoria dignitate fruens, erat scilicet *vir gloriosus*. Cf. notulas in epp. 20,1 et 22,2, p. 62 et 68. Pro tempore anteacto cf. M. BRIDGET, *o. c.*, p. 14; 134-135; 162; 166.

7. **Eufrasius:** Absque dubio fuit episcopus. Loquens enim papa de schismaticis praelatis, qui dereliquerant Ecclesiam, dixit de eo: *nec sacerdotii reuerentiam cogitauit*. Merito creditur, eum fuisse episcopum Parentinum, qui celebrem basilicam huius civitatis med. s. VI exstruxit, sicut quaedam inscriptiones testantur. Cf. F. LANZONI, *o. c.*, p. 852-853; H. LECLERCQ, *Parenzo*, DACL., t. XIII, 2, c. 1664-1665; 1672-1676; 1687-1690. Quoad urbem et sedem Parentinam, cf. etiam P. KEHR, *o. c.*, t. VII, 2, p. 229-234; F. LANZONI, *o. c.*, p. 850-854; F. FORLANI-M. BRUNETTI, *Parenzo*, in *Enc. Ital.*, t. XXVI, p. 324-325; M. MIRABELLA ROBERT, *Parenzo*, in *Enc. Cattol.*, t. IX, c. 821-823. Falso tamen adseveravit b. m. F. LANZONI, *ibid.*, p. 853, ad ipsum Eufrasium insuper ep. 65 spectare. Nullo enim modo id potest teneri; cf. notulas in p. 171-172. P. KEHR, *o. c.*, t. VII, 1, p. 2, 7; t. VII, 2, p. 231, 1, anceps scripsit: *Euphrasius episcopus Parentinus fuisse videtur*, et: *de Euphrasio Parentino episcopo agi ex solo nomine deducitur.*

euidenter informant, qui in homicidio quidem nec hominis necessi-
tudinem, nec caritatem fratris, nec sacerdotii reuerentiam cogitauit.
Incestuoso autem in adulterio, ipsi etiam uindictae abstulit mo-
dum, quia, si adulterium punias, non remanet in quo uindicetur 8
incestus; si incesto ingeras poenam, inultum crimen adulterii re-
manebit. Ecce de quo collegio sunt qui, quantum ad superbiam
suam, iniuriam uobis inferre moliti sunt, et quantum ad prouiden- 9
tiam Dei inpollutos uos ecclesiae seruauerunt. Auferte tales ab 10
illa prouincia, utimini oblata uobis a Deo opprimendi perfidos occa-
sione. Quod tunc plenius fieri poterit, si auctores scelerum ad cle-
mentissimum principem dirigantur, et maxime ecclesiae Aquileien-
sis inuasor, qui et in scismate et ab scismatico maledictus, nec
honorem episcopi potest optinere nec meritum.

---

26 ipsi etiam] *B*: etiam ipsi *O P Q* **27** quia si] quasi *P* adulterum *B* iudicetur *P* **28** incestuoso *O P Q* **29-30** ad superbiam... et quantum] *om.* P_1 **30** moliti] *ex* molliti O_2, molliti O_3 O_4, conati *Q* **30-31** dei inpollut. prouid. *Q* **31** impollutos *O* P_2 P_4 **32** utamini *(an recte?; cf. ep. 52,* **20-21***) I* uobis oblata P_1 **32-33** occassione *(et desin.) B* **33** potuerit S_2 **34** aquilegen- *I* O_3 O_4 P_2 P_4 *Q S* **35** ab] *I*: a *K O Q*, in *P S* scismatico] eo *P S* **36** potest] poterit *P S* optinere] *I K* S_2 *(cf. ep. 37,* **9***)*: obtinere *O P Q* S_1, retinere *Gratian.*

---

8. Incertum manet, an Euphrasius aut alius prorsus ab eo distinctus innuatur.

si adulterium punias: Adulterium re vera capitis plectebatur sententia. Cf. IUSTINIANI, *Nov.*, 134,10 (lex Constantini); *Cod.*, IX, 9, 29 (30), ubi definitur: *Sacrilegos nuptiarum gladio puniri oportet.* Ita melius intellegi potest argumentum pontificis. De adulterio deque poenis tunc temporis adulteris inflictis, cf. G. HUMBERT-E. CAILLEMER, *Adulterium*, in *Daremberg-Saglio*, t. I, 1, p. 87; HARTMANN, *Adulterium*, in *Pauly-Wissowa*, t. I, c. 434; R. PARAYRE, *Adultère (Le peché d')*, DTC., t. I, 1, c. 466-467; H. LECLERCQ- E. VACANDARD, *Adultère*, DACL., t. I, 1, c. 546-554; E. MAGNIN, *Adultère*, DDC., t. I, c. 223-224.

10. **ab illa prouincia:** Venetia et Histria.

dirigantur: Idem praecipitur in ep. 52,14, p. 138.

ecclesiae Aquileiensis inuasor: Cf. ep. 24,5-10, p. 75-76. Quoad eius nomen, vide infra adnotationes in ep. 59,1.3, p. 155-156.

a scismatico maledictus: Consimilia in ep. 24,7-10, p. 75-76.

54

Defensori Constantino communicat, clericum Teanensis ecclesiae Romanum, in monasterium Romae ob adulterium esse detrusum; si vero poenam fugere temptaverit, exilium subeat necesse est.

J-K. 1013; KEHR VIII, p. 70, 1; 255, 1 ex. m. martio a. 559

Edd.: (1) *MIGNE, [VOSMEDIAN] PL. 161, Panormia Ivon. Carnot., III, 144, c. 1163; FRIEDBERG, Decr. Gratiani, d. LXXXI, 11, c. 283.*
Ined.: (2).

PELAGIUS [PAPA] CONSTANTINO DEFENSORI. Ro- 1
manus, clericus ecclesiae Theanensis, pro crimine adulterii quod
eum admisisse perhibetur, ⟨a⟩ clericatus ordine depositus, in mo-
nasterio, hic in urbe Roma, ad agendam paenitentiam ex nostra
iussione retrusus est; ita ut, si quando exinde egredi et ad Cam- 2
paniam reuerti temptauerit, poenam, quae nunc ecclesiastica mo-
deratione temperata est, subeat, et indubitanter patiatur exilium.

Codd.: B fol. 31-31^{v}*:* (1), B^b *fol. 37:* (1); C_2 *fol. 141*^{a}*:* (1-2), C_3 *fol.* 21: (1), C_3^b *fol. 114*^{v}*:* (1-2), C_4 *fol. 106*^{v}*:* (1-2); *G fol. 48:* (1); *H fol. 69*^{va}*:* (1).

1 papa] *om.* *B* B^b C_2 C_3 *G* **2** clericus eccles. thean.] B^b C_2 C_3^b C_4: eccles. thean. clericus *B* C_3 *G H* teanensis *G*, tianensis *ex* tanensis *(?) H* **3** eum] *om. B* C_3 *G H* amisisse *B* depositus] B^b C_2 C_3^b C_4 *(parv. ras. post* t; *ex* deposito*?) G*: deposito *B* C_3 *H* **4** urbe romana *G H* **5** retrusus est *(et rel. cum B* B^b C_3 *H) om. G* egredi et] C_2: regredi [et *om.*] C_3^b C_4 **6** reuerti] *in marg.* C_3^b **7** -deracione C_3^b C_4 paciatur C_2 C_3^b.

Tit. **Constantino defensori:** Idem Campanus defensor, qui iam in ep. 22,3, p. 69, recordatus est. Cf. quod scripsit P. KEHR, *o. c.*, t. VIII p. 70,1, qui veri simile putat, eum fuisse illum Consentium (vel Constantium) qui, teste S. Gregorio Magno (J-E. 1618; cf. etiam J-E 1619) *Reg.*, IX, 93; 94 (L. M. HARTMANN, MGH., *Epp.*, t. II, p. 105), antea patrimonii Campaniae curam gesserat.

1. **Romanus clericus:** Cui idcirco matrimonium licitum manebat; facilius ideo eius lapsus concipitur. Cf. notulas in ep. 47,2, p. 128.

ecclesiae Theanensis: Teani Sidicini (nunc *Teano)*, in Campania, cuius, episcopus tunc temporis non fuit Domninus, sicut hucusque creditum est. Cf. adnotationes in ep. 93, p. 221. Quoad sedem Teanensem cf. F. LANZONI, *o. c.*, p. 186; P. KEHR, *o. c.*, t. VIII, p. 255-259.

a clericatus ordine depositus: Cf. etiam ep. 82,1: *in officio esse dicitur clericatus*, et adnotationes in ep. 19,26, p. 61.

55

Episcopo vetitum est ecclesiae suae iura abdicare, posteaquam eadem confirmata sunt.

J-K. 1014 ex. m. martio a. 559

Edd.; WOLF V. GLANVELL, Deusdedit Coll. can., III, 127, p. 323; FRIEDBERG, Decr. Gratiani, XXV, 2, 21, c. 1017; J-K. 1014, [I, p. 133].

PELAGIUS ARMENTARIO MAGISTRO MILITUM. [Inter cetera]. Scit enim gloria uestra, quia postea quam ecclesiae iura documentorum quoque intercedentium fuerint auctoritate firmata, nullatenus ab his discedendi liberam pontifex, uel si uelit, permittatur habere licentiam.

Codd.: B fol. 31v; C_1 fol. 4v, C_2 fol. 3a, C_3 fol. 2v, C_3^b fol. 8; C_4 fol. 8; D_1 fol. 79; D_2 fol. 181; P_3 fol. 52va, [P_3^b fol. 93b: (addita in apparatu)].

1 magistro militum] defensori *B*, hoc inseruit pelagius papa in epla. missa armentario comiti *(pro titulo)* P_3^b **1-2** inter cetera] *om. B* C_2^b P_3^b **2** scit... quia] *B*: *om. C D* P_3 post quam *C (excepto* C_3^b*)* **3** fuerint] sunt *C (excepto* C_3^b*)* **4** nullathenus P_3 hiis descendendi P_3 **5** abere C_3^b permittat. hab. licent.] *(cf. epp. 64, l. 34-35 et 87, l. 7 et 16) C D* P_3 [permitat.] C_3^b: hab. licent. permitatur *(*permitat. *add. postea vid., post punctum, partim in marg.) B* 2, *add.* (e)x *(*e *parv. pro init. litt.)* eodem *(septimo libro codicis iustiniani [VII, 43])* ea que statuuntur aduersus absentes non per contumaciam scilicet denunciacionibus nequaquam ex more conuentos iudicate rei firmitatem non optinere certum est *(et seq. supra not. in* **1***)* P_3^b.

Tit. **Armentario magistro militum:** Vir aliunde ignotus, cui, sive ratione ipsius *magisterii militum (vacantis)* — quod veri similius videtur (cf. ep. 65,1 et notulas in ep. 29,1, p. 171 et 84) — sive et alia ratione (cf. ep. 70,1, et notulas in titulum ep. 69, p. 178) *inlustris* titulus et *gloria* congruebat. Cf. adnotationes in epp. 20,1; 22,2; 53,5 et E. STEIN, *Histoire* ..., p. 432-433, n. 11. Titulus *Coll. Britannicae* est mendum manifestum. Cf. P. EWALD, *o. c., l. c.*, p. 551, n. 8. Quoad *magisterium militum* cf. notulas in ep. 29,1 et in titulum ep. 31, p. 87.

permittatur: Quae Pelagio adtributa *in epistola missa Armentario comiti*, inveni in cod. *Parisino Bibl. Nat. lat.* 3882 (P_3), fol. 93b, in apparatum relegavi. Parum enim veri simile est talia adlegasse papam in his litteris. Re quidem vera, ut in cod. iam constat, agitur de fragmentulo *Cod. Iustiniani*, VII ⟨43,7⟩, quod ponitur post duo alia *(Ibid.*, VII, 43, 2.5.) nomine Leonis I insignita, quaeque invenire nescivi in epistulis ad Marcianum eiusdem pontificis, ubi adesse deberent iuxta cod. inscrip-

tiones. Idem accidit quoad fragmentulum ultimum, quod nostrum sequitur *(Ibid.*, VII, 43, 10) insertum, prout in cod. dicitur, in epistulam Gelasii ad Anastasium. Restat ut notem obsoletam rationem qua illa fragmenta praedictis pontificibus adsignentur in supra laudato cod.:

⟨Cod. Iust., VII, 43,2⟩	(E) x septimo libro codicis iustiniani Cessante quoque causa .... post se fieri certu(m) est hoc insertū fuit in ep̄la leonis pp̄e ad marcianū
⟨Cod. Iust., VII, 43,5⟩	(D) e eodem si ut proponis .... minime oportet hoc insertū fuit in secūda ep̄la eiusdem
⟨Cod. Iust., VII, 43,7⟩	(E) x eodem ea quae statuuntur .... certum est hoc inseruit pelagius pp̄a in ep̄la missa armentario comiti
⟨Cod. Iust., VII, 43,10⟩	(D) e eodem cum non uoluntat(is) .... iuris ratio non p(er)mitit hoc inseruit gelasius in ep̄la ad anastasiū

56

Tullianus episcopus quaesierat a pontifice utrum acceptus ei esset Latinus diaconus Grumentinus, qui suffragia electorum ecclesiae Marcellianensis, Consilini, sortitus erat. Pelagius et electionem confirmat et rogat episcopo, ut, datis litteris dimissoriis, Romam mittat ut eum vigilia paschali consecrare possit.

J-K. 1015; KEHR VIII, p. 375, 4 ex. m. martio a. 559

Edd.: MIGNE, [FRONTEAU] PL. 161, Ivon. Carnot. Decr. VI, 112, c. 472; (1; 3) *THANER, Anselmi Luc. Coll. can. VI, 52, p. 294; FRIEDBERG, Decr. Gratiani, d. LXXXIII, 14, c. 239.*

PELAGIUS [PAPA] TULLIANO EPISCOPO GRUMENTI-
NO. Litteras caritatis tuae suscepimus, quibus significas Lati- 1

Codd.: B fol. 31^v; C_1 *fol.* 15^v: (1... postulari; 3: hoc dicimus), C_2 *fol.* 15vb, C_3 *fol.* 12^v, C_4 *fol.* 11va; E_1 *fol.* 47^{a-b}, E_2 *fol.* 67^b, E_3 *fol.* 71^v, E_4 *fol.* 35^b-35va; F_1 *fol.* 136^a, F_2 *fol.* 110vb-111^v, F_3 *fol.* 120^b-120va; *H fol.* 56^a; *I fol. 53:* (1... postulari; 2-3); *O [Thaner, p. 294-295]:* (1... postulari; 3: hoc dicimus...); O_{16} *fol.* 59va; P_1 *fol.* 321^v: (1... postulari; 3; hoc dicimus), P_2 *fol.* 38^v-39, P_3 *fol.* 26va; *Q fol.* 68^v: (1... postulari; 3: hoc dicimus...); S_1 *fol.* 71^v: (1... postulari; 3: hoc dicimus..).

1 pelagius] *C E F H I O* O_{16} S_1: pellagius O_9, pelaius *(*laius *post ras.)* O_6, gelagius S_2, gelasius C_2, eiusdem *(gelasii) P*, (i)dem *(gelasius) (*i *parv. pro init. litt.)* P_3, *om. B Q* papa] *om. B E F P Q S* tulliano] *B E F H (*a *corr. aut del. voluit forte postea) B*: tullano *I*, tullino *C O* O_{16} *(*n *superscr.)* C_1, ad tullianum P_3, ad tullinum *P S*, *om. Q* episcopo grumentino] episc. gunertino *H*, episcopo [grument. *om.*] *B*, episcopum grumentinum *P S*, *om. Q* **2** (l)itteras *(*l *parv. pro init. litt)* P_3 karitatis *B* C_1 *I* P_2 tuae] *om.* C_4 tuae karit. *I* suscipimus C_2 significas] *ex* significasi *B*, sigificas S_1

Tit. **Tulliano episcopo:** Valde probabile existimo, eum fuisse illum Tullianum diaconum, *qui* — sicut olim ipse Pelagius scripserat — *unus est ex dictatoribus Vigilii*, quem idcirco vehementer reprehenderat in *Pro def. Trium Cap.*, VI (R. DEVREESSE, *o. c.*, p. 64-65). Cum illo autem postea amicitiae foedera iniisse credendum est, quando papa condemnationi Trium Capitulorum subscripsit. Mendose igitur praesul iste Iulianus vocatur in *Gestis S. Laverii.* Cf. F. LANZONI, *o. c.*, p. 325.

Grumentino: Grumenti, in Lucania, in oppido quod hodierno tempore *Saponara* nuncupatur. Cf. Th. MOMMSEN, CIL., t. X, p. 27-28; WEISS, *Grumentum*, in *Pauly-Wissowa*, t. VII, c. 1898; F. LANZONI, *ibid.* p. 324-325; P. KEHR, *o. c.*, t. VIII, p. 373-374; G. LUGLI, *Grumento*, in *Enc. Ital.*, t. XVII, p. 1010.

num diaconum tuum ad episcopatum ecclesiae Marcellianensis, a clero et ab omnibus illic conuenientibus postulari, de quo iam ante hoc tempus, retinemus nobis a uisitatore et a quibusdam loci habi-
tatoribus fuisse relatum. Sed nos credentes quia iam dimisso- 2

3 dyaconum E_1, diaconem C_2 O_{16}, diachonem *C*, *om. I* marcellianen.] *ex* marcellien. F_2 **4** ab omnib. illic conuenientibus] *B E F H*: ab omnib. qui illic conueniunt *I*, omnib. qui illic conueniunt [ab *om.*] C_1 *O* O_{16} *P Q* [illuc] S_1, omnib. illis qui illic conueniunt *C* [quod] C_4 **5** a^2] *om. F* **6** sed] *om. I* nos] *om. H* credetes *H* dimissoriam iam E_2

1. **Latinum diaconum:** Cf. ep. 58, p. 153, ubi iterum recolitur.

ecclesiae Marcellianensis: In pago cui nomina Consilinum, Cosilinum aut Marcelliana, Marcellianumve, olim sedes episcopalis prope Grumentum, in Lucania. Ultra ep. 58, p. 153, cf. S. GELASIUM, *Ep. Herculentio, Stephano et Iusto episcopis* (A. THIEL, *o. c.*, p. 388; MIGNE, PL. 59, c. 145 D), ubi est sermo de quodam Sabino *Marcellianensis sive Casilinatis (Cusilinatis: Coll. Britan.) urbis.* De situ autem ubi haec parva civitas fuerit disputant eruditi; nam quidam post F. LANZONI, *o. c.*, p. 324, qui tamen rem anceps proposuit, eam ponunt in *Sala Consilina* in *Val de Tamagro.* Eum secuti sunt H. LECLERCQ, *Italie*, DACL, t. VII, 2, c. 1679; E. JOSI, *Consilinum*, in *Enc. Cattol.*, t. IV, c. 417 et R. VAN DOREN, *Consilino*, DHGE., t. XIII, c. 523. Alii vero post I. B. M. ROSSI, *Ricerche sul sito delle città antiche di Consilina e Marcelliana*, Neapoli, 1845 (cf. Th. MOMMSEN, CIL., t. X, p. 25) eam fuisse putant in loco hodie dicto *La Civita*, prope *Padula* (Ae. FORCELLINI... I. PERIN, *Lexicon* ..., t. VI, *Onomasticon*, p. 412), sive — minus accurate? — in loco quem occupat hodierna *Padula.* Ita DE VIT, *Onomasticon* ..., t. II, p. 400 et P. ROMANELLI, *Consilino*, in *Enc. Ital.*, t. IX, p. 200. Cf. insuper notata ad ep. 58,1, p. 153-154.

ab omnibus illic conuenientibus: Cf. apparatum. Secutus sum lectiones *Coll. Britannicae* et coll. Ivonis Carnutensis, quae litteras integras nobis adservantes et in titulo recte *Tulliano* legentes, textum certiorem — quamquam aliter videri potest — probabiliter exhibent.

iam ante hoc tempus: Idem affirmatur in ep. 58,1.

a uisitatore: Petro videlicet Potentino episcopo. Cf. epp. 58 et 95, p. 153 et 225.

2. **iam dimissoriam:** Nam, quae vocatur excardinatio a dioecesi, iam tunc temporis aliquatenus nota et necessaria erat; excommunione alioqui puniebatur clericus qui, antistite invito, a propria discesserat dioecesi. Cf. Conc. Nicaenum, can. 16 (15) (C. H. TURNER, *Monumenta* ..., t. I, I, p. 134-137; MANSI, t. II, 675-676 B; 682 B; 691 B), Conc. Chalced., can. 13; 20 (E. SCHWARTZ, ACO., t. II, vol. I, 2, p. 160; 162; t. II, vol. II, 2, p. 37-39; 57; 59; 90-91; 108-109; t. II, vol. III, 3, p. 95; 97; MANSI, t. VII, c. 363-364 C; 365-366 E; 377 B; 379 A-B; 388 A; 390 A-B; 396 E; 398 D-E).

riam ipsius a tua caritate perceperint, scripsimus eum debere uenire. Uerum quia nunc consulis utrum nobis de persona eius placeat et a te debeat relaxari, ad nos nihil attinet, nisi ut, qui sacerdotem necessarium habent, concorditer personam eligant, cui canones obuiare non possint. Sed et nunc hoc dicimus, ut si eum 3
omnes eligunt et uis ei cedere, gratum nobis esse cognosce, ut, si possunt ante diem sanctum occurrere, uel sabbato ipso noctis magnae post baptismum cum Dei gratia ualeat ordinari. Alioquin necesse est eos usque ad quarti mensis ieiunia sustinere.

---

7 -rium] E_4 ipsius] *om.* *H* karitate *B I* perceperint] susceperint *I* uenire debere *H* **8** persona] *ex* perna *(so superscr.)* *B* **9** relaxari] *(?)* *B* *2(?)* **10** habet *B* eligat *ex* eligant *B* **11** hoc] *add.* itaque [sed et nunc *om.*] *C O* O_{16} *P Q S* dicinus E_4 eum] *om.* C_3 C_4 **12** uis] ius F_1, *(?)* F_3 ei cedere] *B E F*: eum cedere *C I O Q*, eum concedere O_{16}, eum ecclesiae *P* S_1, eum ei ecclesiae *H*, eum ecclesiae illi praebere P_3 nobis] *ex* enobis *B*, uobis O_2 esse] eum C_2 esse nobis *H P S* cognoscere O_2, ignotesce P_2 **13** possint O_9, possit P_2 sabbato] asabato *B* **14** baptismum] *ex* babtism. *B*, babtism. C_1 P_2, babptism. C_2 cum dei gratia] *om.* *C* O_1 O_2 **15** est] *om.* O_7 eos] *om.* *P S* usque] *om.* *I*.

---

perceperint: Ecclesia enim, cui electus cedebatur, dimissoriam accipiebat; Pelagii verba nunc ad electum, tum vero ad electores inha c atque in ep. 58 spectant.

scripsimus eum debere uenire: Quae litterae, quarum iterum in ep. 58,1 fit mentio, sunt amissae.

3. **ante diem sanctum:** Pascha a. 559 contigit die 13 aprilis.

sabbato ipso noctis magnae post baptismum: Hic primum occurrit — quantum noverim — sabbatum paschale velut dies proprius sacrorum ordinum. Exinde praesens epistula scribi debuit ante diem 12 aprilis a. 559, et quidem vel duas circiter hebdomadas ante diem illum, tempus videlicet minimum ad itinera necessarium; non autem tres hebdomadas ante sabbatum sanctum, quod non oportuisset excludere — ut tacite pontifex facit — dominicam palmarum, quae anno illo die 6 eiusdem mensis evenit. Litterae itaque datae fuerint oportet exeunte mense martio a. 559.

usque ad quarti mensis ieiunia: Unde inferre non licet, tempore nostri papae solos dies ad sacrandos episcopos aptos fuisse sabbata Quattuor Temporum. Quod enim Pelagius inculcat, id super quod eius argumenta vim faciunt, est ieiunium ante ordinationes sacras omnes praestandum. (Cf. C. CALLEWAERT, *o. c.*, *l. c.*, p. 206-207). Aliud autem ieiunium, post illud sabbati paschalis, iam non exstabat usque ad ieiunium Quattuor Temporum Pentecostes, ad quod idcirco differenda erat ordinatio, si sabbato paschali conferri non potuerat. Cf. Th. MICHELS, *Beiträge zur Geschichte des Bischofsweihetages im christlichen Altertum und im Mittelalter (Liturgiegeschichtliches Forschungen*, 10), Münster im Westf., 1927, p. 36-39; 47; Dom Ph. OPPENHEIM, *Pro Christo legatione fungimur*, Romae, 1949, p. 60-62; M. ANDRIEU, *o. c.*, t. III, p. 582-583; 570-572.

57

Episcopo Marcello certiorem facit clericum Valentinum nullo esse canonico impedimento affectum, cum eius sponsa, quamvis iam antea cum alio desponsata sit, virginitatem tamen semper servaverit. De modo quoque agit se gerendi Marcelli erga presbyteros, qui bello pulsi, eius dioecesim petiere. Si presbyteri ei desunt, monachos, qui digni sint, eligere poterit, quin vero monasteria detrimentum patiantur.

J-K. 1016 ex. m. martio a. 559

Edd.: (1; 3) *BALUZE, Miscel., III, p. 2;* (2) *EWALD, NA., V, Coll. Brit. Pelag. ep. 44, p. 552;* (1) *MIGNE, [FRONTEAU] PL. 161, Ivon. Carnot. Decr., VI, 113, c. 473 FRIEDBERG, Decr. Gratiani, d. XXXIV, 20, c. 130.*

PELAGIUS MARCELLO EPISCOPO SEUONIENSI. Cari- 1

Codd.: *B fol.* 31^{v}: (1: ualentinum... -3); C_1 *fol.* 66^{v}: (3), C_2 *fol.* 29^{va-vb}: (1; 3), C_2^{b} *fol.* 77va: (3), C_3 *fol. 29:* (1; 3), C_3^{b} *fol.* 58^{v}: (3), C_4 *fol.* 27^{b}: (1; 3), C_4^{b} *fol.* 57^{a}: (3); E_1 *fol.* 47^{b}: (1: ualentinum...), E_2 *fol.* 67va, E_3 *fol.* 71^{v}, E_4 *fol.* 35va; F_1 *fol.* 136^{a-b}: (1: ualentinum...), F_2 *fol.* 111^{a}, F_3 *fol.* 120va.

1 pelagius] *B E F*: idem *(pelagius)* C_2 C_3 C_4, gelasius C_1 C_2^{b} C_3^{b} C_4^{b} macello *B* episc. seuon.] C_2^{b}: seuon. episc. C_2 C_3 C_4, episc. senoniensi *(an recte?)* C_1 C_3^{b} C_4^{b}, episc. antoniensi *(an recte?)* E_2 E_3, episc. attoniensi F_2, episc. atoniensi E_1 E_4 *F* *ex* anton. *corr. vid.* E_3, *om.* *B*, *add.* post aliqua *(§ 1-2 om.)* C_1 C_2^{b} C_3^{b} C_4^{b} kari- C_2

Tit. **Marcello Seuoniensi:** His modo litteris notus. Nomen sedis legendum esse *Seuionensis*, id est, *Sauionensis* vel *Sabionensis*, pro *Seuoniensis*, ut *Coll. Caesaraugustana* habet, arbitror. P. EWALD, *o. c.*, *l. c.*, p. 552, n. 4, ad nomen *Atoniensis* explicandum, proposuit Atinam in Volscis, quod tamen merito reiicitur a P. KEHR, *o. c.*, t. VIII, p. 197, et ignorari videtur a F. LANZONI, *o. c.*, p. 174. Et quidem, si lectiones coll. Gallicarum deliguntur, difficilius existimabitur, quod ab Atina, unde tantum *Atinas*, *Atinates* exorta noscuntur, *Atoniensis* seu *Attoniensis* (aut *Antoniensis*) processerint: quocirca illam hypothesim opinor esse reiiciendam. Verum, ex ultima lectione hucusque ignota *Coll. Tripartitae*, videlicet *Antoniensi*, conici quoque potuerat Antii urbs. Iam vero, cum episcopi istius civitatis *Antiatini* sive *Anteatini* vocentur in synodis Romanis aa. 465, 487, 499-502 (MANSI, t. VII, c. 967-968; 1171; t. VIII, c. 252; 268; 300; Th. MOMMSEN, *Acta synhod ...*, *l. c.*, p. 400,18; 407,21; 436,71; 453,27) — *Antiensi* enim, quod praestare posset *Ant[on]iensi*, est obsoletum adiectivum, cf. DE VIT, *Onomasticon...* I, p. 344; *Thesaurus ...*, t. II, p. 188 —, cum aliunde litterae *on* optime adtestentur lectionibus cunctis: *Atoniensi*, *Seuoniensi*, *Senoniensi*, coniectura illa suspecta valde manet. Cf. HUELSEN, *Antium*, in *Pauly-Wissowa*, t. I, c. 2561-2563; H. LECLERCQ, *Antium*,

tati tuae quae obseruare debeat significare curauimus, id est, ut

---

DACL., t. I, 2, c, 2488-2489; P. Richard, *id.*, DHGE., t. III, c. 716-717; F. Lanzoni, *o. c.*, p. 144-145; P. Kehr, *o. c.*, t. II, p. 35; A. Galieti, *Anzio*, in *Enc. Cattol.*, t. I, c. 1588-1589. Demum *Atoniensis* forma, de qua iam supra dixi, non est, magna cum probabilitate, nisi corruptio *Antoniensis*, sicut innuunt lectio *Attoniensis* et illae *Coll. Caesaraugustanae*, in quibus *u*, *n* similiter adsunt.

Iam ergo non restat, nisi has lectiones *Coll. Caesaraugustanae*, id est, *Seuoniensi*, *Senoniensi* expendere. Quae primo intuitu magis probanda videtur est *Senoniensi*, nam *n* fulcitur insuper testimonio lectionis *Antoniensis* codd. E_2 E_3. Verumtamen, agi non posse de episcopo Senonensi oppidi Senonum in Gallia *Sens* nominati, ipse P. Ewald, *o. c.*, *l. c.*, p. 552, n. 4, ostendit; cf. etiam Keune, *Senones*, in *Pauly-Wissowa*, t. II^A, c. 1477-1478; H. Leclercq, *Sens*, DACL., t. XV, 1, c. 1204; 1210-1211; 1218-1220. idem suadit litterarum tenor, quae Marcellum aut Italicum praesulem, aut Italiae saltem viciniorem satis declarant. Neque vero *Senoniensis* nomen plene convenit Senae Iuliae *(Siena)* in Etruria, unde Eusebius *Seniensis* sive *Senensis* fuit antistes a. 465 (Mansi, t. VII, c. 965), neque Senae Gallicae *(Sinigaglia)* in Umbria, cuius episcopus Venantius *Senogalliensis* a. 502 vocatur; cf. Th. Mommsen, *Acta synhod ...*, *l. c.*, p. 454,54; Mansi, t. VIII, c. 269; 300. Cf. etiam P. Kehr, *o. c.*, t. III, p. 197-206; t. IV, p. 192-193; F. Lanzoni, *o. c.*, p. 492-493; 564-567; V. Savelli, *Siena*, in *Enc. Cattol.*, t. XI, c. 545-552; A. Polverari, *Senigaglia*, *ibid.*, c. 308-309. In primo enim casu desunt litterae *no* seu *on* quae in codd. apparent; in altero syllaba *gall* mutata foret in *n*, quod quidem nimis rarum videretur. Nihilo autem minus, cum huius regionis incolis fuerit nomen *Senonum*, cumque alioquin etiam adiectivum *Senensis* olim Senae Gallicae fuisset aliquando tributum, Marcellum *Senoniensem* fuisse praesulem sive ipsius Senae Gallicae, urbis Senonum principis, sive alius civitatis Senonum in Umbria, non impossibile omnino, etsi minus probabile, putandum est. Cf. Philipp, *Senones*, in *Pauly-Wissowa*, t. II^A, c. 1477; Keune, *id.*, *ibid.*, c. 1477-1478; Ae. Forcellini ... I. Perin, *Lexicon ...*, t. VI, *Onomasticon*, p. 612-613.

Iam igitur demum *Seuoniensis* vocem, quam habent codd. *Coll. Caesaraugustanae*, ubi epistula melius — si excipias unam *Coll. Britannicam* — servata est, altius investigare oportet. Hypotheses congerens, reiicere debui fundum *Sevvonianum (Seuvonianum ... Sevonianum)* eo quod ibi numquam, quantum cognoscitur, fuisset sedes episcopalis. Cf. Keune, (ad verbum), in *Pauly-Wissowa*, t. II^A, c. 2024. Neque hodierna *Savona* (olim Vadum Sabbatium), etsi verbo congrueret, probabilis coniectura mihi visa est, cum nullus ibi ante s. IX fuerit episcopus notus. Cf. P. Kehr, *o. c.*, t. VI, 2, p. 352-354; F. Lanzoni, *o. c.*, p. 844-845. Tandem, Deo ducente, mihi sub oculos venerunt Materninus Sabionensis (commenticius) et alius (verus) Ingenuinus de Sabione (Sabionensis). Cf. P. Kehr, *o. c.*, t. VII, 1, p. 12-13; Keune, *Sabiona*, in *Pauly-Wissowa*, t. I^A, c. 1602-1603. Iam vero, cum facile explicetur transitus a *Savionensi* in *Sevoniensi* — quandam *a* ceteroqui nobis servavere codd. coll. Ivonis: *A*ntoniensi, *A*toniensi — fuisset Marcellus noster primus notus episcopus *Sabionensis* seu *Savionensis*, atque ideo haec sedes triginta iam ante annos quam ut indicat Keune (a. 589), et viginti ante annos commenticii concilii Gradensis a. 579 exsti-

Ualentinum clericum, cui mulier cum alio ante uelata, non tamen

---

3 ualentinum clericum] *codd. omn.*: ualentino clerico *Baluze*, *Fronto*, *Gratianus*   ante uelata cum alio *(recte fortasse)* *C*   uelata] *om.* E_4

---

tisset, quod quidem saltem absonum non est. Marcellus igitur foret, uti ab epistula infertur, praesul Petri sedi obsequens, cum Aquileiensis metropolita ab ea defecerit; idcirco illi papa commisisset instaurationem ecclesiarum in septentrionali Italia, quae maxime vastationibus belli patuerat. Cf. notulas in ep. 52,15, p. 139. Adlusio ad monasteria regionis difficultates non parit: in partibus enim Aquileiae vita monastica iam a priscis temporibus floruerat (cf. P. Richard, *Aquilée*, DHGE., t. III, c. 1118); ipse schismaticus Aquileiensis antistes monachus antea fuerat (cf. ep. 24,5, p. 75). Verba igitur papae spectare possent ad monasteria regionis illius. Si exposita probantur, in sede Sabionensi (Sublabione, hodierna *Saeben* vel *Seben* ad *Brixen*), in altera Rhaetia (hodierno *Tirol*), sequens haberetur episcoporum series: Marcellus (c. aa. 558-570), Ingenuinus (c. aa. 571-592), Mastalo sive Mastulo (c. a. 599-?), Ioannes? (?), Petrus (c. aa. 730-732), (cf. W. Gundlach, MGH., *Epp.*, t. III, *Epp. Langob.*, 14, p. 706, l. 17 = Gregorii III *Epistula)*, Alimus ? (c. aa. 800-803 ?). Cf. O. Holder-Egger, MGH., *SS.*, t. XIII, *Versus de ord. conprov. pont.*, p. 352. Quoad Sabionensem sedem consuli possunt A. Brackmann, *Germania pontificia*, t. I, Berolini, 1911, p. 139-141; F. Lanzoni, *o. c.*, p. 941-943; G. Loew, *Rezia*, in *Enc. Cattol.*, t. X, c. 842-843. Fatendum vero mihi est, obstare autumatae orthodoxiae Marcelli, quod iam eius successor Ingenuinus cum schismaticis Histriis episcopis partem habuerit. Cf. F. Lanzoni, *ibid.*, p. 892-894; 941. Non tamen propterea continuo reiiciendam hypothesim duco. — Nulla fere probabilitate gaudet sedes Curium Sabinorum, cuius antistites *Sabinenses*, *Sabinienses*, *episcopi S. Anthimii* (non autem *Antoninienses*) vocati erant. Cf. adnotationes in titulum ep. 36, p. 102. Contra, pensanda est verisimilitudo, quam, ratione loci, etiam quadamtenus et nomine, prae se fert prisca sedes Salonitana, iuxta hodiernam *Spalato*, cuius incolae vocati fuerunt *Salonates*, *Salonitani*, vel *Saloniani* seu *Saloniani*, sed etiam olim aliquando *Salonenses*. Cf. Vulic, *Salona*, in *Pauly-Wissowa*, t. I^A, c. 2003-2006; Ae. Forcellini ... I. Perin, *Lexicon ...*, t. VI, *Onomasticon*, p. 584; H. Leclercq, *Salone*, DACL., t. XV, 1, c. 602-624; V. Brajevic, *Salona*, in *Enc. Cattol.*, t. X, c. 1697-1699. Obstat tamen multum, quod apud S. Gregorium Magnum, *Reg.*, II, 11; 12; III, 22; 32; 46; IV, 16; V, 39; VI, 3; 26; IX, 176; 178; 234 (P. Ewald-L. M. Hartmann, MGH., *Epp.*, t. I, p. 118-119; 180; 190; 202; 249; 328; 382; 405; t. II' p. 171; 173; 229) eiusdem urbis cives semper *Salonitani* nominentur, quae quidem forma satis abest ab eis, *Antoniensis*, *Senoniensis*, *Seuoniensis*, quas mei codd. proferunt. Cf. etiam quae notavi in titulum ep. 92, p. 219.

1. **Ualentinum clericum:** Etiamsi mendosa, in textu tamen servandam lectionem duxi, cum eam omnes quos contuli codd. habeant. *Valentino clerico* esse legendum suadet et ipsa orationis dispositio et sensus, et codd. *Gratiani Decreti*, qui, tacente Ae. Friedberg, *o. c.*, c. 130, legisse *Valentino clerico* videntur. Attamen, Gratiano ipso, aut eius correctoribus, est adscribenda forte emendatio; ego enim facile crediderim — prout omnes antiquio-

ei nupta sed uirgo permanens, post mortem eius cum quo uelata
erat sponso, coniugali est copula sociata, quia interim uelamen
accepit, nullum in promouendo generetur obstaculum, quia nihil
est, quantum ad hunc articulum pertinet, quod ei de canonicis
obuiet constitutis. Sed et de praesbyteris ex diuersis Italiae regio- 2
nibus per bellicam necessitatem dispersis atque in illis locis modo
consistentibus, hoc tuam facere perspeximus caritatem, ut, si re
uera indagine locorum, qui ad ecclesiasticos ordines proue⟨h⟩antur,
noscuntur, ecclesiis ⟨praebeantur⟩ et sacra mysteria celebrentur;
pari etiam auctoritate mandantes, ut et de monasteriis probatae 3
uitae monachos debeas ad sacratos ordines promouendos eligere,
eo dumtaxat moderamine custodito, ut neque monasteria ab optimis personis ex toto uacuata reddantur, neque ecclesiae remaneant sine sacerdotibus destitutae.

---

4 ei] illi E_1 eius] *superscr.* E_2 *2 (?)* erat] fuerat E_4 **5** interim] iterum, tantum *codd. Gratiani* **6** acceperit *Baluze* generetur] genetur C_3 quia] qui C_3 C_4 **7** pertinet articulum *C* ei] eis *B* **8** constitutis obuiet *add.* et post pauca *(§ 2 om.)* C_2 C_3 C_4 institutis *Fronto, codd. aliqui Gratian.* **10** karitatem *B* **11** indagine] *om. Ewald* **12** misteria *B* celebrantur *B* **13** pari etiam] nostra *(incip.)* C_1 C_2^b C_3^b C_4^b mandantes] *ex* mandante *(?) B*, mandamus *C* et] *eras.* C_2 C_2^b, *om. B* **14** sacros C_2 C_3 C_4 **15** duntaxat *Baluze* ut neque] omneque C_3^b C_2^b **16** ex toto] *om. B.*

---

res codd. testantur — iam in archetypo constasse, quam servavi lectionem. — Hic clericus Valentinus difficilius autumaretur ille Valentinus notarius Pelagii, de quo loquitur *Lib. Pontif.*, LXII, III (L. Duchesne, *Le Lib. Pontif ...*, p. 303).

uirgo permanens: Ius enim illius aevi accessum ad sacros ordines vetabat illis, qui matrimonium cum vidua contraxissent, dum nuptiale foedus cum virgine nullum aestimabatur impedimentum. Idem decrevit Pelagius in matrimoniis cum viduis, quae virginitatem adhuc intactam servavissent. Cf. J. Vergier-Boimond, *Bigamie (L'irrégularité de la)*, DDC., t. II, c. 853-888.

2. **ex diuersis Italiae regionibus:** Ubi videre voluit P. Ewald, *o. c., l. c.*, p. 553, n. 1, indicium pro sede Senonensi in Gallia. Magis autem congruit textus loco Sabionensis aut Salonitanae sedis; maxime cum paulo post, verba *indagine locorum* — *indagine* non exscripsit Ewald —, praesentiam, aut melius propiorem Italiae situm, episcopi postulare videantur.

ecclesiis ⟨praebeantur⟩ et sacra mysteria celebrentur: Post *ecclesiis* quaedam verba, aut unum forsitan verbum, ut puta, *praebeantur*, ob praecedens forte *proueantur* opinor excidisse. Pro *celebrantur* cod., potius, reor, legendum *celebrentur*.

3. **ad sacratos ordines promouendos:** Consonant iis, quae in ep. 27,3, p. 82, scripserat. Iam S. Gelasius in *Ep. episcopis per Lucaniam et Brutios et Siciliam constitutis*, 3 (A. Thiel, *o. c.*, p. 362-363; Migne, PL. 59, c. 49 A-B) similia disposuerat.

58

Pelagius, credens diaconum Latinum, episcopum electum dioecesis Marcellianensis, a suo episcopo epistulas dimissorias recepisse, mandaverat Petro, episcopo Potentino, ut illum Romam mitteret. Hac vero epistula iterum rogat ut quam citius eum mittat, ut consecrari in vigilia paschali possit.

J-K. 1017; Kehr VIII, p .375, 5
ex. m. martio - in. m. aprile a. 559

Edd.: Thaner, Anselmi Luc. Coll. can., VI, 51, p. 294; Perels, Bonizo, Lib. de Vita Christ., V, 3, p. 175-176; Friedberg, Decr. Gratiani, d. LXXVI, 12, c. 271.

PELAGIUS [PAPA] PETRO EPISCOPO POTENTINO.
Dilectionis tuae scripta suscepimus, in quibus significas Latinum 1
diaconum ecclesiae Grumentinae ad episcopatum Marcellianensis ecclesiae siue Consilinatium ab omnibus fuisse electum; quod iam

---

Codd.: B fol. 32; O [Thaner, p. 294]; O_{16} fol. 59^b-59va; P_1 fol. 321^v, P_2 fol. 38^v, P_3 fol. 26va; R [Perels, p. 175-176].

1 pelagius] *O* O_{16}: gelasius *P R*, (i)dem *(i parv. pro init. litt.) (gelasius)* P_3, *om. B* papa] *om. B P R* O_{16} *et pler. codd. O* petro... potentino] petro episcopo *et duae litt. eras. in B, om. R, seq. rubr. et iter.* pelagius *(excepto* O_4*, qui titul. pon. post rubr.) O, post rubr.* pelagius papa O_1 O_2, gelagius O_5, gelasius O_7 **2** (d)ilectionis *(d parv. pro init. litt.)* P_3 **3** diaconem O_{16} *P, om. O (Thaner)* gromentinae *O* marcelianensis *B R*, marcellianense O_{16} **4** ecclesiae *om.* O_{16} siue] sue *ex* suo *R* consilinatium] *B O* O_{16} *P*: conscilio R_1, consilio R_2, cusilitanum *codd. aliqui Gratiani*, clusitanae *edd. Gratiani* ab omnib.] omnium *R* electum] *om. B* iam] dum O_{16} iam] *ex* aia P_1

Tit. **Petro episcopo Potentino:** Ad quem fuit missa et ep. 95, p. 225. Cf. etiam ep. 56, 1. p. 147, ubi uisitator nuncupatur. Quod refert ad sedem eius, Potentiam, hodiernam *Potenza*, in Lucania, cf. Th. Mommsen, CIL., t. X, p. 21; F. Lanzoni, *o. c.*, p. 325-329; K. Scherling, *Potentia*, in *Pauly-Wissowa*, t. XXII, 1, c. 1039-1040; P. Testini, *Potenza e Marsico Nuovo*, in *Enc. Cattol.*, t. IX, c. 1849-1851. P. Kehr, *o. c.*, t. IV, p. 146 agit de Potentia in Piceno.

1. **Latinum diaconum:** Vide sis in ep. 56,1, p. 146-147.

Consilinatium: Genitivus pluralis ex *Consilinas*, qui hic tantummodo, quantum scio, occurrit; erravit igitur P. Ewald, *o. c., l. c.*, p. 553. Cf. Huelsen, *Cosilinum*, in *Pauly-Wissowa*, t. IV, c. 1670-1671, qui etiam reprobat *Sala Consilina* tamquam locum ubi fuerit oppidum, et potius

ante hoc tempus retulistis, et iussimus ut ueniret, credentes eos
de persona eius ab episcopo suo dimissoriam impetrasse. Unde 2
uel nunc, si, ut dicis, eum concorditer ab uniuersis electum, et nihil
ei sacri canones contradicunt, et ab episcopo eius dimissoriam
accepit, facite eum uelociter ad urbem Romam occurrere, ut, si
Deus iusserit, in sabbato magno post horam baptismi ordinetur;
quia, si ante memoratum diem non occurrerint, coguntur usque
ad quarti mensis ieiunia sustinere.

4-5 ante iam *P* **5** retulistis] pretulistis P_1 P_3 et] *om.* O_{16} **6** eius] *ex* eis R_1 demissoriam O_{16}, demisor. (?) O_5 O_7 O_9 impetrasse] accepisse *Gratian.* **7** si ut] O_4 O_{12} *P R*, *ex* sicut O_9: sicut *B O* O_{16} P_1 dicitis O_3 O_4 O_{12} ab uniuer. concorditer O_{16} ut *ex* et O_2 **8** canone *B* et] *post lacun. in* P_1 eius] *om.* P_3 demissoriam *(cf. supra 6) B* O_{16} **9** accepit] *B P*: accipiunt *O* O_{16}, accipiant *R* occurrere] occure ... *(ras. lac.)* re P_1 **10** sabbato magno] sabato sancto *B* babtismi P_2 ordientur *perper. pro* ordinetur *ex* ordinentur P_1 **11** quia] *O* O_{13} *P R*: qui *(sed aliqd. parv. script. aut delet. supra* i*) B 2 (?)* occurrerint] *(cf. ep. 56, l. 13) O* O_{16} *P R*: occurrerit *B* cogentur R_2, cogent̄ R_1, cogetur *Gratian.* **12** ad] *post parv. lacun. in* P_1.

---

favet situi *La Civita*, prope *Padula;* cf. etiam *Thesaurus ... Onomasticon*, t. II, p. 567; 664. Videas insuper notulas in ep. 56,1, p. 147.

quod iam ante hoc tempus: Ad hanc primam Petri epistulam refertur sine dubio Pelagius in ep. 56,1.

iussimus ut ueniret: Litterae scilicet amissae, quorum mentio occurrit in praefata ep. 56,2, p. 148.

2. **accepit:** Nondum enim noverat pontifex, ecclesiam Consilinatium iam suscepisse Tulliani dimissorias litteras; haec ideo epistula eodem ferme die quo ep. 56 fuerit data necesse est.

uelociter: Nam sabbatum paschalem, ut e sequentibus patet, imminebat. De *sabbato magno*, cf. *Io.*, 19, 31 et notulas in ep. 56,3, p. 148.

59

Patricium Valerianum increpat, quod contra pontificis voluntatem Paulinum, Aquileiae episcopum, rogaverat, ut in communionem admitteret patricium Ioannem. Si schismatici in dubio adhuc sunt circa quaestionem Trium Capitulorum, se per legatum quam primum pontifici offerant, qui nullo tamen patietur modo, ut res, iam concilii universalis auctoritate dilucidata, iterum in synodo agatur.

J-K. 1018; KEHR VI, 1, p. 31, 17; VII, 1, p. 2, 8; 21, 11.
ex. m. martio - paulo post 16 aprilis a. 559

Edd.: (1-2; 4-7) *EWALD, NA., V. Coll. Brit., Pelag. ep. 46, p. 553-554;* (3; 8-9) *MANSI IX, c. 717; 732 C-E; MIGNE, PL. 69, c. 397; 413 A-B;* (8-9) *WOLF V. GLANVELL, Deusdedit Coll. can., I, 182, p. 113; PERELS, Bonizo, Lib. de Vita Christ., IV, 84, p. 147.*

PELAGIUS [PAPA] UALERIANO PATRICIO. Relegentes 1
autem exemplaria li⟨t⟩terarum quae in Aquileia ad Paulinum

Codd.: *B fol. 32-32*^{v}, B_1 *fol. 188*^{v}*:* (8-9); D_1 *fol. 33*^{v}*:* (8-9); D_2 *fol. 180-180*^{v}; E_3 *fol. 72*^{v}*-73:* (8-9); F_1 *fol. 82*^{vb}*:* (8-9), F_2 *fol. 68*^{b}*-68*^{va}, F_3 *fol. 73*^{b}; *I fol. 55*^{v}*:* (2: omnino ... -3); O_1 *fol. 214-214*^{v}*:* (3; 8-9), O_2 *fol. 202*$^{va-vb}$, O_3 *fol. 201*^{v}, O_4 *fol. 236;* P_1 *fol. 299*^{v}*:* (3; 8-9), P_2 *fol. 16,* P_4 *fol. 14*^{v}*-15; Q fol. 68*^{v}*-69:* (3; 8-9); *R [Perels, p. 147]:* (8-9).

1 pelagius] l(agius) *(*p(e) *mutil.)* B_1, idem *(pelagius) Q*, gelasius *R*, *om.* D_2 *(cum rel. titul.) P* papa] *om. B* B_1 *D E F P Q R* ualerio *B*, eidem *(ualeriano)* D_2, *om. O (et cum rel. titul.) P* patricio] ualentio *Q*, *om.* D_2 *O*, *add.* inter cetera *(§ 1-7 om.) D* E_3 *F R*

Dies, quibus litterae usque ad ep. 78 datae fuerunt, statui pro ordine quo veniunt epistulae inter praecedentem ep. 58 (ex. m. martio a. 559), et ep. 78 (paulo post diem 16 aprilis a. 559 scriptam). Cf. ibid., p. 193.

Tit. **Ualeriano patricio:** Cf. notata in titulum ep. 52, p. 134.

1. **in Aquileia ad Paulinum:** Hunc Paulinum esse Aquileiensem episcopum infertur ex conlatione huius ep. 59,1-3, cum epp. 24,1-11; 52,3.14-15; 53,10. Illius nomen Paulum fuisse, potius quam Paulinum, contendit E. STEIN, *Chronologie ..., l. c.*, p. 126-136, opusculum quod ipse met conferre non valui, et *Histoire ...*, p. 672; 695, n. 1. Pauli nomen ei profecto tribuitur in documentis Aquileiensibus et Gradensibus s. X-XIV, quorum plurima, ex uno antiquiore fonte civitatis Fori Iuliensis manasse, veri simile est. Pondus et auctoritatem eorum, certe non parva, vide sis apud F. LANZONI, *o. c.*, p. 875-876. Nihilo autem minus cum: 1.° omnes codd. lectioni Paulini, et quidem non semel sed bis, consentiant; 2.° omnes simul sumpti alta fuerint auctoritate etiam praediti, venerabilemque antiquitate

⟨p⟩seudo episcopum scripsistis, mirati sumus quomodo hoc aput
eum agere uoluistis, ut quasi in hoc excessus suos corrigat, si uirum
excellentissimum do*m*num filium nostrum patricium Iohannem ad
communionem suam permittat accedere. Nos a uobis hoc non
sperauimus. Magis autem ipsi praefato glorioso uiro scripsimus, 2
ut gratias Deo agat, quare per quamcumque occasionem liberatus
est a contagione scismaticorum, et omnino admonuimus, ne illis,
uel si uoluerint, communicet, qui ab uniuersali ecclesia et ab apos-
tolicis sedibus separati sunt. Istud autem est, quod et a uobis 3
et ab illo poposcimus et nunc iterum postulamus, ut et istum Pau-
linum [Aquileiensem] pseudo episcopum et illum Mediolanensem
episcopum ad clementissimum principem sub digna custodia diriga-
tis, ut et iste, qui episcopus nullatenus esse potest, quia contra
omnem canonicam consuetudinem factus est, alios ultra non per-
dat; et ille qui contra morem antiquum eum ordinare praesumpsit,

---

3 pseudoepiscopum *Ewald* **5** domnum] *Ewald*: donnum *B* **9** omnino] *I*: omino *B* admonuimus] admonemus filium nostrum patricium iohanem *(praecd. om.) I* **10** ab^2] *om. B* **11** sedebus *B* istud autem est] *B*: illud autem est *I*, istud est *O P Q* [istut] O_4 et] *om. O P Q* **12** et ab illo] *om. O P Q* et istum] *om. O P Q* **13** aquileiensem] aquilegensem O_3 O_4, *om. B I* mediolan.] *ex* medilan. *(o superscr.) B* **14** ep(iscop)am *B* **15** et ut *I*, ut [et *om.*] P_4 *Q* esse nullatenus *O P Q* **16** alios] *transp. post* perdat *Q* **17** -dat] *ex*-mitat *B*

---

traditionem redoleant, utpote qui ex ipsis Lateranensibus archiviis proveniant; 3.° facilior sit transitus a Paulino in Paulum quam contra, lectionem *Paulini* servandam propterea duxi. Sane Pauli nomen fuerat notum B. Gams, *o. c.*, p. 773; P. Kehr, *o. c.*, t. VIII, 1, p. 13; F. Lanzoni, *o. c.*, p. 892, qui tamen omnes nomen Paulini, vel ita *(Paulinus)* admiserant. Cf. P. Richard, *Aquilée*, DHGH., t. III, 1118-1120; P. Paschini, *Aquileia*, in *Enc. Cattol.*, t. I, c. 1722-1726.

patricium Iohannem: Cf. adnotationes in titulum ep. 24, p. 73.

ad communionem... accedere: Nam Paulini audacia eo processerat, ut illum a sua communione secludere auderet. Papa autem, qui Paulinum pseudoepiscopum aestimabat, indignatur, quod communio a schismatico episcopo expetatur. Cf. § 7, alioqui epp. 52,3; 53,3-4, p. 135 et 140-141.

2. **scripsimus:** Est ep. 53.

3. **et istum Paulinum:** *Aquileiensem*, quod ferunt plerique Italicorum codd., est interpolatio a § 1 subministrata. Cf. ep. 24,11, p. 76.

Mediolanensem episcopum: Auxanum videlicet. Cf. F. Savio, *o. c.*, p. 234-236; F. Lanzoni, *o. c.*, p. 1025-1026; F. Bonnard, *Auxane*, DHGE., t. V, c. 932.

contra canonicam consuetudinem: Cf. ep. 24,11, p. 76.

debitae canonibus uindictae subiaceat. Ista sunt quae, sicut di- 4
xi⟨mus⟩, sperauimus a gloria uestra, ut studium quod Dei eccle-
siis impenditis, dignos gloriae uestrae afferat fructus. Ceterum, 5
absit, ut uel ille uel uos uel quicumque catholicorum iudicum aut
quorumlibet christianorum ad illorum communionem accedere
debeat, quia nec communio dici potest, quae non uniuersalis eccle-
siae sed particularis scismatis est. Si quid autem de causa dam[p]- 6
nationis trium capitulorum episcopi illarum partium dubitant, quo-
modo consuetudo uetus habuit, aut eligant de suis doctos uiros
duos uel tres, aut unusquisque pro se ueniat et rationem a nobis
cum Dei gratia conpetenter accipiens ad matris communis sanctae
catholicae ecclesiae uiscera reuertatur. Nam quod celsitudo uestra 7
dicit: U b i c o n u e n i r e d e b e a m u s e t q u a s i s y n o -
d u m f a c e r e , istud canones nulli permittunt, post uniuersa-
lem synodum et post iudicium quod tamquam uno ore prope qua-
tuor milia episcopi tam in metropolitanis suis quam singulares
Constantinopoli protulerunt, iterum contentiones ad medium reuo-

---

18 canonibus] *om.* P_2 **24** particularis est scismatis *potius leg. vid.* dam-] ad *praemiss. expunx. B* **25** dubitant] n *praemiss. expunx. B* **30** sino- *B* **32** sinodum *B* iudiciūm *B*

---

4. **gloriam uestram:** Cf. notulas in ep. 53,5, p. 141.

6. Cf. quod Narseti dicitur in ep. 60,3, p. 160-161.

7. **celsitudo uestra dicit:** Cf. adnotationes in epp. 3,2 et 52,15, p. 7 et 138. Id dixerat patricius in epistula amissa, quam ad schismaticum Aquileiensem praesulem scripserat (cf. § 1), et quam papa tunc temporis sub oculis habebat.

ubi conuenire debeamus: Perperam F. Savio, *o. c.*, p. 235-236 affirmavit, et post eum F. Lanzoni, *o. c.*, p. 892, his litteris et ep. 61,2 innitentes, synodum hanc fuisse re ipsa celebratam. Quod autem de Aquileiensi concilio narratur inter fabulas computari debet: re enim vera ex epistulis Pelagii inferri nullo modo potest illius synodi convocatio et celebratio. Quod potius ex his liquet est, illam severe pontificem vetasse. Id, contra J. Langen, *Geschichte der römisch. Kirche*, t. II, Bonn, 1885, p. 389, iam bene notavit A. Nagl, *Pelagius*, in *Pauly-Wissowa*, Suppl., t. VII, c. 842.

istud canones nulli permittunt: An S. Gelasius I, *Ep. ad Dardanos* (A. Thiel, *o. c.*, p. 393-394; Migne, PL. 59, c. 61-62; 77-78; O. Guenther, *o. c.*, p. 370-371; 775-776)? Gelasius vero iam ad antecedentes maiorum ordinationes — quasnam nescio — provocat.

prope quatuor milia: Similis rhetorica exaggeratio in ep. 19,21, p. 59.

care. Sed nec licuit aliquando nec licebit, particularem synodum 8
ad diiudicandum generalem synodum congregari. Sed quotiens 9
aliqua de uniuersali synodo aliquibus dubitatio nascitur, ad recipiendam de eo quod non intellegunt rationem, aut sponte ii qui salutem animae suae desiderant, ad apostolicas sedes pro percipienda ratione conueniunt, aut si forte, sicut de talibus dictum est: P e c c a t o r c u m u e n e r i t i n p r o f u n d u m m a l o r u m c o n t e m n i t , ita obstinati et contumaces extiterint ut doceri non uelint, eos ab eisdem apostolicis sedibus aut attrahi ad salutem quoquo modo necesse est, aut, ne aliorum perditio esse possint, secundum canones per saeculares opprimi potestates.

---

35 sed] sic E_3 F, ic *(init. litt. deest)* B_1, *om.* D_2 aliquando] aliquem B_1 E_3 F, *seq.* nec *eras. et* licuit aliquando *iterat., del. (lin. subnot.)* B nec licebit] *item lin. subnotat. perper. del.* B sinodum B D_1 F_1 P_2 **36** ad diiudic. general. synod.] *om.* OP diiudicandum] D Q R: iudicandum B B_1 E_3 F generale R_1 synodum] *om.* B_1 quotiens] *add.* de B_1 **37** aliqua] *om.* B uniuersali] *ex* uniuersale D_1 sinodo B B_1 D_1 aliquibus] a quibus R_1 **38** -piendam] *ex* -piendum R_1, -piendum D_1 eo] hoc B_1 D E_3 F non] *superscr.* P_1 intelligunt *(recte fortasse)* B D_2 O P Q R, intelligitur B_1 E_3 F racionem *superscr.* O_2 aut] ut E_3 ii] E_3: hii F_1 F_2 O_4 Q, hi B B_1 D F_3 O P R, qui *seq. iterat. eras.* Q **39** suae] *om.* B_1 desiderant] *ex* desiderat F_1 apostolicam sedem P pro] *superscr.* F_2, *om.* Q perci-] reci- O_3 O_4 **40** conueniunt] B B_1 D E_3 F R: conueniant O P Q, *ex* conueniunt F_1 dictum] scriptum P **41** cum uenerit] *om.* Q **42** contemnit] E_3: contempnit *cet. codd.* ita] *add.* ut O_2 et] *superscr.*, haec *praemisso deleto* D_1 extiterit B **43** eisdem] eiusdem F attrahi] D E_3 F O P_1, *ex* atthrai Q: adtrahi *(recte fortasse)* P_2 P_4, atthrahi *corr. vid. ex* atthrai B, trahi B_1 R **44** quoquo modo] quomodo O, quoquo R_3, quoque R_1, quandoque R_2 aliorum] alio B perditio] pernities R esse possunt R_1, possint esse D [possit *ex* possint] D_1 **45** saeculares] *ex* saecularem *(?)* P_1, singulares B_1 potestatem P_1.

---

9. **de talibus dictum est:** *Prov.*, 18,3.

secundum canones: Cf. ep. 52,10-11 cum notulis, p. 137-138.

60

Quaeritur de dilatione adventus Paulini Fori Sempronii improbi praesulis, quamvis aliter promiserat Narses, huncque adhortatur ad punienda facinora quae ille et schismatici alii, neglegente Narsete vindictam, patraverant. Utatur demum patricius sua auctoritate ad coercendos improbos qui Ecclesiam discerpunt, nam leges consulunt, ut rebelles obstinatos pervicacesque publicae potestates opprimant.

J-K. 1019; KEHR VI, 1, p. 3, 3; VII, 1, p. 3, 10
ex. m. martio - paulo post 16 aprilis a. 559

Edd.: (2) *EWALD, NA., V, Coll. Brit. Pelag. ep. 47, p. 555;* (3-6) *THANER, Anselmi Luc. Coll. can., VI, 182, p. 352; PERELS, Bonizo, Lib. de Vita Christ., VII, 23, p. 246; MANSI, IX, c. 716 A-C; MIGNE, PL. 69, c. 395 D-396 A.*
Ined.: (1).

PELAGIUS [PAPA] NARSAE PATRICIO. Promiseratis de 1
illo Paulino Forosimproniensi, eum ad nos collectis missibus occursurum. Et ecce, tanto tempore lapso, non solum hoc non fecit, sed et ibi multa scelera in episcopo quem nos in uicina ecclesia

---

Codd.: B *fol.* 32^v*-33:* (2-6); D_2 *fol.* 178-178^v*:* (3-6); I *fol.* 54^v*-55:* (1-3... gloriari; 4-5); O *[Thaner, p. 352]:* (3-6); P_1 *fol.* 429^v*-430:* (3-6), P_2 *fol.* 158^v*-159*, P_3 *fol.* 130va, P_4 *fol.* 146^v; Q *fol.* 69^v*-70:* (3-6); R *[Perels, p. 246]:* (3-6); S_1 *fol.* 166^v*:* (4-6), S_2 *fol.* 283^v*-284;* T *fol.* 71^v*-72:* (4-6).

1 (p)elagius *(p parv. pro init. litt.)* P_3, idem *(pelagius)* R, eiusdem *(pelagii)* T, gelasius O_7 papa] *om.* B D_2 O P_1 P_2 P_4 Q R S T marsae I **2** missibus] *an forte pro* missis *(?)*

Tit. **Narsae patricio:** Cf. notata in ep. 14,3, p. 45.

1. **Paulino Forosimproniense:** Ad quem referuntur probabiliter ea qua in ep. 35,15 dicta, et epp. 69; 70; 71,1, p. 100; 178-182. Sedes eiusdem, olim Forum Sempronii, hodie autem *Fossombrone* nuncupata, in Umbria Transapenninica sita est. Cf. WEISS, *Forum Sempronii*, in *Pauly-Wissowa*, t. VII, c. 73; P. KEHR, *o. c.*, t. IV, p. 214-217; F. LANZONI, *o. c.*, p. 495-497; A. GALIETI, *Fossombrone*, in *Enc. Cattol.*, t. V, c. 1551-1552, ne unum quidem verbum loquitur de Paulino.

in uicina ecclesia: Quaenam haec fuerit incertum manet. Agiturne de episcopo Fanensi anonymo, inter antistites Eusebium et Fortunatum? De hac aliisque plus minusve vicinis dioecesibus videas F. LANZONI, *o. c.*, p. 499; 490-495; 500-503.

ordinauimus noscitur perpetrasse. Erigite ergo animum uestrum 2
ad ista resecanda, quia sicut de pacata per uos ecclesia merces
uos [adeo] maxima ab omnipotenti Deo prosequitur, ita si, quod
absit, dissimulantibus uobis aut negligentibus [uobis] scisma re-
manserit, peccatum incurritis, quia cum possitis emendare perpe-
ram, nescio qua ratione, despicitis. Nam de Liguribus et Uene- 3
ticis atque Histriis episcopis quid dicam? quos idonea est excellen-
tia uestra et ratione et potestate reprimere, et dimittitis eos in
contemptum apostolicarum sedium de sua rusticitate gloriari; cum,
si quid eos de iudicio uniuersalis synodi, qua*e* in Constantinopoli
per primam nuper elapsam indictionem act*a* est, forte mouebat,
ad sedem apostolicam, quomodo semper factum est, electis aliqui-

5 ergo] *om. B* **7** adeo *(=* a deo; *cf. not. seq.) om. I* ab omnipot. deo] *om. B* **8** uobis[1]] *om. (transp. post* negligentibus) *B* uobis[2]] *om. (post* dissimulantib.) *I* **10** dispicitis *B* nam] *om.* D_2 *O P Q R* et] *B I*: atque D_2 *O P Q R* **10-11** uene-ciis *I*, uienenetiis *B*, ueneficis O_7 **11** atque] *B I*: et D_2 *O P Q R* histriis] *B* P_1: istriis *I O Q R*, hystriis D_2 *P* est] *superscr. Q* **12** uestra] *huc transtul.* reprimere D_2 dimititis *B* eos] et dimititis eos *iterat. del. B* **12-13** ratione et... contemptu] *om.* R_1 **13** contemptu *I* **14** sinodi *B P R* quae] *coni.*: quam *B*, quod D_2 *O P Q R* constantinopolim *O P R* **15** indictionem] *ex* inductionem *B*, indiccionem P_2, indicionem O_4 O_9 P_3, incondictionem R_1 acta] *coni.*: actum *codd.* **16** ad] *ex* as R_1 factum est semper P_3 *R* **16-17** aliquibus] -bus *sup. ras. Q 2*, a quibus P_1 P_3, quibusdam P_2 P_4

2. **de pacata per uos ecclesia:** Cf. notulas in ep. 14,3, p. 45, quod adtinet ad Narsetis victorias.

ab omnipotenti Deo prosequitur: Secutus sum lectiones *Coll. Vindobonensis*, quae totum textum integrum praebet. Clausulae cursus praeterea hac lectione servatur, perit autem in *Coll Britannica. Adeo*, quod in illa prostat, *Coll. Vindobonensi* prospecta, *a Deo* absque dubio interpretandum est.

Liguribus et Ueneticis atque Histriis: Cf. epp. 24,1.11; 50; 52,1-3.15; 53,7.10; 59,1.3.6; 61; 62, cum iis quae ibi notata sunt, p. 74; 76; 131; 135-136; 138; 142; 155-157; 162-163.

3. **apostolicarum sedium:** Cf. quae supra in ep. 24,2, p. 74, scripsi. Schismatici enim in reiiciendo Trium Capitulorum damnationem, non solum Romanam, verum etiam et alias apostolicas despiciebant sedes, quae ei praefatae damnationi subscripserant.

per primam nuper elapsam indictionem: Id est, a die 1 septembris a. 552 ad diem 1 septembris a. 553. Concilium die 5 maii a. 553 apertum, usque ad diem 2 iunii eiusdem anni clausum non fuit.

quomodo semper factum est: Cf. J-K, 321 et 322: Innocentii I, *Epistulae*, 29 et 30, (24 et 25) (Mansi, t. III, c. 1071-1072; 1075; Migne, PL. 20, c. 583; 590).

bus de suis qui dare et accipere rationem possint, dirigere debue-
runt, et non clausis oculis corpus Christi Dei nostri, hoc est,
sanctam ecclesiam, lacerare. Nolite ergo dubitare huiuscemodi 4
homines principali uel iudiciaria auctoritate conprimere, quia
regulae patrum specialiter hoc constituerunt, ut, si qua ecclesiastici
officii persona, [ei] cui subiectus est restiterit uel seorsum colle-
gerit, aut aliud altare erexerit, seu scisma fecerit, iste excommu-
nicetur atque damnetur. Quod si forte et hoc contempserit, sed 5
permanserit diuisiones et scismata faciendo, per potestates publi-
cas opprimatur. Ecce, domine, quia animus uester forte timidus 6
est, ne persequi [illos] uidearis, de patrum uobis auctoritate haec
[uobis] breuiter dirigenda curaui, cum mille alia exempla et cons-
titutiones sint quibus euidenter agnoscitur, ut facientes scissuras
in sanctam ecclesiam, non solum exiliis sed et proscriptione rerum
[suarum] et dura custodia, per publicas potestates debeant
coherceri.

17 de] d *sup. ras. Q 2* qui] *ex* quam *B 2* **18** -runt] -nt *sup. ras.* R_1, -rint *P* clausis ocul.] *ex* clausocul. *(*is *superscr.) B 2* christi dei] domini [christi *om.*] P_4 est] *om.* R_1 **19** noli D_2 *S T* ergo] *om.* D_2 *S T* huiusmodi R_1, scismaticos *S T* **20** uel] et D_2 iudiciaria] *B*: iudiciali *(recte fortasse)* D_2 *I O P Q S T*, iudicali R_1 comprimere D_2 *O P Q R S* conprim. auctor. *I* **21** specialiter hoc] *B I*: hoc specialiter D_2 *O P Q R S T* **22** ei] *om. B* D_2 *O P S T*: *superscr. Q* subiectum P_1 R_1, subiecta D_2 restiterit] *ras. post* re, i *prim. corr. sup. ras. Q* deorsum *Q* colli- *R* **23** aliud] *om. I* erexerit] *ex* ecexerit *B* scisma] crisma *B* iste] ille O_7 **24** atque] uel D_2 damn.] *O* P_2 *S*: dampn. *B* D_2 *I P Q R T* quodsi *R*, si *superscr.* R_1 et] *om.* O_5 sed] set R_1, et *I* P_3 *S T*, si P_1 **25** scismata] *ex* scisma *B 2 (?)*, *ex* scismate R_1, scisma P_1 **26** obprimatur *(an recte?)* S_1 domine] de *et lacun.* O_5, *lacun.* P_1, *om.* D_2 forte] *superscr. B 2* timendus *T*, minimus D_2 R_1 **27** ne] nec R_1 illos] *om. B* D_2 *O P R S T*: *superscr. Q* **28** uobis] *om. B* D_2 *R S T* **28-29** cum mille... agnoscitur] *om. R* **29** agnoscatis D_2 **30** sanctam ecclesiam] (ecclesiam *ex* ecclesias) *B*: sancta ecclesia *(recte fortasse) cet.* et] *B*: etiam *S T*, *om.* D_2 *O P Q R* **31** suarum] *om. B* D_2 *O Q R S T* debeant] *om. S T* coërceri S_1, coherceris *(?) T*.

corpus Christi ... hoc est sanctam ecclesiam: Videas quod scripsi ad ep. 35, 13, p. 100.

4. **regulae patrum:** Can. 5 Conc. Antiocheni, in Conc. Chalcedonensi denuo prolatus. Cf. Vigilii, *Ep.* (damnatio) *Rustico et Sebastiano* (Mansi, t. VIIII, c. 358 C-D), ubi post adlegatum canonem dicitur: *Omnes reverendissimi episcopi clamaverunt: Haec iusta regula, haec regula patrum;* cf. adnotationes in ep. 52,10, p. 137.

5. **mille alia exempla et constitutiones:** Abundantia rhetoris, ut illa epp. 19,21 et 59,7, ubi de milibus item est sermo. Cf. p. 59 et 157.

61

Luminoso mandat, ut nihil aliud, nisi id quod pontifex ei commendavit, agat.

J-K. 1020; Kehr VI, 1, p. 3, 2; VII, 1, p. 3, 11.
ex. m. martio - paulo post 16 aprilis a. 559

Edd.: Ewald, NA., V, Coll. Brit. Pelag. ep. 48, p. 555; J-K. 1020, [I, p. 134].

⟨PELAGIUS⟩ LUMINOSO PRAESBYTERO. De causa ecclesiastica nullum te illic in Liguriae aut Uenetiae partibus cuiquam uerbum facere omnino iubemus, nec occupari ad aliud praeter ad quod directus es omnino permittimus.

Cod. B fol. 33.

2-4 e *pro* ae *(ut saepiss.) B* **4** es] *ex* est *B* **2**.

Tit. **Luminoso praesbytero:** Qui in sequenti ep. 62 a papa Ioanni comiti commendatur.

De causa: Schisma videlicet, quod propter Trium Capitulorum damnationem evenerat. Fortassis erat praesens epistula quasi *formata*, sive eiusdem fragmentum, quam pontifex ei dederat ad eius complendum officium. Quoad *formatam* vide sis notata in ep. 5,7, p. 16. Luminosus enim, deferre debebat probabiliter litteras ad Valerianum et Narsetem (epp. 59 et 60), vel certe ep. 62 ad Ioannem *patrimonii comitem.*

62

Ioanni, comiti patrimonii, presbyterum Luminosum commendat. Ioannes vero suis subditis Luminosum commendabit ut, hic possit quam citius officia adimplere.

J-K. 961; Kehr VI, 1, p. 3, 1; VII, 1, p. 1, 1.
ex. m. martio - paulo post 16 aprilis a. 559

Edd.: Wolf v. Glanvell, Deusdedit Coll. can., III, 135, p. 325; Mansi, IX, c. 735; Migne, PL. 69, c. 416.

PELAGIUS IOHANNI COMITI PATRIMONII. [Post ce- 1
tera]. Gloria igitur uestra secundum consuetum bonitatis morem
filio nostro Luminoso praesbytero, solacia in praefato itinere, qui-
bus tute ad destinatum locum peruenire ualeat, subministret. Sed 2
et commendare eum dignemini illic hominibus uestris, ut etiam
ibi, uestris fultus auxiliis, iniuncti sibi negotii facilius possit termi-
num recipere.

Codd.: D_1 fol. 80; D_2 fol. 182.

1 pelagius] p D_1 **2** igitur] *om.* D_2 bonitatis consuetum D_1 **3** solatia *ex* solatio D_2 praefato] *om.* D_2 **4** peruenire] pernire D_1 sumministret *(an forte recte?)* D_2 set *(pro more)* D_1 **5** dignamini D_1 **6** fultus] *ex* fultis D_1 **6-7** *leg. vid.* recip. termin.

Tit. **Iohanni comiti patrimonii:** Cf. notata in titulum ep. 38, p. 109.

1. **Gloria igitur uestra:** Ioannes idcirco fuit *inlustris*, sive *in actu positus*, sive *inter agentes*. Cf. notulas in epp. 20,1 et 53,5, p. 62 et 141; M. Bridget, *o. c.*, p. 147; 155; 166, ad superiora tempora quod refert.

Luminoso praesbytero: De quo fit mentio in anteriore ep. 61, quae eodem die data videtur.

praefato itinere: Quod scilicet per Venetiam et Liguriam ducebat. Cf. ep. 61, p. 162. Exinde potest inferri, Luminosum cum Ioanne convenire debuisse, antequam presbyter ad supra dictas regiones pervenisset, nam papa Ioannis auxilium requirebat, ut tute posset Luminosus intra schismaticorum ingredi fines. Confirmatur ideo, Ioannem nostrum Ravennae degisse. Cf. notulas in titulum ep. 38, p. 109.

2. **illic ... ut etiam ibi:** Argumentum alter interpretationi propositae, Ioannem videlicet non in Venetiis neque in Liguriae partibus residere.

sibi negotii: De quo supra, in ep. 61, p. 162.

63

Catellus et Marcellinus iudices sunto in causa inter Tuczam et Maximinum suscitata, cum ipsi iam huic negotio interfuerint. Eundem vero assesorem in iudicio adhibeant oportet, cui Georgius causam detulit.

J-K. 1021 ex. m. martio-paulo post 16 aprilis a. 559

Ed.: MIGNE, [FRONTEAU] PL. 161, Ivon. Carnot. Decr., VII, 148, c. 580-581.

CATELLO REATINO ET MARCELLINO AMITERNINO EPISCOPIS PELAGIUS. Tucza [a] filio ueniens nostro, cla-

---

Codd.: B fol. 33-33^{v}*; F_1 fol. 170*$^{va-vb}$*, F_2 fol. 135*$^{a-b}$*, F_3 fol. 149*^{vb}*-150*^{a}.

1 catellino *Fronto* reatino] *om. B, huc, post verb., transp.* pelagius *F* marcellino] mecellino *B* amiternino] *om. B* **2** tuizia *F* a] *om. B* cla-] ka- F_3

Tit. **Catello Reatino:** Ut videtur, eo quod P. EWALD, *o. c., l. c.,* p. 555, oblitus est notare, has litteras prostare in *Ivonis Decreto* (forte eum latuit), de hoc antistite, sicut et de sequente, silent Duchesne, Kehr et Lanzoni et ceteros omnes etiam recentiores, quos contuli, auctores. Noster autem *Catellus* inserendus est in album sedis Reatinae (Reate, hodierna *Rieti*, in Sabina), inter Probum, qui obiit mediante s. VI, et Albinum, mortuum c. a. 593. Cf. S. GREGORII MAGNI, *Dial.*, IV, 12; WEISS, *Reate*, in *Pauly-Wissowa*, t. I^{A}, c. 345-347; P. KEHR, *o. c.*, t. IV, p. 21-24; F. LANZONI, *o. c.*, p. 356-358; B. PESCI, *Rieti*, in *Enc. Cattol.*, t. X, c. 898-901.

Marcello Amiternino: Inmerito P. EWALD, *o. c., ibid.*, n. 4, unum eum facit cum *Marcello Antoniensi*, aut potius *Seuoniensi (Senoniensi)*, de quo in titulum ep. 57, p. 149-151, supra disserui. Re autem vera, tamquam successor Castorii (c. aa. 510-511), in catalogum episcoporum Amiternii merito reponetur, Quod ad Amiterninam urbem sedemque adtinet, cf. HUELSEN *Amiternum* in *Pauly-Wissowa*,,, t. I, c. 1840-1841; J. FRAIKIN, *Amiterno*, DHGE., t. II, c. 1290-1293; P. KEHR, *o. c.*, t. IV, p. 237-238; F. LANZONI, *o. c.*, p. 359-363; M. SCADUTO-A. FERRUA, *Amiterno*, in *Enc. Cattol.*, t. I, c. 1074-1076; vetus Amiternum, itidem in Sabina, nomine *S. Vittorino* nunc temporis donatur. Vicina loca ubi duo oppida consistebant veri similem quidem faciunt textum § 2. Facile crediderim, has litteras *a pari* fuisse datas, prout suadent tenor titulusque epistulae.

1. **Tucza:** Sive *Tuizia*. Probabile censeo, nomen fuisse origine Gothum, cui propterea origini *Tucza* potius, vel *Tuczia* (?), quam *Tuizia* congrueret.

rissimo uiro Georgio comiti, et agenti uices illustris uiri clarissimi Marcellini uicarii, questa monstratur: quod eam Maxim⟨in⟩us, quem suum coniugem perhibebat, nulla extante legitima necessitate uel ratione desereret, et ob hoc uel sponsaliorum sibi promissorum [quae] compleri peteret quantitatem, uel cetera, quae

---

3 comite et agente *F* **4** marcelliani F_2 **5** -minus] *cf. infra l. 9 et 19* perhibebat] *ex* prohibebat F_1 **6** uel[2]] *om.* F_3 **7** quae] *om. B* peteret] *B*: poterat *F*

---

clarissimo uiro Georgio comiti: In *Decr. Ivonis*, Tucza venit a Georgio, ut ad papam adpellet, vel a comite ad pontificem delata. Quamvis non liquido pateat quid melius contextui cohaereat, brevior, difficilior, iis quae in § 2 dicuntur magis consonans, ideo item verior, lectio *Coll. Britannicae* agnoscitur. Textus Ivonis, et hic et infra: *quae compleri poterat*, emendatus, aut verius corruptus, videtur. Nec res iudicari oportet ob solos titulos, qui saepe in *Coll. Britannica* neglecti, manci, vel etiam aliquando corrupti, melius in aliis coll. ad servati fuerunt; aliter igitur diiudicandum est titulorum pondus, aliter textus auctoritas ponderanda.

Unis appellationibus *clarissimi* et *comitis*, quibus donatur Georgius, non liquet in quo nobilitatis gradu positus erat. *Vices agens* tamen erat, ut videtur, *inlustris et clarissimi vicarii urbis Romae*, qui quidem ad primam dignitatem pertinebat. Cf. infra. De *comitibus* videas Th. MOMSEN, *Ostgotisch. Stud., l. c.*, passim; G. HUMBERT, *Comes*, in *Daremberg-Saglio*, t. I, 2, p. 1372-1373; SEECK, *Comites*, in *Pauly-Wissowa*, t. IV, c. 629-679; F. GROSSI-GONDI, *Comites nell'epoca romana*, apud E. DE RUGGIERO, *Dizion.epigraf. d'antich.romane*, t. II, Roma, 1910, p. 478-480; 516-517. Primis vero honoribus Georgius non fruebatur, nam neque *inlustris* et *gloriosus*, nec *spectabilis* vocatur. Cf. notulas in epp. 20,1; 22,2; 23,4, p. 62; 68; 71. Quoad *clarissimi* titulum, cf. adnotationes in ep. 21,1, p. 65; cf. etiam HORNICKEL, *Ehren- und Rangprädikate in den Papyrusurkunden*, Giessen, 1930, p. 22-27.

illustris uiri clarissimi Marcellini uicarii: Coniunctio titulorum *inlustris* et *clarissimi* prisca erat forma designandi quendam virum primae dignitatis munere fungentem. Cf. P. KOCH, *o. c.*, p. 36. Marcellinus autem noster fuisse videtur *vicarius urbis Romae*. Cf. L. M. HARTMANN, *Untersuchungen ...*, p. 40; Th. MOMMSEN, *Nachträge ..., l. c.*, p. 181-183; Ch. LÉCRIVAIN, *Vicarius*, in *DarembergSaglio*, t. V, c. 821-823; E. STEIN, *Histoire ...*, p. 465-466; E. SACHERS, *Praefectus urbi*, in *Pauly-Wissowa*, t. XXII, 2, c. 2531-2532.

Maximinus: Potius quam *Maximus* fuit nomen eius ignoti viri.

nulla extante legitima necessitate: Causae legales ad divortium legitimum videas apud IUSTINIANUM, *Nov.*, 117, 8-9, cf. etiam *Cod.*, V, 17,7-12; *Nov.*, 22,6-16; 117,5-7.10-15; 127,4. Quoad divortium in antiquitate consuli quoque possunt: F. BAUDRY, *Divortium*, in *Daremberg-Saglio*, t. II, 1, p. 323; R. LEONHARD, *Divortium*, in *Pauly-Wissowa*, t. V, c. 1245; H. LECLERCQ, *Divorce*, DACL., t. IV, 1, c. 1220-1221; A. VILLIEN, *Divorce*, DTC., t. IV, 2, c. 1462-1463; E. STEIN, *Histoire ...*, p. 414.

sponsaliorum sibi promissorum: Quae optime cum temporis illius iure consentiunt. Vir enim qui inmerito suam deserebat uxorem ei reddere

iniuste repudiantibus leges infligunt, eum debuisse subire dispen-
dia. Cuius tali querela deposita, praedictum Maximinum memo- 2
ratus filius noster comes Georgius per publicum fecit officium
detineri. Qui tentus asseruit eandem causam caritatis uestrae
iudicio cognitam uel finitam, et illam mulierem ob hoc quod non
paucis annis in conuersationis officium fuerit commorata, et diabo-
lico [fuerit] subripiente spiritu concitata, deposito ancillae Dei
habitu, ad saecularem fuerit reuersa lasciuiam, in monasterium
fuisse detrusam, et ex eodem nunc latenter monasterio discessisse.
Cuius exceptione cognita, necesse habuimus aequitatis considera- 3
tione permoti, propter inquirendam rerum gestarum plenius ueri-
tatem, absolutum praedictum Maximinum a praefati uiri cla-
rissimi Georgii comitis iudicio, ad dilectionis uestrae, qui cognito-
res fuisse dicimini, cum praedicta Tucza destinare praesentiam;
hoc scilicet decernentes, ut residente uobiscum eo cui memoratus
⟨filius⟩ noster Georgius comes praefatam scripserit causam, sine
ullo dilationis obstaculo cognoscatis. Et, si saepe dictam femi- 4
nam propter praecedentes excessus, caritatis uestrae prouidentia
retinetis in monasterio constitutam, in his quae pro Dei timore
a uobis salubriter statuta sunt permanentes, eam in ipsum
de quo discessit monasterium sollicitius et arctius constituite reti-
nendam, nulla ei quolibet tempore discedendi concessa licentia.

---

9 tali] *ex* talis *B 2* deposita] a *praemiss. eras. B* maximum *F* **10** publicum] *ex* publicam *B* **11** karitatis *B* **12** finitam] diffinitam *F* muilierem *B* **13** fuerit] *om.* F_3 **14** fuerit] *om. B* surripiente F_3 **16** fuise F_2 **17** exceptione] excessione *Fronto* **17-18** cosideracione *partim in marg. (sup. ras. ?) B 2* **18** promoti F_2 **19** maximum F **20** ad] *ex* a F_1, a *B* F_3 **21** -res] r *ex* c *expunct. (?), iter. superscr.* r *B* tuizia *F* **22** nobiscum *B* **23** noster] *sup.* comes *eras. B 2* praefat. scrips. causam] *scripsi*: praefat. caus. scrips. *F*, scrips. praefat. caus. *B* **24** dilectionis *B* obstaculo] *ex* obtestaculo F_1 **26** retineatis *Fronto* timore] amore *(an recte?) B* **27** eam] *B (cf. epp. 48, l. 4; 64, l. 11-12. 33-34)*: eandem *(recte fortasse) F* **28** arcius F_2, artius *B*.

---

dotem debebat, illique *donationem propter nuptias* tradere. Insuper a proprio patrimonio deducere et uxori donare eum oportebat summam tertiae parti *donationis propter nuptias* aequivalentem. Cf. IUSTINIANI, *Cod.*, V, 12,30; 13; *Nov.*, 117,8-9; 22,15,1; 22,16,1; praeterea, *Cod.*, I, 3,54; 3,52,15, quod adtinet ad illos, qui consortes deserebant ad vitam monachalem profitendam.

2. **caritatis uestrae iudicio:** Episcopi enim, qui paulo infra *cognitores* dicuntur, potestate iudiciaria in pluribus erant donati. Cf. IUSTINIANI, *Cod.*, I, 4; *Nov.*, 8,8-9; 83; 123; L. BRÉHIER, *La vie chrétienne en Orient*, in A. FLICHE-V. MARTIN, *Histoire de l'Église*, t. 4, 1945, p. 539, E. STEIN, *Histoire ...*, p. 399-401; 467; 488; 764; A. DUMAS, *Juridiction ecclésiastique (Histoire de la)*, DDC., t. VI, c. 238-245; 247-249.

64

(65 + 66)

Melleum subdiaconum docet modum se gerendi circa eos qui adulterium commiserunt. Inquirere insuper debet utrum accusationes Dulcitiae adversus Clarentium verae sint; quod si quidem ita fuerint ecclesiae proprietati committat et cum uxore permaneat.

J-K. 1022; 1023 ex. m. martio-paulo post 16 aprilis a. 559

Edd.: (1-2) FRIEDBERG, Decr. Gratiani, XXXII, 1, 5, c. 1116; (3-6) MIGNE, [FRONTEAU] PL. 69, 161, Ivon. Carnot. Decr., VIII, 55, c. 595; MANSI, IX, c. 737-738; MIGNE, PL. 69, c. 418.

PELAGIUS [PAPA] MELLEO SUBDIACONO. De Bene- 1
dicto quoque quem uxorem alienam facinoroso indicasti spiritu
sustulisse, et in suum hactenus praesumere detinere consortium,
si hoc rerum ueritas habet, iubemus experientiae tuae, ut eum
cum ipsa quoque adultera districte mactare non differas, et calua-
tos ab inuicem separare, et illum quidem ad Lucium defensorem
in Apuliae prouinciae patrimonium sine dilatione [fac] migrare;

Codd.: B fol. 33^v*-34;* E_1 *fol.* 47^b*: (1-2),* E_2 *fol.* 67va*,* E_3 *fol.* 71^v*-72,* E_4 *fol.* 35va*;* F_1 *fol.* 175^b*: (3-6),* F_2 *fol.* 138^{a-b}*,* F_3 *fol.* 153^{va-vb}*;* O_1 *fol.* 195^v*: (1-2),* O_2 *fol.* 188^b*-*189va*;* O_{16} *fol.* 108^{a-b}*.*

1 pelagius] *B E F* O_{16}: gelasius *O* papa] *om. B E F* melleo] maelleo (?) *ex* malleo E_2 *2*, maelleo E_3, mileto *O* O_{16} **2** quoque quem] *B E*: quoque qui E_2, quem quia *O*, quem O_{16} uxorem] *add.* uiolauit *(quod sugges. rubr.)* O_2 alienam uxorem E_2 facinoroso] n *ex* o *(?) B* spiritu indicasti *Gratianus* **3** sustulisse] *ex* sustulistise O_2 detinaere *ex* destinare *B* **4** habeat O_{16} **5** adulterina E_2 non differas mactare *Gratian.* **6** separa *O* O_{16} **7** fac] *om. B E* migare E_4

Tit. **Melleo subdiacono:** Cf. adnotationes in titulum ep. 28, p. 83.

1-2. Sunt ep. J-K. 1022.

1. **De Benedicto quoque:** Unde quaedam praevia desiderari evidenter infertur. Utrum fuerint necne § 3-6 videas infra. Haec enim epistula nostra constat epp. 50 et 51 *Coll. Britannicae* (P. EWALD, *o. c.*, *l. c.*, p. 556) quae quidem, magna cum probabilitate, non nisi partes sunt unius eiusdemque epistulae longioris. Hoc autem infertur: ex tituli unitate, ex consimilitudine argumenti, ex eo demum quod unum horum fragmentorum alterum contingit in *Coll. Britannica*.

ad Lucium defensorem Apuliae: Codd. lectionem servavi; sed veri similiter legendum est *ad Dulcium* pro *ad Lucium*. Cf. quae supra, in titulos

illam uero, si quidem maritus suus sine aliquo dolo recipere forte
uoluerit, tua ordinatione sub cautela recipiat, nullum ei nihil dum-
taxat de cetero simile committendi periculum illaturus. Sin uero 2
eam recipere omnino noluerit, in alium quendam locum in quo
non ei liceat male uiuere prouida eam dispositione constitue. Dul- 3

---

8 dolo] dolore O O_{16} forte] *om.* O_{16} **9** nihil] *om.* E **10** similem E_2 committenti *codd., Gratian.*, committ. E_2 E_4 si E O_{16} **11** omnino] *om.* O_{16} omn. eam recip. *Gratian.* noluerit] *ex* uoluerit *(no sup. ras.)* B 2 alium] altum O_{16} quēdam B O **12** non ei liceat] B: ei non lic. E, non lic. ei O O_{16} prouida] *ex* prouide E_3 dispositione] E O O_{16}: dissopositione O_2, dispensatione *(an recte?)* B constitue] *add.* pelagius eidem B, *hic, ante* § *3, tit.* F **12-13** dulcitia] ci *superscr.* F_1, mulctia F_2

---

epp. 12 et 29, p. 41 et 84, scripsi. Huius modi enim error facillime explicatur.

recipere forte uoluerit: Ad Iustinianum usque capitis sententia mulier adultera plectebatur. Cf. *Cod.*, IX, 9, 29 (30). Iustinianus vero adulteram perpetua in monasterio reclusione punivit. Inde a marito post duos incarcerationis annos educi poterat, si tamen eam denuo in coniugale consortium recipere volebat. Cf. IUSTINIANI, *Nov.*, 134,10; R. MONIER, *o. c.*, p. 375-576, et adnotationes in ep. 53,8, p. 142.

2. **prouida eam dispositione:** Cf. epp. 5,4; 15,2; 21,5; 47,3; 64;2; 72,3; 87, ubi *dispositio*, non autem *dispensatio* legitur. Attamen, probabilitate quadam certo non caret lectio *Coll. Britannicae*, quae insuper fulcitur codd. *Decr. Gratiani*, quibus Ae. FRIEDBERG, *o. c.*, c. 1116, usus est. Nihilo autem minus suspicionibus obnoxia manet huiusmodi lectio apud Gratianum, qui fragmentum, uti solet, e *Tripartita* hausit. Quoad *dispositionem* et *dispensationem* apud ecclesiasticos auctores cf. M. WALTHER, *Pondus, dispensatio, dispositio, Werthistorische Untersuchungen zur Frömmigkeit Papst Gregor des Grossen*, Bern, 1941; A. BLAISE, *o. c.*, p. 280-281; 282.

3-6. Sunt ep. J-K. 1023. Paragraphos hos credideram esse primam huius epistulae partem, nam haud male post eos sequerentur § 1-2: *De Benedicto quoque* ... Ab ista tamen sententia deterritus sum: 1) ipso ordine quo in *Coll. Britannica* textus prostant; 2) verbis *huiusmodi querelam*, quae paulo infra veniunt, quaeque ni fallor, ad praecedentia «id genus» referri videntur, ad negotium videlicet adulterii Benedicti, potius quam ad alia, quae sequerentur.

3. **Dulcitia ecclesiae uestrae famula:** Sive forte *nostrae*, eo quod patrimonium Melleo demandatum erat fortasse sub inmediata ecclesiae Romanae dicione. Cf. ep. 88, p. 214. *Uestrae* diceretur, non quidem eo sensu, ut Melleo cuidam praeficeretur ecclesiae, sed, quod ecclesiae illi is erat adgregatus, vel in ea munere suo fungebatur. Cf. similem casum in ep. 45, p. 125. — Famuli, veluti pretiosora patrimonii bona, sub cura administratorum erant. Cf. R. MONIER, *o. c.*, p. 276-277; H. LECLERCQ, *Serfs* ..., DACL., t. XV, 1, c. 1309-1312; 1314-1329. Quod spectat ad patrimonii S. Petri administrationem, videas *Lib. Diurnus*, form. 51-56 (Th. E. V. SICKEL, *o. c.*, p. 41-46), et epistulas complures in S. GREGORII

citia, ecclesiae uestrae famula, in Trapeiana massa consistens,
huiusmodi querelam suam nostris sensibus intimauit, dicens quod
postea quam eam defuncto marito [suo] contigit uiduari, Clarentius
quidam nomine ex ancilla, ut perhibetur, ecclesiae procreatus, di-
uersis blanditiis atque suasionibus praefatae mulieris animos in-
clinando in suo eam curasset as<s>cire consortio, ex qua etiam
filium procreasset. Nunc autem post coniunctionis suae non 4
paruum tempus, quippe iam nato et educato filio, nullis ut perhi-
betur rationabilibus causis extantibus, eandem mulierem detru-
sisse, atque in eam prosiluisse contumaciam, ut ad declinandam de-

---

13 nostrae *(recte fortasse)* F trapeiana] *coni. auctor*: trepeiana F_3, tarpeiana F, tarpena B **15** defuncto marito] B: marito suo defuncto *(recte fortasse; cf. l. 8)* F uiduare B clerentius *Migne, Fronto (?)* **17** animos] annos F_2 **18** asscire] *(cf. l. 33)*: ascire B, afficere F **19** coniunctionis] communionis F_2 **20** quippe tempus F_2 **21** rationalibus F_1 F_3 extantibus] *ex* axtantibus B eamdem B **21-22** detrusisse] deseruisse F **22-23** seruitutem debitam F

MAGNI, *Reg.* (P. EWALD-L. M. HARTMANN, MGH., *Epp.*, t. I-II). Cf. praeterea opera et studia quae in ep. 13, p. 43, adlegavi.

Trapeiana massa: Hanc fuisse primigeniam lectionem suadent variae codd. lectiones. Huic massae, in Brutiis sitae, hodie est nomen *Tropea*. Quod eo in loco non exstitit sedes episcopalis ab aa. 498-499, praesenti epistula roboratur. Cf. Th. MOMMSEN, CIL., t. X, 2, p. 959-960, inscr. 8076-8083; P. FABRE, *o. c.*, p. 12, n. 1; H. PHILIPP, *Trapeia*, in *Pauly-Wissowa*, t. VI^{A}, c. 2187; F. LANZONI, *o. c.*, p. 332-333; P. TORALDO, *Tropea*, in *Enc. Cattol.*, t. XII, c. 572-573. — Nomine *massae* fundi designabantur varii, qui in unum praedium, nuncupatum vel fundi principis, vel regionis, vel conditoris nomine, coaluerant. Cf. DU CANGE, *Glossarium* ..., t. V, p. 296; P. FABRE, *o. c.*, p. 9-12; *Thesaurus* ..., t. VIII, p. 430-431; Dom J. CHAPMAN, *o. c.*, p. 151-152.

Clarentius ... ecclesiae procreatus: Nam, pro temporis iure, famulorum filii condicionem matris obtinuerant. Cf. Dom J. CHAPMAN, *o. c.*, p. 155-157; R. MONIER, *o. c.*, p. 281; H. LECLERCQ, *Serfs* ..., *l. c.*, c. 1315-1316; 1322-1324. Cf. tamen IUSTINIANI, *Nov. De adscripticiis et colonis* (a. 540), ed. A. SCHOELL-G. KROLL, *Corp. iur. civ.*, t. III, Berolini, 1912, p. 796.

4. **coniunctionis suae:** Coniugium enim servorum non habebatur tamquam legitimum connubium in iure, sed quasi quoddam contubernii genus. Propterea fortassis vocem *coniunctionis* papa adhibuit. Cf. R. MONIER, *o. c.*, p. 277; R. AIGRAIN, *o. c.*, *l. c.*, p. 550. Quoad servorum condicionem et vitam vide sis insuper M. L. WESTERMANN, *Sklaverei*, in *Pauly-Wissowa*, Suppl. VI, c. 1059-1068.

ad declinandam debitam seruitutem: Quae ei competebat, utpote ancillae filio. Cf. supra.

bitam seruitutem, curialis sibi nomen audeat usurpare; qui etiam primam in ecclesiae possessione genitam ex colonis ecclesiae habuisse memoratur uxorem. Ex cuius peculio quemdam agellum 5 dicitur hactenus detinere; sed et alia non pauca in suo fertur habuisse peculio. Quapropter experientia tua praesentis iussio- 6 nis uigore suscepto, eodem detento Clarentio, causae totius ueritatem diligenter agnoscens, quae de memorati persona seu rebus ecclesiastica requirit utilitas exequatur, et, si eum de ancilla ecclesiae genitum, uel alio modo legitimo ecclesiae iuri constat obnoxium repperiri, cum omnibus rebus suis in massam ecclesiae reuocare festinet, et ei praefatam mulierem, quam sibi ipse asciuit in consortio, sociare, nullatenus habituro de cetero eam relinquendi licentiam.

---

23 etiam] et *F* 24 possessione] *ex* possione *(*ses *superscr.)* *B 2 (?)* 25 quemdam] *ex* quidam *(?)* F_2, quendam F_1 F_3 26 hactenus] *ex* actenus F_3 28 detento clarentio] detentoque laurentio *B* 29 diligenter] *om. B* morati F_1 F_2 30 exaequatur *ex* exaquatur *(?)* *B* et] *superscr. B* 30-31 eccles. ancilla *F* 31 iuri eccles. *F* 32 reperiri *B* 33 festinet reuocare *F* asci- F_2 F_3 34 consortium *F (cf. supra l. 18)* sociare] c *ex* t *corr. vid. B 2* habiturus *ex* habituru *(?)* *B.*

---

curialis nomen: *Curiales* medium societatis gradum constituebant, unde saepius municipii magistratus egrediebantur. Cf. notulas in ep. 16,2, p. 49; cf. insuper *Thesaurus ...,* t. IV, p. 1488; Dom J. CHAPMAN, *o. c.,* p. 176-178; R. MONIER, *o. c.,* p. 135.

genitam ex colonis ecclesiae: Proinde non famula, sed libera. Coloni enim, etiamsi terrae quam laborabant addicti, liberi nihilo minus censebantur. Cf. Dom J. CHAPMAN, *o. c.,* p. 154-161; 179; SEECK, *Colonatus,* in *Pauly-Wissowa,* t. IV, c. 497-510; H. LECLERCQ, *Colonat,* DACL., t. III, c. 2249-2260; *Serfs ..., l. c.,* c. 1312-1314; R. AIGRAIN, *o. c., l. c.,* p. 549-550; R. MONIER, *o. c.,* p. 296-298; E. STEIN, *Histoire ...,* p. 208. De his omnibus cf. etiam A. E. DE MAÑARICUA, *El matrimonio de los esclavos. Estudio histórico jurídico... (Analecta Gregoriana,* XXIII), Romae, 1940, praesertim p. 11-26; 77-108; 130-174.

5. **Ex cuius peculio:** Quod scilicet peculium erat tamquam praedium vel possessio colonorum, qui *adscripticii* vocabantur. Cf. Dom J. CHAPMAN, *o. c.,* p. 156-158; R. MONIER, *o. c.,* p. 455-456; E. STEIN, *Histoire ..., ibid.,* et t. I, p. 27.

6. **asciuit in consortio:** Usus ablativi pro accusativi casu, uti supra in § 1: *in suo ... asscire consortio.* Unde genuina deprehenditur *Coll. Britannicae* constructio. Haec ratio dicendi innuit ceteroqui, adfuisse inter illos potius merum contubernium quam matrimonium legitimum. Cf. supra notata.

65

Ob aberrationes Maximiliani et episcoporum schismaticorum commisae, mittit presbyterum Petrum et notarium Proiectum, qui non modo ei, cui epistula dirigitur, commendatur, verum etiam facultatem eis praebet vim utendi, si quidem ad tantam perversitatem reprimendam oportuerit.

J-K. 1024; KEHR VII, 1, p. 3, 12; VII, 2, p. 231, 2
ex. m. martio - paulo post 16 aprilis a. 559

Edd.: MANSI, IX, c. 714-715; MIGNE, PL. 69, c. 393-394; FRIEDBERG, Decr. Gratiani, XXIII, 5, 44, c. 943; PERELS, Bonizo, Lib. de Vita Christ., VII, 20, p. 244-245.

PELAGIUS [PAPA] CARELLO MAGISTRO MILITUM.

Quali nos de gloriae uestrae studiis iudicio gratulemur, non solum 1 uestram, sed multorum ac paene omnium credimus habere notitiam, et idcirco nunc de his quae uobis praesentibus ibi fieri stupemus, fiducialiter apud gloriam uestram duximus conquerendum. Ter⟨en⟩tius siquidem atque Maximilianus, nomina tantum episco- 2

Codd.: B fol. 34-34^{v}*: (2-5); I fol. 54-54*^{v}*:* (2: ... applicare; 3-5); O_1 *fol. 215*^{v}, O_2 *fol. 203*$^{va-vb}$, O_3 *fol. 233-233*^{v}, O_4 *fol. 237*^{v}; O_{16} *fol. 161*$^{va-vb}$; P_1 *fol. 429,* P_2 *fol. 158,* P_4 *fol. 146; Q fol. 69; R [Perels, p. 244-245];* S_1 *fol. 54*^{v}*:* (2-5), S_2 *fol. 94*^{v}*-95.*

1 pelagius] *B I* O_{16}: id *(pelagius) Q*, idem *(pelagius papa) P*, item idem *(pelag. papa)* O_1 O_2, idem *(gelagius)* S_1, *(gelasius)* S_2, *om.* O_3 O_4 *R* papa] *om. B* O_3 O_4 *Q R S (*O_1 O_2 *P)* carello... militum] *B I Q*: *om. O* O_{16} *P R S* 2 gloriae] ecclesiae O_3 indicio O_3 4 iccirco O_3 P_1 nunc] *sup, ras.* R_1 5 aput *R* 6 tertius P_1 *R S (cum signo simill. parvo* pro *sup.* r*)* O_3, tercius *I O* O_{16} *P Q*, tethius *B* siquidem] *om. I* aque *B* maximilianus] *(cf. ep. 10, l. 1 et ep. 66, l. 2) I P S*: maximillianus *B O* O_{16} *Q R (cum sign. simill. parv.* pro *sup. prim.* a*)* O_3 tantum] tantorum P_1

Tit. **Carello magistro militum:** Qui, ut videtur, solummodo ratione *magisterii militum (vacantis)*, non alio ex capite, *gloria* decorabatur, eratque idcirco *inlustris.* Cf. quae notavi in titulum ep. 55, in epp. 20,1 et 29,1, p. 144; 62; 84. Eius nomen nusquam Onomasticorum inveni. Cf. tamen, *Thesaurus ... Onomasticon,* t. II, p. 187, l. 28; E. JEAN, *Carellus,* DGHE., t. XI, c. 1025; E. STEIN, *Histoire ...,* p. 432-433, n. 11.

2. **Terentius ... atque Maximilianus:** Nisi multum fallor, sunt duo eorum Tusciae Annonariae episcoporum, qui in titulo ep. 10, p. 31 apparent. Cf. ibidem notata, p. 31. Cum autem *Tethius* (ut legit pro *Tertius* seu *Tercius* aliorum codd. *Coll. Britannica)* perperam et raro prorsus modo fuerit cum Eufrasio Parentino (ep. 53,7) confusus (forte quia in *Coll. An-*

porum habentes, et ecclesiasticam ibi unitatem perturbare dicuntur, et omnes ecclesiasticas res suis usibus applicare, in tantum, ut contra unum eorum, id est, Maximil[l]ianum, usque ad nos per tam longum iter, necessitate compellente, quidam infatigabiliter uenientes, praeces offerrent. Ob quam causam Petrum, praesby- 3
terum sedis nostrae, sed et Proiectum notarium ad eadem loca

7 abentes O_4 perturbare] *om.* O_1 O_2 **8** ecclesiasti O_4 **9** contra] cuncta R_1 id est] idem *(?)* B O_{16}, idem O_3 O_4, id R_1 **10** infagabiliter R_1 **11** praeces] *aliam* s *expunx. in fine* O_2 offerent P_1 petrum] *om.* B praesbyt. petrum O_{16} **12** sed] *om.* B et] etiam O_{16} **12-13** duximus loca O_{16}

selmi Lucensis et in *Decr. Gratiani* itemque alibi, hae litterae ep. 60 sequentes, ad Narsetem etiam fuisse missae uidentur), sedes horum praesulum Parentium et Iustinopolim fuisse haud semel autumatum est. Cf. P. KANDLER, *Cod. diplomatico istriano*, t. I, Trieste, 1847. Confusionem Terentii nostri cum Eufrasio Parentino admisit F. LANZONI, *o. c.*, p. 853; 861, Maximiliano vero praesumptam sedem Iustinopolitanam denegans. Dubium valde se ostendit P. KEHR, *o. c.*, t. VII, 1, p. 3; t. VII, 2, p. 231. Cf. notata in ep. 53,7, p. 141. Sed, cum nullae appareant rationes, ut Maximilianus Iustinopolitanus praesul habeatur, multo minus probari potest rara confusio Terentii cum episcopo Parentino. Quapropter nescio quare praedicti cl. viri adhuc retinuerunt Histriam ut regionem ad quam fuerit haec epistula missa. Contra, L. DUCHESNE, *L'Église ...*, p. 230, et E. CASPAR, *o. c.*, p. 293, episcopos Tuscos recte eos existimant. Recentius tamen adhuc H. LECLERCQ, *Parenzo*, DACL., t. XIII, 2, c. 1665; L. JADIN, *Capodistria*, DHGE., t. XI, c. 879 (cf. etiam P. PASCHINI, *Capodistria*, in *Enc. Cattol.*, t. III, c. 693) Maximilianum computaverunt inter antistites Histrios et Iustinopolitanos.

ecclesiasticam ibi unitatem perturbare: In schismate scilicet perseverantes.

ecclesiasticas res suis usibus applicare: Cf. IUSTINIANI, *Cod.*, I, 3, 41, 3.5.6., quoad episcoporum iura in Ecclesiae bona.

per tam longum iter: Valet etiam, pro adiunctis illius aetatis et itinerum, quoad sedes Tuscas, etiamsi a fortiore, patet, valeret pro magis remotis Histriis sedibus. At fortasse, si in Histria re vera perturbationes illae contigissent, potius solummodo litteris missis, querelas suas iurium Ecclesiae vindices ad pontificem detulissent. Ideoque aliqua ex parte, contra id quod primo intuitu posset videri, haec ratio agendi confirmat quod supra notavi.

3. **Petrum praesbyterum:** An ille Petrus diaconus, qui post Pelagium subscripsit VIGILII (PELAGII) *Constitutum* diei 14 maii a. 553, in quem (ut in Tullianum) postea vehementer invexit Pelagius *In def. Trium Capit.*, V (R. DEVREESSE, *o. c.*, p. 54)? Cf. adnotationes in titulum ep. 56, p. 146. Ad eum scripsit papa ep. 66, et in ep. 67 eum comiti Anilani commendat.

Proiectum notarium: Qui cum Petro in praedicta ep. 67,3, p. 176, Anilani commendatur.

duximus destinandos, ut ea quae canonicis statutis a praedictis pseudo episcopis compererint fuisse conmissa, uel digna debeant
ibi ultione conpescere, uel eosdem ad nos usque perducere. Et ideo 4
salutantes paterno affectu gloriam uestram petimus, ut praefatis, qui a nostra sede directi sunt, in omnibus praebeatis auxilium, nec putetis alicuius esse peccati, si huiusmodi homines conprimun-
tur. Hoc enim et diuinae et mundanae leges statuerunt, ut ab 5
ecclesiae unitate diuisi, et eius pacem iniquissime perturbantes, a saecularibus etiam potestatibus conprimantur. Nec quicquam maius est unde Deo sacrificium possitis offerre, quam si id ordinetis, ut hi qui in suam et in aliorum perniciem debachantur, conpetenti debeant uigore conpesci.

13 a praedictis] aput dictis R_1 **14** seudo B, *om.* R comperint P_1 fuisse] *om.* P_1 commissa I O P Q S, comissa R **14-15** ibi debeant *Gratianus* **15** ibi] *om.* I compescere O P Q R S usque] *om.* R_1 perducere] peruenire B **16** paterno] patenti B glor. uestr. pater. affectu O_3 O_4 gloriam uestram] *om.* I, *add.* potius Q **17** praebeatis] perhibeatis O_{16} **18** peccatum O_{16} c(on)priman- I, co(m)primun- O P Q R S, coprimun- R_1 **19** enim et] enim [et *om.*] B, *om.* I mundanae] humanae *Gratian.* **20** et] *superscr.* B nequissime O_3 O_4 **21** potestatibus] *ex* potestabus B co(m)primantur O P Q R S **22** maius] *om.* O_{16} unde deo] unde melius *(*melius *superscr.)* O_{16} sacricium R_1 possitis sacrificium O_1 O_2 id] *om.* O_{16} **23** hii P Q S_2 in²] *om.* I O R in aliorum] malorum O_{16} debacantur B **24** co(m)petenti O_3 O_4 P Q R S, cum potenti O_1 O_2 co(m)pesci O P Q R S_1, compessci R_1, copesci S_2.

5. **diuinae et mundanae leges:** Cf. IUSTINIANI, *Cod.*, I, 5. Legislatio divina (idem ac ecclesiastica) ad quam provocat papa, est saepe ab eo adlegatus canon 5 Conc. Antiocheni in Conc. Chalcedonensis actione IV. Cf. epp. 52,10-11; 59,9; 60, 4-5, cum notulis ad loca scriptis, p. 137; 158; 161.

66

Petrus administratione Ecclesiae patrimonii Maximilianum privare debet, eamque, dum causas instructio perduret, adsumere debet.

J-K. 1025; KEHR VII, 1, p. 3, 13

ex. m. martio - paulo post 16 aprilis a. 559

Ed.: FRIEDBERG, Decr. Gratiani, III, 2, 9, c. 509.

PELAGIUS PETRO PRAESBYTERO. Quia ea quae de fraudibus Maximiliani flebili ad aures nostras supplicum relatione uenerunt, non facile secundum ueritatem agnosci poterunt, nisi facultas ecclesiae, quam in usus suos male conuertendo dispersit, 1
ab eius potestate, donec causa cognoscatur, seponatur: idcirco uos eum a supradictae ecclesiae patrimonio uolumus interim submouere, et in uestro discussionis ipsius tempore moderamine detineri. 2

Codd.: B fol. 34^{v}*; E*$_1$ *fol. 47*^{b}*-48*^{va}*, E*$_2$ *fol. 67*^{va}*, E*$_3$ *fol. 72, E*$_4$ *fol. 35*$^{va-vb}$.

1 pelagius] *om. B* quia] qui E_2 ea] ca *(?)* E_4 **2** maximilliani *B*, maxiliani E_4 suplicum *B* **3** potuerunt *E* **4** ecclesiae] *ex* eeclesiae E_1, *superscr.* E_2 conuertendo] do *corr. sup. ras* t *et* s *(?) B 2* **5** potestate] *ex* pate *(superscr.)* E_4 iccirco E_1 E_3 **6** nos E_4 a] *om.* E_4 **7** nostro E_4 tempora *Gratianus.*

Tit. **Petro praesbytero:** Cf. superiorem ep. 65,3, cum adnotatis ibidem, p. 172.

1. **de fraudibus Maximiliani:** Cf. item supra, p. 171-172.

2. **supradictae ecclesiae:** Itaque in praetermisso huius epistulae fragmento exstabat mentio ignotae Tuscae sedis huius antistitis.

submouere: Verbum, sicut et praecedens *seponatur*, corroborant opinionem, non fuisse videlicet Maximilianum Histriae, sed Tusciae praesulem. In Venetiis enim et Histria tam potentes schismatici erant, ut ne altissimi quidem militiae duces quidquam contra eos agere auderent. Cf. epp. 52,3-4; 53,3-6.10; 59,1-3.7-9; 60,3-6, p. 135-136; 140-142; 155-158; 160-161.

67

Anilanem rogat ut presbytero Petro et notario Proiecto protegat, ut absque dificultate adimplere possint quod eis iniunctum est.

J-K. 1026; KEHR VII, 1, p. 3, 14

ex. m. martio - paulo post 16 aprilis a. 559

Edd.: WOLF V. GLANVELL, Deusdedit Coll. can., III, 136, p. 325-326; MANSI, IX, c. 735; MIGNE, PL. 69, c. 416.

Ined.: (1: qui iam...ante fuerat, ...; illud in eis...inhesisse).

PELAGIUS ANILANI COMITI. Petrum filium nostrum, 1
apostolicae sedis praesbyterum, qui iam ad loca ipsa paulo ante fuerat, ad corrigenda ea quae in quaestionem ueniunt duximus dirigendum; illud in eius persona maxime perlegentes, quod uestris eum conperimus in affectu debito animis inhesisse; faciliorem omnium causarum futurum esse iudicantes exitum, si illum ab apostolica contigisset [publice] sede transmitti, qui et pro rei merito et pro caritatis uinculo publicae potestatis iuuaretur auxiliis.
Sic enim et canonum et legum statuta nos admonent, ut et do- 2
ceantur humiles et superborum spiritus conprimantur; quia nonnumquam mentibus desperatis et doctrina sine potestate contemnitur, et dominantis uim habere creditur potestas sine ratione

---

Codd.: B fol. 34^{v}*:* (1-2); *D*$_1$ *fol. 80; D*$_2$ *fol. 182; E*$_1$ *fol. 47*^{va}*:* (2), *E*$_2$ *fol. 67*$^{va-vb}$, *E*$_3$ *fol. 72, E*$_4$ *fol. 35*^{vb}*; P*$_3$ *fol. 50*^{vb}*:* (2: canonum...).

1 (p)elagius *(p parv. pro init. litt.)* P_3, p D_1 anelani E_2, anilari E_4, anilano D_2 P_3 comiti] *add.* post pauca *D*, inter alia P_3 **2-3** qui iam... fuerat] *om. D* **3** ea] *om. B* **4-5** illud in... inhesisse] *om. D* **4** quod] *ex* quae *(?) B* **6** causarum] *ex* casarum *B* esse] *om. (recte fortasse) B* **7** publicae D_1, *om. (cf. lin. seq.) B* qui] quia *B* pro] *om. Mansi* rei] *superscr.* D_1 **8** karitatis *B* potestatis publicae *D* **9** et[2]] ac P_3 ammonent *D* E_4, *add.* publicae potestatis iuuari auxiliis P_3 et[3]] om. *B E* **10** superbi [spiritus *om.*] P_3 co(m)primantur *D* E_2 E_3 E_4 P_3 **11** desperatis mentibus E_4 **12** -tempnitur *B* E_1 E_2 E_4 *D* P_3

Tit. **Anilani comiti:** Veri similiter *comes civitatis*. Cf. SEECK, *Comites*, in *Pauly-Wissowa*, t. IV, c. 641-643. Eius nomen, origine fortasse germanicum, in nullo Onomasticorum reperire potui.

1. **Petrum:** Cf. supra in ep. 65,3, p. 172.

quae in quaestionem ueniunt: Cf. epp. 65 et 66, p. 171-174.

doctrinae. Huic autem, ut possint ea quae iussa sunt facilius, 3
Domino adiuuante, compleri, Proiectum notarium sedis nostrae adiungendum esse credi⟨di⟩mus, ut participato consilio, quae rationabilia sunt exequi non morentur. Salutantes igitur paternae 4
caritatis alloquio, ut praedictis in omnibus, quae uel ad ecclesiasticam unitatem uel ad correptionem excessuum pertinent, feratis auxilium postulamus.

---

15 credidimus *Mansi* **18** excessum D_1.

---

3. **Proiectum notarium:** Cuius fit mentio retro in ep. 65,3, p. 172.

esse credidimus: Tempore praeterito etiam supra in § 1: *duximus;* rhythmus ita praeterea servatur.

68

Pelagius petitioni Paulini accedit, confirmans quod anno precedenti ei iam concessum fuerat.

J-K. 1027; KEHR IV, p. 7, 5
ex. n. martio - paulo post 16 aprilis a. 559

Ed.: LOEWENFELD, Epp. Pont. Rom. Ined., 33, p. 17-18.

⟨PELAGIUS⟩ PAULINO EPISCOPO. Praeterito anno tibi credimus iniunxisse, ea quae nos nuper transmissis litteris quasi nouiter consuluisti, ut et in monasterio sancti Iuliani debeas ordinare praesbyterum, remotis his monachi⟨s⟩ qui ad perseminanda scandala ab ecclesiastica se conmunione suspenderunt; et in tua nos dedisse recolimus potestate, utrum *in* eo uoluisses ordinare praesbyterum, an certe tuum peculiariter titulum reseruare[s].

Cod.: B fol. 34^v*-35.*

4 monachis] *Loewenfeld* **5** suspenderunt] *partim in marg.*, d *corr. B 2 (?)* et] *in marg. B* **6** in eo] *Loewen.*: meo *B* **7** reseruare] *Loewen.*: reseruares *ex* seruares *B.*

Tit. **Paulino episcopo:** Iam P. EWALD, *o. c., l. c.*, p. 557, n. 2, recte coniecit harum litterarum Paulinum, cuius sedem *Coll. Britannica* silet, esse eundem Spoletinum antistitem de quo ep. 82,2, p. 201 loquitur. Quod quidem confirmatur exsistentia Spoletii cuiusdam monasterii S. Iuliani. Cf. P. KEHR, *o. c.*, t. IV, p. 11. Horum oblitus F. LANZONI, *o. c.*, p. 445, et ideo H. LECLERCQ, *Spolete*, DACL., t. XV, 2, c. 1644, tamquam dubium recensuit ex ep. 92, p. 219, Paulinum nostrum, cum certo, huius epistulae testimonio, eius exsistentia posset probari. Quod adtinet ad Spoletinam urbem et episcopatum, in civitate *Spoleto* hodiernis diebus nuncupata, in Umbria cf. PHILIPP, *Spoletium*, in *Pauly-Wissowa*, t. III^A, c. 1842-1843; F. LANZONI, *o. c.*, p. 436-446; P. KEHR, *o. c., ibid.*, p. 5-10; H. LECLERCQ, DACL., *ibid.*, c. 1638-1650; G. ANTONELLI, *Spoleto*, in *Enc. Cattol.*, t. XI, c. 1164-1168. Aliam antecedentem epistulam has litteras supponere patet. Cf. P. KEHR, *o. c., ibid.*, p. 7,5.

ab ecclesiastica se conmunione suspenderunt: E. CASPAR, *o. c.*, p. 293, n. 6, ep. 92 adlegat, ut praesentiam schismaticorum monachorum Spoletii probet. Id, tamen, quod ex eius epistulae titulo non nisi dubie infertur, certo ex his litteris erui potuisset. Epistulae finis ut liquet, desideratur.

69

Ioannem rogat, ut pro bono pacis Ecclesiae eiusque honore, in vincula coniiciat pseudoepiscopum Forumsemproniensem Paulinum, eumque ad pontificem mittat, qui et militibus debitum solvet.

J-K. 952; KEHR IV, p. 215, 1

ex. m. martio - paulo post 16 aprilis a. 559

Edd.: THEINER, Disq. crit., p. 203, 8; (1-3) *THANER, Anselmi Luc. Coll. can., VI, 181, p. 351; PERELS, Bonizo, Lib. de Vita Christ., VII, 22, p. 245-246.*

PELAGIUS [PAPA] IOHANNI MAGISTRO MILITUM.
Paterno uos salutantes affectu petimus, ut si prodesse catholicae 1
paci contenditis, [ad papam] Paulinum Forosimproniensem pseudo

Codd.: I fol. 55; O [Thaner, p. 351-352]: (1-3 ... festinate); *O_{16} fol. 70^{va-vb}; P_1 fol. 429^v:* (1-3 ... festinate), *P_2 fol. 158^v, P_3 fol. 130^b-131va, P_4 fol. 146^v; Q fol. 69^v:* (1-3 ... festinate); *R [Perels, p. 245-246]:* (1-3 ... festinate); *S_1 fol. 54^v:* (1-3 ... festinate), *S_2 fol. 95.*

1 (p)elagius papa *(p parv. pro init. litt.) P_3*, idem *(pelagius papa) R (gelagius papa) S_1 (gelasius papa) S_2*, gelasius papa *O_5 O_7* **2** prodesse] praedictae *Theiner* **3** ad papam] *om. I O_7 P Q R S* forosimproniensem] *(cf. ep. 60, l. 2) I P_3*: forosimphroniensem *O P_4 Q R_2 S*, forosinphron. *P_2*, forosimphroniense *P_1*, forosiensem *O_7*, phorosimphron. *R_1*

Tit. **Iohanni magistro militum:** Ad eundem, eadem ratione eum nominans, misit papa ep. 71, ep. 182. In ep. 70, *uir gloriosus exconsul* nominatur; erat idcirco senatoriae dignitatis. Cf. adnotationes in ep. 20,1, p. 62. Iam P. EWALD, *o. c., l. c.*, p. 557, n. 6, recte notavit eum confundendum non esse cum Ioanne patricio de quo retro epp. 24; 50; 52,3-4; 53; 59,1. Idem E. STEIN, *Histoire...*, p. 615, n. 1; 432-433, n. 11, opinatur. Ioannes noster fuit veri similiter dux ille, qui in Bello Gothico notus fuit nomine Ioannis Comestoris. Cf. J. B. BURY, *o. c.*, p. 104; 264; 298, n. 2. Quoad *magistri militum (vacantis)* dignitatem cf. notata in ep. 29,2 et in titulos epp. 31 et 55, p. 84-85; 87; 144.

1. **Paulinum Forosimproniensem:** Cf. notulas in ep. 60,1, p. 159. Huius vero epistulae locum et tempus definire conatus sum comparatione cum epp. 70; 71 et 35,15; 60,1. Ad hanc fit adlusio in ep. 71, et posterior videtur epp. 35 et 60, ob ordinem potissimum quo ante hanc in *Coll. Britannica* prostant. Veri simile quidem est, ut hanc ad Ioannem scripsisset papa, posteaquam ep. 60, quam misit ad Narsetem, nullum obtinuerat effectum.

episcopum ad nos sub digna custodia dirigatis. Satis enim turpe 2
est, ut se uestram uiuacitatem illic, deuotione posita, illudere
glorietur, et nec conprimi a uobis nec detineri posse [ad] suam
superbiam iactet. Nolite ergo inultam et in uestris prorumpen- 3
tem iniuriis contumaciam uagari permittere, sed praefatum pseudo
episcopum uestrorum hominum sollicitudine detentum ad nos, sicut
dictum est, dirigere festinate, quatinus uestrae excellentiae labore,
locis illis de quibus talis pestis euulsa fuerit, pax catholicae ecclesiae
reformetur, et debitam superba uox a canonibus possit sustinere
uindictam. Nihil autem de labore hominum uestrorum qui eum 4
uel tenere uel adducere potuerint cogitetis, quia quamuis uestrae
mercedis alter fructus sit, quem reddi uobis a Domino postulamus, tamen is per quem ad nos deductus fuerit, dignam pro labore suo recipiet Deo propi*t*iante mercedem.

5 se] *om. O P Q R S* uiuacitatem] *ex* uiuacitem *Q*, uiuaticitatem *R_1* deuotione posita] *I*: positam [deuotione *om.*] *O P Q R S* illudere] ludere *O_{16}*, *om. I* **6** et] ut *P_3* nec] ne *P_1 P_2 P_4 R_1 S*, sic *Theiner* comprimi *O P Q R S* detineri] *ex* detinere *S_1* ad] *om. I, om. coni. Thaner* **7** inultum *P_4*, multam *O_4 O_7*, *Theiner*, in altera *O_8* prorrupen- *S_1* **9** nostrorum *O_7* **10** dictum] *om. O_{16}* dirigere] digerere *Q* **14** potuerint] *ex* putuerint *corr. vid. I* **17** propiciante *I.*

2. **uestram uiuacitatem:** Quoad *uiuacitatem* apud Pelagium videas epp. 11,7; 24,8; 51,2, p. 38; 75; 133.

deuotione posita: Id est, *deuotione deposita*, devotionem videlicet, quae episcopo congruit, deponens. Ita potius legendum censeo cum *Coll. Vindobonensi*, quae una integras habet has litteras, quam cum ceteris coll. Italicis, quae, *deuotione* omissa, *posita* consonare cum antecedente *uiuacitatem* faciunt.

70

Defensoribus Basilio et Oclatino mandat, ut Ioannem adiuvent in actione contra episcopum Paulinum, ne militaris tantum sed et ecclesiastica potestas intersit.

J-K. 1028; Kehr IV, p. 215, 3
in. m. aprili - paulo post 16 aprilis a. 559

Ed.: LOEWENFELD, Epp. Pont. Rom. Ined., 34, p. 18.

⟨PELAGIUS⟩ BASIL⟨I⟩O ET OCLATINO DEFE⟨N⟩SORI-
BUS. Iohanni uiro glorioso *ex*consuli, filio nostro, talia scripta 1
direximus, ut speraremus ab eo quatinus Paulinum pseudo epi-

Cod.: B fol. 35.

1 basilio] *Loewenfeld* ocleatino *Ewald, Loewen.* defensori-] *Loewen.* 2 exconsuli] *Ewald*: et consuli *B*

Tit. **Basilio et Oclatino defensoribus:** Ambo iterum in seq. ep. 71 nominantur. P. Ewald, *o. c., l. c.*, p. 557, n. 4, correctum voluit *Oclatinum* cod., quod in textu servavi, in *Ocleatinum*, propter quendam huius nominis virum, qui in Gregorii Magni, *Reg.*, I, 57; 59, apparet. Correctioni autem Ewald non favet alia eiusdem nominis lectio, quae in eadem *Coll. Britannica* exstat: in ep. 71 enim *Latinum* mendose scriba descripsit. Iam vero, *Latinus* et *Oclatinus* bene inter se consentiunt, male autem *Latinus* et *Ocleatinus;* quocirca genuinam esse duxi lectionem quae prostat in textu. *Oclatinus* ceteroqui facile explicatur, uti derivata quaedam forma ab *Oclati* nomine. Cf. De Vit, *Onomasticon ...*, t. IV, p. 763; eius nomen prostat in inscriptione aliqua. Cf. CIL., t. III, 3138. Sententia vero J. Langen, *Geschich. der römisch. Kirche*, t. II, Bonn, 1885, p. 400, n. 5, qui praeferendum autumat *Latinum*, nullius ponderis videtur.

1. **Iohanni uiro glorioso exconsuli:** Ita, magna cum probabilitate, legendum, ut recte iam monuit P. Ewald, *o. c., l. c.*, p. 557, n. 6. Etiam E. Stein, *Histoire ...*, p. 615, n. 1, emendationem suscepit. Quoad *exconsuli* titulum, cf. Th. Mommsen, *Nachträge..., l. c.*, p. 184, n. 2; E. Stein, *La disparition du Sénat ..., l. c.*, p. 318-320; Idem, *Histoire ...*, p. 44; 68-69.

talia scripta direximus: Est ep. 69, aut potius ep. 71, quae eodem tempore data fuit.

Paulinum pseudo episcopum: Forosimproniensem. Cf. notulas in ep. 60,1, p. 159.

scopum et detineri per suos homines faciat, et ad nos usque
transmit⟨t⟩at. Sed, ne hoc sola militaris manus sine ullo eccle- 2
siae adminiculo facere uideatur, experientiam tuam ad eamdem
causam duximus destinandam.

5 transmittat *Loewen.*

2. **experientiam tuam:** Inde merito opinatus est P. Ewald, *o. c., ibid.*, n. 5, hanc epistulam fuisse *a paribus* missam. Quod adtinet ad titulum *experientiae tuae*, cf. quae notavi in ep. 29,1, p. 84.

71

Prout in litteris iam ante datis ad eum scripserat, denuo Pelagius Ioannem magistrum militum precatur, ut Paulinum episcopum comprehendat et ad se perducat. Item et alios omnes Ecclesiae ministros, quos epistulae lator designet, in vincula coniiciat et antistiti subdat aut ad pontificem mittat. Defensores Basilius et Oclatinus ei auxilium Ecclesiae praebebunt.

J-K. 1029 in. m. aprili - paulo post 16 aprilis a. 559

Ed.: LOEWENFELD, Epp. Pont. Rom. Ined., 35, p. 18.

⟨PELAGIUS⟩ IOHANNI MAGISTRO ⟨MILITUM⟩. Peti- 1
mus ut Paulinum talem pseudo episcopum, de quo uobis iam et
ante hos dies scripsi⟨mus⟩, per gloriae uestrae data homines opera,
teneri et ad nos adduci pio faciatis studio. [Item]. Sed praesby- 2
teros et diacones quos uobis praesentium portitor, quem ad uos
fiducialiter pro sanandis totius causae uulneribus destinauimus,
supplici subgestione insinuauerit teneri, uel eidem episcopo subici,
uel ut ad nos dirigi possint, uestra excellentia iubeat prouidere.
Ut autem hoc facilius possit impleri, etiam Basilium atque ⟨Oc⟩la- 3
tinum sedis nostrae defensores deputauimus, qui eos, una cum hominibus gloriae uestrae, ad nos debeant Deo propitiante perducere.

Cod.: B fol. 35.

1 militum] *add. in not. Loewenfeld* **4** abduci *Loewen.* **7** supplici] p *praemis. expunx. B* **9** ocla-] *(cf. ep. 70, l. 1)*: oclea- *Ewald, Loewen.* **10** sedis] *ex* sedes *B.*

Tit. **Iohanni magistro ⟨militum⟩:** Cf. ep. 69 notulas in titulum, p. 178.

1. **Paulinum talem pseudo episcopum:** Est Forosemproniensis praesul de quo aguntur praecedentes epp. 69 et 70. Cf. quae scripsi ad ep. 60,1, p. 159.

iam et ante hos dies scripsimus: Epistulam uidelicet 69. *Scripsi* probabile censeri debet scribae mendum pro *scripsimus.*

3. **Basilium atque Oclatinum ... defensores:** Codex *Latinum* mendose hic habet. Cf. supra notulas ad titulum ep. 70, p. 180.

72

Helpidio episcopo scibit, Anastasii causam commisisse Leoni praetori. Antistitem simul hortatur, ut benigna caritate, quae sacerdotem decet, clericos qui eius electioni obstiterunt suscipiat. Personarum itaque acceptio longe a se habeat, subditosque pro uniuscuiusque meritis prosequatur.

J-K. 1030 in m. aprili - paulo post 16 aprilis a. 559

Edd.: (1-2) LOEWENFELD, Epp. Pont. Rom. Ined., 36, p. 19. (3) WOLF V. GLANVELL, Deusdedit Coll. can., III, 137, p. 326; MANSI, IX, c. 735; MIGNE, PL. 69, c. 416.

PELAGIUS HELPIDIO EPISCOPO CATINENSI. Quia 1
post multos tuae decessionis dies ueniens saepe dictus Anastasius, decessoris tui filius, et praeceptionis nostrae formam seriemque cognoscens, deputatos a nobis in eodem praecepto iudices uel ceteros, quos asseruit conspiratos, se reclamauit habere suspectos, et legalia cauta praetenderet, quae suspectum permittunt declinari

---

Codd.: B fol. 35-35^v; D_1 fol. 80: (3); D_2 fol. 182-182^v.

1 pelagius] p D_1 cathinensi D_2, *om. B*, add. inter cetera *D* **2** decessionis] *ex* dessionis *B* **6** pretenderet *ex* predenderet *corr. vid. B*

Tit. **Helpidio episcopo Catinensi:** Cf. ep. 23,3-4, notulas, et ep. 42,1, p. 71 et 116. Huius epistulae meminit forte S. GREGORIUS MAGNUS, *Reg.*, XIV, 16, in litteris ad successorem Helpidii Leonem ubi recolit: *Praeceptum ... beatae recordationis Pelagii prodecessoris nostri datum ad Elpidium prodecessorem uestrum* (L. M. HARTMANN, MGH., *Epp.*, t. II, p. 436, l. 6-7).

1. **post multos tuae decessionis dies:** Helpidius, qui, ut a papa consecraretur, Romam peterat, ad dioecesim suam nondum reuerterat tempore quo ep. 42 fuit scripta.

Anastasius: His solummodo notus. Non enim esse uidetur ille (aut illi) Anastasius cuius (aut quorum) fit mentio in ep. 4,6 et 83,1, p. 13 et 204.

legalia cauta: Adludit ueri similiter ad IUSTINIANI, *Nov.*, 86,2. Verumtamen in illa de iudicibus imperii decernitur, in hac uero epistula de iudicibus a pontifice nominatis agitur, prout sancivit IUSTINIANI, *Nov.*, 83, praef. 1. Ita bene inter utraque definita discrimina capiuntur.

iudicium, prouida nos cautela tractantes, ne rursus ecclesia Cati-
nensis suspecto iudicio laboraret, congruum fore perspeximus, ut
filio nostro magnifico uiro Leoni prae[cep]tori, de cuius fide, de
cuius integritate nihil habemus ambiguum, residentibus cum eo
propter iuris legumque noti*t*iam, qui neutrae parti habere⟨n⟩tur
suspect*i*, cogni*t*ionis huius mandaremus officium. [Item]. Illud 2
quoque prae[n]sentibus dilectionem tuam hortamur affatibus, ut
siue Paulum diaconum siue alios eiusdem ordinis uel inferioris
gradus clericos aliosque diuersis officiis ad Catinensem ecclesiam
pertinentes, qui in ordinatione tua diuersa habuisse noscuntur
studia, quia non solum noua ista non sunt, uerum frequenter
eueniunt, totius ex eadem causa ingratitudinis simultate depo-
sita, in locis suis sacerdotali caritate recipias. Et sicut unumquem- 3
que [clericorum tuorum] ecclesiasticis utilitatibus uel dilectionis
tuae dispositionibus pro eadem ecclesia usque ad iusti*t*iae legum-
que rationem procedentibus fideliter oboedire prospexeris, ita
dilectionis tuae affectu contineas, secundum fidem diligentiamque
suam uniuscuiusque merita prosequendo.

---

9 magnificio *falso Loewen.* praetori *Ewald* **11** noticiam *B* qui] *superscr. B* haberentur *Loewen.* **12** suspecti] *Loewen.*: suspectus *B* cognitionis] cognocionis *B*, cognicionis *(nihil notans) Loewen.* **13** prensent. *B*, presentibus *(nihil not.) Loewen.* **16** qui] *ex* quia *(*a *eras.) B* ordinatione] *ex* hordinatione *(*h *expunx.) B* noscuntur] s *superscr. B* **18** eueniunt] *ex* conueniunt *(*ei *sup. ras.) B 2 (?)* **19** et] *om. D* **20** clericorum tuorum] *om. B* **20-21** dilect. tuae disposit.] *B*: tuae dilect. disposit *(ex* disposot.) D_1, disposit. dilect. tuae D_2 **21** iusticiae *ex* iusticiam *B* **23** effectu *D* contineas] *ex* continuas D_1 **24** uniuscuiusque] *ex* unuisculusq. *corr. vid.* D_2.

---

magnifico uiro Leoni praetori: Epp. 23,4 et 78 notus. Cf. loca et quae ibi notavi, p. 71 et 193; cf. praeterea quoad munia, dignitatem, cetera *praetoris* Ch. LÉCRIVAIN, *Praetor*, in *Daremberg-Saglio*, t. IV, 1, p. 628-632 (in primis, p. 631-632); G. WESENBERG, *Praetor*, in *Pauly-Wissowa*, t. XXII, 2, c. 1581-1605 (praesertim, c. 1602-1605).

2. **Paulum diaconum:** De quo plura non noscuntur. Differt a diacono eiusdem nominis ep. 43,2, p. 120.

ordinatione tua: Helpidii ipsius videlicet, quae sub Eucarpo Messanensi peracta est. Cf. ep. 18,2-4, cum iis ad locum notatis, p. 54.

3. **unumquemque [clericorum tuorum]:** Additum censeri oportet [*clericorum tuorum*] a Deusdedit, ad sensum complendum, post § 2 omissum.

73

Sindualem monet de falsitate argumentorum Montaniani, qui, licet servus, sese libertum ementiens, hereditatem alius Montaniani capere cupit. Nullius itaque ponderis sunt rescripta imperatoris quae fuerint ab eo consecuta.

J-K. 1031 in. m. aprili - paulo post 16 aprilis a. 559

Ed.: MIGNE, [FRONTEAU] PL. 161, Ivon. Carnot. Decr., VIII, 67, c. 598.

PELAGIUS SINDULAE MAGISTRO MILITUM. Horta- 1
mur ut nihil ulterius Montanianus, qui se contra omnem ueritatem
et contra leges, dum sit ex ancilla genitus, legitimum filium temptat
astruere, sensibus uestris qualibet sorte subripiat, quia Monta-
nianum illum, de cuius substantia agitur, constat sine propriis libe-
ris discessisse, et germani fratris filios, qui ei[u]s legitima ratione
succedunt, superstites dimisisse, ac propterea istum Montanianum

---

Codd.: B fol. 35[v]*; F_1 fol. 176*[a-b]*, F_2 fol. 138*[vb]*, F_3 fol. 154-154*[va]*.*

1 sinduale F_3 militum] *titul. superscr. delet. eo seq. cap.* F_2 **2** ut] *iterat* F_2 **4** sorte] *ex* montanianus] -nianus *(?) sup. ras.* F_3 **3** ex] *om. B* tentat *Fronto* **6** dicesisse F_2, decessisse *Fronto* fratris] arte *B 2*, forte *Fronto* surripiat *F* eis] *coni.*: eius *(an recte pro* eius liberis *vel* eius filiis *?) Fronto*: fratres *F*, fratri *B* legitima] *add.* agitur F_3 **7** dimisisse] *ex* dimisse F_1, dimississe *codd. omn.*, ei *Fronto* F_2, dimisit *B*

Tit. **Sindulae magistri militum:** Cf. ep. 31 ad titulum, p. 87.

1. **Montanianus:** Ignotus ceteroqui.

contra leges: Cf. IUSTINIANI, *Cod.*, XI, 48,12.

legitimum filium: Quod, utpote ancillae filius, Montanianus non erat. Cf. quae notavi supra in ep. 64,3-4, p. 169.

Montanianum illum: Defunctus homonymus istius, qui hereditatem illius ambiebat, qua ratione quove consanguinitatis gradu nos latet.

germani fratris filios, qui eis legitima ratione succedunt: Congruit cum IUSTINIANI, *Nov.*, 118,1-3. *Ei[u]s*, id est, *propriis liberis*, fere certo legendum. Cf. apparatum. Si emendatio non placet, *ei*, aut *eius ⟨personae⟩*, sive quid consimile legere oportebit.

istum Montanianum [de cuius substantia agitur]: Ubi agitur de superstite huius nominis viro, non de defuncto, quocirca probantur esse interpolata, ut Ivo habet, verba *de cuius substantia agitur*. Cf. supra.

[de cuius substantia agitur] nullam habere in illius defuncti successione personam. Nam, etsi principalia sacra promeruit, hoc illis legitimis successoribus praeiudicare nil poterit (quia ipse clementissimus imperator generales leges protulit quibus iubet, nulli qui in precibus suis depraehenditur esse mentitus, ea sacra prodesse quae meruit) quoniam, cum esset naturalis, se contra ueritatem dicit esse legitimum, quod nulla ratione poterit legis monstrari. 2

8 de cuius... agitur] *om.* B **10** nil] nihil *Fronto* **12** nullis B **13** quoniam] B F_2: quem *(?)* F, qui *Fronto* esset] *seq.* sacra *delet. in* F_2 **14-15** monstrari lege potuit *F.*

2. **principalia sacra:** Documentum nimirum imperatoris. Cf. ep. 43,1: *sacram insinuant se clementissimi principis impetrasse;* ep. 75,1: *illa sacra.* Cf. praeterea DU CANGE, *Glossarium* ..., t. VII, p. 256; A. BLAISE, *o. c.*, p. 729b.

generales leges protulit: Cf. IUSTINIANI *Cod.*, I, 22,5; 23,7. Etsi haec decreta non sint Iustiniani ipsius, quatenus ab eo probata promulgataque, eius opera dici possunt. Cf. E. STEIN, *Histoire* ..., p. 402-417.

3. **cum esset naturalis:** Cf. supra ad § 1.

74

Memorata Sci. Pauli sententia adversus errantes et perturbantes Ecclesiam, Agnello praecipit ut schismaticos, qui in decem diebus se subdere noluerint, damnet.

J-K. 1032; KEHR, V, p. 23, 20
in. m. aprili - paulo post 16 aprilis a. 559

Edd.: (1) FRIEDBERG, Decr. Gratiani, XXIV, 3, 13, c. 994; (2-6) LOEWENFELD, Epp. Pont. Rom. Ined., 37, p. 19-20.

PELAGIUS AGNELLO EPISCOPO. Apostolicae auctoritatis exemplo didicimus, errantium et in errorem mittentium spiritus tradendos esse Satanae, ut blasphemare dediscant. Gemens etiam gravi cum fletu optat abscidi eos qui conturbare depraehenduntur ecclesiam, ita manifeste ad Galathas dicens: U t i n a m e t a b s c i d a n t u r q u i u o s c o n t u r b a n t. [Item]. Si forte cor eorum, Deo qui potens est miserante, fuerit emollitum, ad catholicam sine sui dam[p]⟨na⟩tione ecclesiam redire festinent. Si uero huiusce benignitatis prouidentiam, perdurantes in scismate, abuti uoluerint, perpetuae etiam fraternitatis tuae sent⟨ent⟩ia ab ecclesia abscisionis poena multentur, omni post hanc et episcopalis honoris atque auctoritatis dignitate priuati, ab eius corporis communione uere seclusi, cuius se, sacrifi-

1 (Apostolicae auctorita-)
2 (Gemens)
3 (Si forte)
4 (Si uero)

Codd.: B fol. 35v-36; E_1 fol. 47va: (1), E_2 fol. 67vb, E_3 fol. 72, E_4 fol. 35vb.

1 pelagius papa angellio (anglio) *Gratianus* episcopo] *superscr.* E_4 **3** sathanae E_1 E_3 E_4 blaphemare B **5** manifestae B galathas] *Loewenfeld*: calathas B **7** item] *superscr.* B deo] deus *scrips.* B *falso not. Loewen.* est] *seq.* miserante *iterat. et eras. in* B **8** dampnatione *Loewen.* **9** prouidentiam] *an forte* prouidentia *(?)* **10** -rantes] *ex* -rante B 2 perpetue B **11** sententia] *Loewen.*

Tit: **Agnello episcopo:** Ravennati praesuli. Cf. ep. 37 notulas, ad titulum, p. 106.

2. **ad Galathas:** *Gal.*, 5,12.

3. **cor eorum:** Videntur schismatici episcopi, Ravennatis sedis suffraganei, qui damnationi Trium Capitulorum obsistentes a communione Romanae sedis defecerant. Cf. supra adlegata ep. 37 cum notulis, et epp. 38; 39, p. 109-112.

4. **ab eius corporis communione:** Cf. epp. 35,13 et 60,3, p. 99 sq. et 161.

cantes in scismate, unitatem professi sunt non tenere. Sed ne 5
tempus, quod sustinere debeas, postquam ei⟨s⟩ praesens nostra
iussio innotuerit, forte perquiras, decem dierum spatium ⟨quod⟩
a beatae memoriae Caelestino, Nestorius, cuius isti[c] dogmata et
socios tuentur, acc*e*per*it*, istis etiam reser*u*atum esse cognos⟨c⟩e.
Intra quos, si unitati se catholicae reddere detractauerint, supra- 6
scripta et apostolicae sedis auctoritate, sicut dictum est, a tuae
fratern*i*tat*i*s multentur sine dubita*t*ione sententia.

---

15 eis] *Loewen.* **16** quod] *add. coni. auctor* **17** isti] *coni. auctor* **18** sotios *B* acce-perit] accepit *auctor*, accipere *B* reseruatum] *Loewen.*: reuersatum *B* esse] *superscr. B* cognosce] *Loewen.* **19** detrectauerint *(nihil not.) Loewen.* **20** aest *B* **21** fraternitatis] *Loewen.*: fraternitates *ex* fraternitate *B* 2 dubitacione *B* sententia] *litt. eras. in marg. post* senten *(ti ?) B.*

---

5. **decem dierum spatium:** Cf. J-K. 372; 374.

⟨quod⟩ a beatae ... isti[c] ... acceperit: Totam istam veri similem emendationem debes auctori. Ego tantum legere malui *acceperit* pro *accepit*, ut coniecerat auctor. Quod vero ad Caelestini sententiam adtinet, praeter supra memoratas epistulas, cf. J-K. 377 (E. Schwartz, ACO., t. I, vol. II, p. 26-27). Praefatas litteras invenies *ibid.*, p. 5-12; t. I, vol. I, 1 p. 75-77.

75

Imperii lex omnem denegat vim mercedi, cuius quis a principe fraudulenter potitus est.

J-K. 1033; Kehr, VII, 1, p. 4, 15

in. m. aprili - paulo post 16 aprilis a. 559

Edd.: Migne, [Fronteau] PL. 161, Ivon. Carnot. Decr., IV, 191, c. 308; Friedberg, Decr. Gratiani, XXV, 2, 16, c. 1015; Wolf v. Glanvell Deusdedit Coll. can., IV, 99, p. 443-444; J-K. 1033, [I, p. 135].

PELAGIUS IOHANNI COMITI PATRIMONII. [⟨In⟩ ana-
gnosticо]. Dicenti, sacras iussiones se habere prae manibus, repon- 1
dimus scire illum oportere, quod ipse clementissimus princeps generalibus legibus constituerit, illa sacra uniuscuiusque supplicantis desiderio concessa praeualere et effectui mancipari, quae cum
iuris et legum ratione concordant. Ea uero quae subreptione 2

Codd.: B fol. 36; D_1 fol. 105^{v}: (1: clementissimus...-2)*; D_2 fol. 182^{v}; E_1 fol. 47va, E_2 fol. 67vb, E_3 fol. 72-72^{v}, E_3^{b} fol. 72^{v}:* (1: clementissimus ...-2), *E_4 fol. 35vb; F_1 fol. 80^{va-vb}, F_2 fol. 66va, F_3 fol. 71^{b}.*

1 patrimonii] *D E_3^{b}*: *om. B E F* **1-2** anagnostico] *D E_3^{b}*: *om. B E F, add.* inter cetera *D* **3** ipse] ille *E_4* clemtissimus *B* **4** constituit *D E_3^{b}* illam sacram *E_3^{b}* unicuiusque *E_4*, cuiuscumque *B* supplicantis] s *ultim. superscr. D_1*, *om. F* **5** concessam ualere *E_3^{b}* mancipari] *ex* mancipare *F_2* **6** concordat *E^{b}_3* surreptione *F_3*, surreptio *E_2*, surreptie *E D_2*, suprepticiae *D_1*

Tit. **Iohanni comiti patrimonii:** Cf. notata ad titulum ep. 38, p. 109.

[In anagnostico]: *Anagnosticum* idem valet perinde ac *decretum*, *litterae*, aut latius *scriptum quodcumque*. Cf. Du Cange, *Glossarium...*, t. I, p. 242; L. M. Hartmann, MGH., *Epp.*, t. II, p. 225, n.; *Thesaurus* ..., t. II, p. 15; A. Blaise, *o. c.*, p. 79^{b}. Hic autem forte quid magis definitum significat, simile ei quod haec designavit vox in Synodo Romano a. 502, id est, quasi *memoria* vel *breve;* an ipsa Pelagii Lateranensia Regesta, unde epistulae fuerant desumptae? Cf. W. Ensslin, *Zu dem Anagnosticum des Königs Theodorich des Grossen*, in *Annuaire de l'Instit. de Philol. et d'Hist. Orient.*, t. IX, 1949 (= *Mélanges Grégoire*, 1) p. 233-245.

generalibus legibus constituerit: Eaedem atque in ep. 73,2, nimirum Iustiniani *Cod.*, I, 23,7; 22,2-5.

cum iuris ... ratione: Cf. Iustiniani *Cod.*, I, 19,7.

uel falsis praecibus forsitan impetrantur, nullum supplicantibus ferre remedium.

---

7 forsitan] *ex* forsitant D_1, forsitant *ex* forsitan D_2 2, forsan *B* inpeterentur E_4 suplicantibus *B* 8 ferre] *seq. duo litt. eras. et* plicantibus ferre *iterat. et delet. in B* remedium] *D E F*: subsidium *(an recte?) B.*

---

2. **remedium:** Nota lectionem *Coll. Britannicae*: *subsidium* pro *remedium*, quae una dat cursum rhythmicum etiam metricum. Cf tamen apparatus lectionum testimonia.

76

Pratorum cultui, quae ad Portuensem viam sunt locata, sedulo invigilat.

J-K. 1034; Kehr II, p. 22, 1
in. m. aprili - paulo post 16 aprilis a. 559

Ed.: J-K. 1034, [I, p. 135].

⟨PELAGIUS⟩ GURDIMERI COMITI. Ista prata in uia Portuense, quae Epreiana voca⟨n⟩tur, primotica sunt, et si intra quinque aut sex dies non coeperint incidi, iam postea dimit⟨t⟩ent semen ipsum et inutilia foena exinde reponuntur.

Cod.: B fol. 36.

2 portuensi *Kaltenbrunner* epreiana] *Kalten.*: ep̄iana *B* uocantur] *Kalten.* 3 dimittent] *Kalten.*

Tit. **Gurdimeri comiti:** Una quae de eo nobis est servata notitia. Quoad *comitis* titulum, cf. notulas ad ep. 63,1, p. 165. Probabile reor, eum idem genus comitum fuisse atque Anilanem ep. 67, p. 175.

in uia Portuense. Cf. K. Miller *Itinera Romana*, Stuttgart, 1916, p. 252; V. Chapot, *Via*, in *Daremberg-Saglio*, t. V, p. 790; 796.

quae Epreiana uocantur: Ita legendum est, quamquam in cod. *uocatur* legitur, perinde ac si *Epreiana* nuncuparetur *via Portuensis*. Haec enim iam satis suo nomine definitur, sed prata omnino ambigua et innominata manerent, nisi aliquo eorum proprio nomine signarentur. *Epreiana* vero corrupta lectio pro *euprepia* (decora) estne forte autumanda? *Euprepeia* enim graeca vox idem valet ac *pulchritudo, decor*. Cf. Du Cange, *Glossarium ...*, t. III, p. 334; *Thesaurus ...*, t. V, 2, p. 1076.

primotica sunt et si intra quinque ...: Unde accuratius definiri non valet litterarum aetas, nam temporibus aliis aliis in locis terrae vomeri subigebantur. Generatim autem primum altera mensis aprilis parte fiebat. Cf. Olck, *Ackerbau*, in *Pauly-Wissowa*, t. I, c. 281.

dimittent semen: Cf. A. Sorlin-Dorigny, *Rustica res*, in *Daremberg Saglio*, t. IV, 2, p. 922.

77

Aprocrisiario Sarpato mandat ut Romam repetiat, cum annosus iam sit imbecillitateque corporis ita affectus, ut nullo pacto munus tam arduum exercere valeat.

J-K. 1035 in. m. aprili - paulo post 16 aprilis a. 559

Ed.: EWALD, NA., V. Coll. Brit. Pelag. ep. 63, p. 559; J-K. 1035, [I, p. 135].

⟨PELAGIUS⟩ SARPATO DIACONO. Reuertere, sicut di- 1
ctum est: utrique senes sumus; labores illos ferre non potes. Apo- 2
cris[s]arius qui est, una hora de palatio recedere non potest; tu etiam, et propter infirmitates quas praedicas, et propter ipsam obseruandi consuetudinem, implere ista non potes.

Cod.: B fol. 36.

2 labores] *ex* lapores *B* **3** -crisiarius *Ewald, Kaltenbrunner.*

Tit. **Sarpato diacono:** Tunc temporis apocrisiarius pontificis apud imperatorem. Sine dubio est ille antiquus Pelagii socius in pugnis contra damnationem Trium Capitulorum, quem papa *uenerabilem uirum diaconum* vocat, *In Def. Trium Capit.*, VI (R. DEVREESSE, *o. c.*, p. 67, l. 18). A. NAGL, *o. c.*, *l. c.*, c. 836; 840, lapsa est eum confundens cum Sapaudo Arelatensi episcopo.

1. **utrique senes sumus:** Cum Pelagius iam a. 536 diaconi apocrisiarii munere Constantinopoli esset functus, septuagesimum annum fere tunc temporis agere veri simile duco.

2. **Apocrisarius:** Legatus videlicet sanctae Sedis coram imperatore. Cf. K. HILGENREINER, in *Lex. f. Theol. u. Kirche*, t. I, c. 543. Neque DU CANGE, *Glossarium ...*, t. I, p. 318, neque J. PARGOIRE, *Apocrisiaire*, DACL. t. I, 2, c. 2545, Sarpatum nostrum inter apocrisiarios Romanos recensent. Cf. etiam O. TREITINGER, *Apocrisiarius*, in *Reallex. f. Antike u. Christ.*, t. I, c. 502-503. N. TURCHI, *Apocrisario*, in *Enc. Cattol.*, t. I, c. 1633, confundere videtur Pelagium II cum papa nostro, qui re vera hoc obiit munus aa. 536-543.

78

Praetoris Leonis meritis consulens, a suo desistit Pelagius consilio, in Secundum, episcopum Taurominitanum, animadvertendi.

J-K 1036 paulo post 16 aprilis a. 559

Ed.: EWALD, NA. V, Coll. Brit. Pelag. ep. 64, p. 559.

⟨PELAGIUS⟩ LEONI PRAETORI SICILIAE. Scitis enim 1
propi*t*io Deo, quo*d* eius gratia protegente triennium a die ordinationis nostrae impletum sit, et nullo modo suam Secundus Taurominitanus episcopus, uicini credo superbia[m] iam de hoc saeculo decedentis, suo quoque supercilio comitatus, nostris conspectibus curauit exhibere praesentiam, sed neque litteris aut mandato aliquando si *u*iuimus requirere, tamquam bene de praeteritis

---

Cod.: B fol. 36-36ᵛ.

1 sicilie *(nihil not.) Ewald*, silicie *B* **2** propicio *B* quod] *Ewald*: quos *B* **4** superbia] *coni.*: superbiam *(an recte?) B* **7** si uiuimus] *scripsi*: siniuimus *B*, si uiueremus *(an rectius?) auctor* requirere] *ex* reliquere *erad. B 2 (?)*

Tit. **Leoni praetori Siciliae:** Cf. epp. 23,4 et 72,1 cum iis quae ad loca notavi, p. 71 et 184.

1. **triennium a die ordinationis nostrae impletum:** Die scilicet 16 aprilis a. 559. Ex tenore harum litterarum, sicut et ep. 79, infertur paululum solummodo defluxisse tempus ab illius triennii expletione; unde datae fuere litterae paulo post 16 aprilis a. 559.

Secundus Taurominitanus: Cf. ep. 41,1 cum notulis, p. 114.

uicini credo superbia ... iam de hoc saeculo decedentis: Locus estne fortassis corruptus aut deficiens? Mea coniectura *superbia[m]* planior, ni fallor, sensus evadit, at affirmare non auderem textum esse omnino emendatum; etiam *superbiam* absolute sustineri posset. His verbis intulit P. EWALD, *o. c.*, *l. c.*, p. 559, n. 6 praesentis epistulae auctorem esse non posse Pelagium II, quod veri simile videretur exsistentia Tauromenii *Secundini* episcopi, tempore S. Gregorii Magni; cf. *Reg.*, IV, 17 a (P. EWALD, MGH., *Epp.*, t. I, p. 251-252).

si uiuimus: Ita esse intepretandam corruptam cod. lectionem *siniuimus* conieci. Iam auctori sane visum fuerat eam esse emendandam in *si uiueremus*, uti in similibus casibus codd. habent: *si Deus iusserit*

confi*d*endo; ad quorum quoque correptionem praesentis tempo-
ris contemptum minime formidauit adicere. Et licet huiusmodi 2
excessum canonica uoluissemus ultione corrigere, quia tamen affec-
tui uestro caritatis nostrae beniuolentiam negare non possumus,
ei omne, si quid uel multiplicibus et iustis causis extantibus in-
gra[i]titudinis nasci potuit, stimulum relaxamus.

---

8 confidendo] *auctor*: confitendo *B* correptionem] *ex* correctionem *(?) B 2 (?)* 13 -gratitudinis] *(nihil not.) Ewald.*

(ep.58,2); *si uixerimus* (epp. 5,3; 36,3; 43,3), *si, utrum, uiueremus* (epp. 79; 41,1). Re ipsa *si uiuimus* melius textui cod. coaptatur; at, si post *requirere* clausulae finis velis adesse, iam *si uiueremus*, quod cursui faceret satis, potius legeres.

confidendo: Auctor hanc emendationem proposuit; est enim patens corruptio *confitendo* codicis. Cf. ep. 41,1 ubi legitur: *innocentia confisus.*

praesentis temporis contemptum: Quod adtinet ad offensam Secundi, quam papa indigne ferebat, cf. quae notavi ad supra memoratam ep. 41,2, p. 115. Hic autem queritur papa non solum de superbo contemptu et neglegentia Taorminitani episcopi, sed quod illa etiam sanctitatem paschalis temporis, quo anniversarium pontificis contigerat, tantum dedeceret.

79

Male quidem Segetius egit, dissimulans arrogantiam, quam erga pontificem, Secundus, episcopus Tauromenii, ostendit.

J-K. 1037 post 16 aprilis a. 559

Ed.: LOEWENFELD, Epp. Pont. Rom. Ined., 38, p. 20.

PELAGIUS SEGETIO. De Secundo uero Tauromi⟨ni⟩tanae ciuitatis episcopo minime te dissimulare decuit supercilium contem[p]nentis, ut inpleto cum Dei gratia a die ordinationis nostrae ecce [a]triennio, nullo modo suam uoluerit conspectui nostro adesse praesentiam, aut litteris aliquando, uel certe uerbo, saltim si ui*ue*remus inquirere.

Cod.: B fol. 36[v].

1 taurominita-] *Loewenfeld* 4 triennio] (a *om.*) *Loewen.* 6 uiueremus] *Bishop*: uenerimus *B.*

Tit. **Segetio:** An defensor qui Ioanni successit? Cf. ep. 41, ad titulum, p. 114. Corruptio *Segetio* pro *Cethego*, licet possibilis, non tamen probanda. Cf. P. EWALD, *o. c., l. c.*, p. 560, n. 1.

si uiueremus: Emendatio iam a S. LOEWENFELD (E. BISHOP), *o. c.*, p. 20, n. *o* proposita, suscipienda. Cf. ceteroqui notulas ad praec. ep. 78, 1.

80

Reiicit Pelagius vehementer, se esse auctorem epistulae quam Aemiliae episcopi ei impingere volunt. Quod ad causam Trium Capitulorum adtinet, quidem, cum adhuc diaconus esset, refutationem quandam ad Vigilium papam misit, et sex libros «In defensione trium capitulorum» conscripsit; alias vero litteras, dum Constantinopoli degebat, non dedit.

J-K. 972 ex. m. martio a. 559 - 3 martii a. 561

Ed.: EWALD, NA., V, Coll. Brit. Pelag. ep. 68, p. 561.

⟨PELAGIUS⟩ SYMEONIO ILLUSTRI. Obliti sumus de 1
epistula tibi scribere quam se Aemiliae episcopi a nobis directam
de Constantinopoli habere confingunt, quod subl[l]imitas tua
nouerit esse falsissimum. Nec aliquam epistulam, quando in 2
causa trium capitulorum in diaconatus officio agebamus, ad Italiam misimus; sed hoc quod fecimus nec negauimus nec aliquando negamus, id est, refutatorium ad papam Uigilium, quando me

---

Cod.: B fol. 37-37ᵛ.

2 ep̄la: *(semper) B*, epistola *(semper) Ewald* emilie *B* **3** sublimitas *(nihil not.) Ewald*

Dies quibus haec et duae seqq. epistulae datae fuerunt statui firmae innitens coniecturae, eas post ep. 54 esse datas. Cf. prolegomena p. XXXV.

Tit. **Symeonis illustri:** His modo notus. Hic vir magna cum probabilitate erat tantum *inlustris honorarius* aut *vacans*, nam *gloriosi* titulo non donatur. Cf. notulas ad ep. 20,1, p. 62.

1. **de epistula:** Cf. quae scripsi ad ep. 3,4, p. 8.

Aemilia: Quae, una cum Flaminia, VIII regionem Romanam formabat. Cf. HUELSEN, *Aemilia*, in *Pauly-Wissowa*, t. I,c. 540; J. JUNG, *o. c.*, p. 59-61; P. KEHR, *o. c.*, t. V, p. 1-2; F. LANZONI, *o. c.*, p. 705-706; E. JOSI, *Emilia*, in *Enc. Cattol.*, t. V, c. 301-302.

sublimitas tua: Utpote qui *inlustris* esset, eum hic titulus decebat. P. KOCH, *o. c.*, p. 124, ultimum invenit usurpatum a. 539. Cf. praeterea M. BRIDGET, *o. c.*, p. 50-51.

2. **refutatorium ad papam Uigilium:** Id est, litterae quaedam ubi posteaquam Vigilius Tria Capitula damnaverat, de repugnantia sua adversus eandem damnationem se purgare intendebat coram papa, qui sibi similem

dam[p]nare uolebat, et sex libros in defensionem ⟨trium⟩ capitulorum, claus*us* per diuersa monasteria et exilia non habens codicem, sed quae mihi scripto diuersi heretici, qui scandala semper
ecclesiae generare moliuntur, secrete mit⟨t⟩ebant. Pr*ae*ter istas 3
cartas, si epistulam meam in diaconatu de ista causa factam aliquis se habere dicit, aperte mentitur.

---

8 trium] *add. coni. auctor* **9** clausus] *Caspar*: clausos *B* **10** michi *perperam (ut semper* nichil*) B* **11** mittebant] *Ewald* praeter] *coni. auctor*: propter *B* **12** si] *ex* sic *(c expunx.) B.*

---

poenam minabatur, nisi damnationis suae sententiae demum adsentiretur Cf. R. DEVREESSE, *o. c.*, p. XLI; XVII.

per diuersa monasteria et exilia non habens codicem: Similes querimoniae inveniuntur in opere PELAGII, *In Def. Trium Cap.* Cf. R. DEVREESSE, *ibid.*, p. XVII-XVIII.

81

Quales esse debent iudices, in quorum praesentia ecclesiastici sese valeant sistere, decernit.

J-K. 965 ex. m. martio a. 559 - 3 martii a. 561

Edd.: MANSI, IX, c. 908; MIGNE, PL. 72, c. 746; FRIEDBERG, Decr. Gratiani, XI, 1, 16, c. 631.

PELAGIUS SERGIO CANCELLARIO. [⟨In⟩ anagnostico].
Ubi quisquam clericus siue inferioris siue potioris gradus petitor 1
existit, et contra laicam personam suas dirigit actiones, iste modis
omnibus non alibi quam apud prouinciae iudicem negotium suum
dicturus occurrat. Si quis autem laicus clericum cuiuscumque 2
gradus duxerit esse pulsandum, ad episcoporum iudicium, in eadem
ciuitate uel territorio constitutorum, proponat eas quas se habere
existimat actiones. Quem ordinem legibus per omnia conuenien- 3
tem atque consentaneum demonstrari illa regula manifestat, quae 4
praecipit actorem forum semper sequi pulsati. Clericis uero pulsatis in episcopali iudicio forum conpetere, principalium quoque sanctionum designat auctoritas.

Codd.: B fol. 37^v; C_1 fol. 37^v, C_2 fol. 39vb, C_3 fol. 36, C_4 fol. 33^b; E_1 fol. 47vb, E_2 fol. 67vb-68^a, E_3 fol. 72^v, E_4 fol. 35vb-36^a.

1 pelagius] *E* : idem *(gelasius) C, om. B* sergius E_4 cancellario] *ex* carcellario C_3 anagnostico] *om. B E* **2** ubi] si *Gratianus* siue[1]] suum C_4 **3** existat E_4 laicam] i *superscr. B* dirigat C_1 C_2 C_3 **4** aput *B* negocium *ex* necium C_1 *(*c *pro* t *etiam saepiss.)* C_2 C_3 **5** occurrit C_3 C_4 **6** dixerit E_2 esse] *om.* C_2 **7** ciuitatem *(?)* E_1 tritorio *B* **7-8** existimat habere *Gratian.*

8 existimat] *ex* existimant C_2 per] *superscr.* E_2 **9** conssentaneum *B* manifestat quae] manifesta aeque *E* [eque] E_4 **10** auctorem E_1 E_4, *om.* E_2 **11** forum] ferrum *(ex* ferum*)* C_3, C_4 conpetere] g *(?) eras. post* cō, *superscr.* petere *B*, co(m)petere *C* E_1 E_3 **12** sanctionem E_2, *ex* sanctionum E_1 2 *(?)*.

Tit. **Sergio cancellario:** Ignotus ceteroqui. Quoad *cancellarii* munus, cf. IUSTINIANI, *Cod.*, I, 51,3.5.8.; E. SAGLIO, *Cancelli*, in *Daremberg-Saglio*, t. I, 2, p. 868-869; Th. MOMMSEN, *Ostgotisch. Stud., l. c.*, p. 478-480; SEECK, *Cancellarius*, in *Pauly-Wissowa*, t. III, c. 1456-1459. Sergius noster erat, ni fallor, cancellarius provinciae praesidis.

1-3. Solvit papa omnes possibiles actiones iuris, sive actae a clericis, sive contra eos motae. Innititur antiquo effato *actor sequitur forum rei*, quod infra in § 3. adlegat. Cf. IUSTINIANI, *Cod.*, III, 13,2.5. Tandem in § 4. adserit, imperatoris decretis esse firmata huius modi legislatio, quod ad clericos adtinet.

1. **clericus ... contra laicas personas:** Qui casus explicite non reperitur in Iustiniani legislatione.

2. **laicus clericum:** Prorsus consonat cum iure imperii. Cf. IUSTINIANI, *Cod.*, I, 4,13; 4,29,5.11.; *Nov.*, 83; 123,21.

in eadem ciuitate: Cf. IUSTINIANI, *Cod.*, I, 3,32; 3,36,2.

4. **principalium ... sanctionum ... auctoritas:** Cf. textus supra in § 2. adlegatos.

82

Episcopo Severo praecipit, ut ecclesiae Turinati illa reddantur vasa sacra, quae mercator Albinus, nunc eius ecclesiae clericus, emit. Sacra enim vasa usui profano mancipari minime possunt.

J-K. 966; KEHR IV, p. 7, 4; 120, 1

ex. m. martio a. 559 - 3 martii a. 561

Ed.: LOEWENFELD, Epp. Pont. Rom. Ined., 39, p. 20-21.

PELAGIUS SEUERO EPISCOPO CAMERINO. Iocundus, 1
praesbyter Turinatis ecclesiae, quem ad diocesim Spoletanam noscitur pertinere, nobis porrecta peti*t*ione suggessit, a decess[ess]oribus suis ecclesiae cui nunc praeest praesbyteris, sacra mi⟨ni⟩steria, solidis paucis acceptis, Albino cuidam negotiatori *data fu*isse, qui

Cod.: B fol. 37ᵛ-38.

3 prorecta *ex* perrecta *sive* porrecta *corr. vid. B* 2 peticione *B* **4** presbiteris *(semper) Loewenfeld* ministeria] *Loewen.* **5** data fuisse] data esse *Loewen.*, dedisse *(an recte ?) B*

Tit. **Seuero episcopo Camerino:** De quo nil aliud noscitur. Quoad Camerinam sedem, in Umbria Transapenninica, cf. HUELSEN, *Camerinum*, in *Pauly-Wissowa*, t. III, c. 1429; P. KEHR, *o. c.*, t. IV, p. 119-120; F. LANZONI, *o. c.*, p. 487-489; L. JADIN, *Camerino*, DHGE., t. XI, c. 594-600; S. PRETE, *Camerino*, in *Enc. Cattol.*, t. III, c. 432-433.

1. **Iocundus praesbyter:** Hac una epistula notus.

Turinatis ecclesiae: Non agitur de civitate hodie *Todi* nuncupata, uti falso sunt opinati P. EWALD, *o. c.*, *l. c.*, p. 561 et S. LOEWENFELD, *o. c.*, p. 21, n. *l.*, sed de vico cui erat nomen S. Maria de Turino, nunc autem *Priorato de Turrita*. Cf. P. KEHR, *o. c.*, t. IV, p. 7,4. *Todi* enim (Colonia Iulia Fida Tuder) erat sedis episcopalis, dum ecclesia Turinatis praesentium litterarum modo paroecia dioecesis Spoletinae fuisse constat.

diocesim Spoletanam: Huius dioecesis erat praesul Paulinus, qui nominatur infra in § 3. Cf. etiam ep. 68, cum notulis, p. 177.

sacra ministeria: Cf. quae notavi ad ep. 17,1, p. 51. Vide etiam infra.

Albino cuidam negotiatori: Aliunde ignotus. Cf. quae scripsi ad ep. 9,1, p. 28.

data fuisse: Potius quam *data esse*, ut scripsit S. LOEWENFELD, *o. c.*, p. 21; lectio quae litteram *i* verbi *dedisse* cod. neglegit et cursus

nunc in ecclesia caritatis tuae in officio esse dicitur clericatus; et licet nec legum nec canonum ratio patiatur, ecclesiastica uasa priuatis utilitatibus, excepto captiuorum redemptionibus, usurpari uel quibuslibet oppi*gnorari*, se tamen qui debebantur solidi reddere fuisse paratum, et ill*um* prauo spiritu minime ea quae aput se
habebat uasa restituere uoluisse; sed et dilectionem tuam, tam 2
suis querimoniis quam pontificis sui, fratris et ⟨co⟩episcopi nostri Paulini, Spoletanae ciuitatis antistitis, litteris frequenter admonit*a*m, magis quam non credimus memorato detentatori studium
defensionis impender*e*. Quapropter praesenti auctoritate de- 3

9 oppignorari] *Bishop*: opponi *B* **10** illum] *Loewen.*: ille *B* aput] *ex* apit *B* **11** uoluisse] *seq.* § *3:* [quapropter *om.*] presenti auctoritate... sine mora restitui *B* **12** coepiscopi] *auctor* **14** -nitam] *Loewen.*: -nitum *(an recte ?) B* **15** impendere] *(cf. ep. 51, l. 6-7) Loewen.*: impenderis *B* quapropter] *hic denuo seq.* § *3 (= B*ᵇ*)*

rationem non habet. Attamen, nec forte mendum cod. *dedisse* prorsus est reprobandum, cum forma verbi activa sat distet a subiecto et veniat post obiecta directa et indirecta actionis, sensui rhythmico cursus faciens etiam satis.

in officio ... clericatus: Hic agi videtur de officio clericatus cuius mentio iam occurrit in ep. 19,26. Cf. ibidem, p. 61.

nec legum: Cf. IUSTINIANI, *Cod.*, I, 2,21; *Nov.*, 7,8.

ecclesiastica uasa ... oppignorari: Quam recta fuisset emendatio E. BISHOP (cf. S. LOEWENFELD, *o. c.*, p. 21, n. *d*) suadet quoque lectio *Lib. Diurni*, form. 74 (Th. E. v. SICKEL, *o. c.*, p. 76) *nec ... pro qualibet necessitate* ministeria *supradicta loco* pigneris *obliganda*.

excepto captiuorum redemptione: Cf. leges Iustiniani supra memoratas.

2-3. Ordinem fragmentorum horum, esse illum quem in mea editione habes, suadet, cum ipse nexus logicus § 1-2: *et illum prauo spiritu minime ... restituere uoluisse; sed et dilectionem tuam ... magis quam non credimus memorato detentatori studium defensionis impendere;* tum item suadet et ipse ordo eorundem in *Coll. Britannica*, ubi post § 1 addens § 3, scriba iteravit post § 2 denuo § 3, ita designans rectum ordinem epistulae. Conscriptio mendosa § 3 post § 1 explicari potest aut errore scribae, aut potius forte, eo quod illud fragmentulum forte iam solum exstabat, a corpore epistulae seiunctum, cum proprio titulo, nimirum, *de rebus ecclesiae retinendis dato precio*, qui in indice *Coll. Britannica* (CXXXIII) adservatus est. Aliud denique indicium esse nunc epistulam in pristino ordine restitutam, est recta ratio finiendi eiusdem, cursu item rite servato. Cf. vero apparatum.

2. **admonitam:** *Admonitum* cod. explicatur forte quadam concordia ad sensum.

Paulini Spoletanae ciuitatis antistitis: Cf. notata ad titulum ep. 68, p. 177.

cernimus, ut [aut] omni ueritate quaesita, absque ulla dissimulatione, quae in breui ablata de ministeriis supradictae ecclesiae saepe dicto clerico tuo quocumque modo data compereris, recepto debito, facias sine mora restitui.

---

16 aut] *B* B^b *(iterat mendose* ut, *aut inducit forte prim. membr. disiunct., quo in casu ep. manca remansisset)* **17** in breui] *ex* in brei *(?) B*, breui B^b ablata] *ex* oblato *B 2*, oblato B^b misteriis B^b suprascriptae *(an recte?)* B^b.

83

Iuliano episcopo nuntiat, esse recepta tributa patrimonii in Piceno, quod eius curae commissum est.

J-K. 953; Kehr IV, p. 211, 1. 29 aprilis a. 560

Edd.: Wolf v. Glanvell Deusdedit Coll. can., III, 130, p. 324; Mansi, IX, c. 737; Migne, PL. 69, c. 417-418.

PELAGIUS IULIANO EPISCOPO CINGULANO. Constat 1
dilectionem tuam intulisse rationibus ecclesiae ex praestatione massarum sive fundorum per Pycenum ultra undecimum positorum, quod curae tuae commissum est, de indictione septima filio

---

Codd.: D_1 *fol. 79*^{v}; D_2 *fol. 181-181*^{v}.

1 pelagius] p D_1 **3** fundorum] *Mansi*: fundarum *D* undecimum] XI *D* **4** tuae] *om. Mansi* de indictione] deinde D_2 septima] VII *D*

Tit. **Iuliano episcopo Cingulano:** Ad quem scripsit papa et seq. ep. 84. Eum praeterea novimus epistulis Vigilii papae J-K. 927; 930, ubi nominatur. Consentiit Vigilii (Pelagii) *Constituto*, 14 maii a. 553 eundemque subscripsit (J.K. 935): *Coll. Avellana, ep.* 83, 309 (O. Guenther, *o. c.*, p. 318, l. 30-31). Ad eius sedem quod adtinet, cf. P. Kehr, *o. c.*, t. IV, p. 21; F. Lanzoni, *o. c.*, p. 389-390; R. van Doren, *Cingoli*, DHGE., t. XII, c. 834-835; S. Prete, *Osimo e Cingoli*, in *Enc. Cattol.*, t. IX, c. 403; 405-406.

1. **fundorum:** *Fundus* vocabatur dominium rusticum alicuius familiae, ex qua stabile nomen plerumque sumebat. Fundi nullis mutationibus erant obnoxii. Cf. P. Fabre, *o. c.*, p. 9-12; Schulten, *Fundus*, in *Pauly-Wissowa*, t. VII, c. 296-301; *Thesaurus* ..., t. VI, p. 1575-1580.

per Pycenum: Sive V provincia Romana, ubi Cingulum sistit. Cf. J. Jung, *o. c.*, p. 48-49; P. Kehr, *o. c.* t. IV, p. 114-115; F. Lanzoni, *o. c.*, p. 381; W. Brandenstein, *Picenum. Sprachen*, in *Pauly-Wissowa*, t. XX, 1, c. 1186-1197; Ae. Forcellini ... I. Perin, *Lexicon* ..., t. VI, *Onomasticon*, p. 490.

ultra undecimum: Ita interpretandus numerus XI codd. videtur. Probabile enim puto, massas sive fundos Ecclesiae (in Piceno saltem) numeris ordinis designatos fuisse.

curae tuae: Exinde et ex seq. ep. 84 infertur, Iuliano fuisse commissam Ecclesiae patrimonii administrationem. Est casus quo liquido episcopus adhuc pro defensore curam praediorum Ecclesiae gerebat. Cf. quae notavi ad. ep. 13, p. 43.

indictione septima: Quae finivit dies 31 augusti a. 559.

nostro Anastasio argentario et arcario ecclesiae nostrae auri solidos quingenti. Notaui die III Kal. Maii ⟨anno XVIIII⟩ post 2
consulatum Basilii uiri clarissimi.

---

5 archario D_2 **6** quingenti] D *D* cal. *Mansi* mai. D_2, augusti *(perperam) Mansi* anno XVIIII] *add. coni. auctor.*

Anastasio argentario et arcario ecclesiae nostrae: Cf. animadversiones E. CASPAR, *o. c.*, p. 336; 776. Forte est ille frater defensoris Pauli, cuius mentio occurrit in ep. 4,6, p. 13.

2. **die III Kal. Maii anno XVIIII:** Ex summa 500 auri solidorum ab una tantum parte Piceni tributorum (cf. ep. 12, p. 41) et ex ipsis verbis epistulae *intulisse ... de indictione septima*, probandum videtur, illud sat magnum vectigal exactum fuisse pro tota indictione, ipsa transacta. Cum autem indictio finiret die 31 augusti a. 559, dies 29 aprilis qui in codd. constat veri similiter est 29 aprilis a. 560. Si autem tributum parti tantum indictionis respondisset, tunc dies quo datae litterae fuerunt fuisset 29 aprilis a. 559, uti est opinatus P. EWALD, *o. c.*, *l. c.*, p. 566, n. 1. Primo in casu epistula haec foret quoddam magni momenti testimonium ad certiorem reddendum diem obitus Pelagii nostri, qui in sententia cl. L. DUCHESNE, *Vigile et Pélage ...*, *l. c.*, p. 428, n. 3, eveniit die 3 martii a. 561. Quod autem spectat ad mendosam indicationem mensis augusti apud BALLERINI, *o. c.*, p. CCCV, MANSI, t. IX, c. 737, MIGNE, PL. 69, c. 417 (cf. S. LOEWENFELD, J-K., t. II, *Addenda et Corrigenda*, p. 695, n. 953), mihi dicendum est, errorem probabiliter inrepsisse ex eo quod duae praecedentes Gelasii epistulae in *Coll. Deusdedit*, unde et haec est desumpta, mense Augusto re vera datae fuerunt. Cf. V. WOLF V. GLANVELL, *o. c.*, p. 321, CXXI, CXXII; 324, CXXX. Cfi. demum potest quoad diem quo haec epistula fuerit data E. STEIN, *Postconsulat ...*, *l. c.*

post consulatum Basilii uiri clarissimi: Cf. notulas ad ep. 1,4, p. 2.

84

Iulianum, episcopum Cingulanum, docet modum se gerendi erga Ecclesiae Romanae patrimonii operarios.

J-K. 956; KEHR IV, p. 211, 3
29 aprilis a. 560 - 3 martii a. 561[?]

Ed.: BALUZE, Miscell., III, p. 2-3.

PELAGIUS IULIANO EPISCOPO CINGULANO. Iterata 1
frequenter iussione praecipimus, ut nihil negligenter, sed omnia fideliter et strenue agas, nec in aliquo grauari patiaris ecclesiam. Nam et de mancipiis memor esto quia istud tibi iussimus, ut uiros qui forte gyniceo utiles esse possunt concedas illis, ita tamen ut pro artificii ipsorum merito in agricolis compensetur ecclesiae, nec enim eiusdem aestimationis est artifex et ministerialis puer contra
rusticum uel colonum. Ita ergo ista quae domui ipsorum sunt 2
utilia concede, ut tu compensationem de agricolis non remittas.

Cod.: C_1 fol. 53^v-54, C_2 fol. 59va, C_3 fol. 49, C_4 fol. 46va.

1 pelagius] C_3 C_4: gelagius C_1, gelasius C_2 interata C_2 **2** nihil] non haec *Baluze* **3** strenue] *ex* stenue C_2 aliquo] *ex* alico C_1, alico C_3 paciaris C_1 C_2 C_3 **5** gyniceo] C_1: ginyceo C_3 C_4, giniceo C_2 **6** compensentur C_2 C_3 C_4 **6-7** nec enim] necnon C_4 **7** aestimationis] estimīos C_2 **9** conpensatione C_4

Tit. **Iuliano episcopo Cingulano:** Cf. notata ad titulum epistulae praecedentis, p. 203.

1. **Iterata frequenter:** Quo fas est coniicere, hanc epistulam post anteriorem scriptam fuisse. Inde tempus quo eam fuisse conscriptam opinor.

de mancipiis: Quod ad has litteras spectat, cf. Dom J. CHAPMAN, *o. c.*, p. 147-169 (praesertim p. 164-166). Cf. etiam G. HUMBERT [Ch. LÉCRIVAIN], *Mancipium*, in *Daremberg-Saglio*, t. III, 2, p. 1565-1567; STEINWENTER, *Mancipium*, in *Pauly-Wissowa*, t. XIV, c. 1010-1014; H. LECLERCQ, *Serfs ...*, *l. c.*, c. 1309-1349, et notulas in ep. 64,3-6, p. 168-170.

gyniceo: Pro *gynaeceo*. Cf. R. CAGNAT, *Gynaeceum*, in *Daremberg-Saglio*, t. II, 2, p. 1712-1713; Dom J. CHAPMAN, *ibid.*, p. 164-165, n. 1; *Thesaurus ...*, t. VI, 2, p. 2382.

puer: Cf. etiam P. EWALD, MGH., *Epp.*, t. I, p. 159, n. 2; H. LECLERCQ, *Puella, Puer*, DACL. t. XIV, 2, c. 1975-1976.

Uide ergo, ne tales des homines qui uel continere casas uel colere possunt, et illos tollas qui inutiles sunt. [Et post alia]. Nam et 3
de rusticis et qui possunt conductores uel coloni esse, si capillum relaxaueris, nulla erit ratio quae me circa te placere praeualeat. [Et infra]. Ex tuo uniuersa quae neglexeris necesse est compensari.

---

10 des] dēs. C_2, ds̄ C_3, *om. (lacuna)* C_4 11 possunt] *ex* possint C_2 et[2]] *om.* C_2 C_3 C_4 14 tuo] tuis *Baluze.*

---

3. **Conductores:** Praeter Dom J. Chapman, *ibid.*, p. 154, n. 3, cf. L. M. Hartmann, *Geschichte ...*, t. II, 1, p. 144-146; R. Leonhard, *Conductio*, in *Pauly-Wissowa*, t. IV, c. 859-862; H. Leclercq, *Conductores*, DACL, t. III, 2, c. 2502-2503; R. Aigrain, *o. c.*, *l. c.*, p. 548-549.

capillum relaxare: Quo fortasse signatur illos libertate donari. Cf. E. Pottier, A. Albert, E. Saglio, *Coma*, in *Daremberg-Saglio*, t. I, 2, p. 1362; 1365; 1371; V. Chapot, *Servi*, *Situation et fonctions des esclaves*, *ibid.*, t. IV, 2, p. 1279.

85

Boethium, praefectum Africae praetorio, edocet, quinque iam et uiginti in Italia expletis annis bellorum vastationumque, una subsidia clero pauperibusque ecclesiam Romanam sperare debet ex insulis remotisque locis.

J-K. 963 a. 560 - 3 martii a. 561 [?]

Edd.: Wolf v. Glanvell Deusdedit Coll. can., III, 126, p. 322; Mansi, IX, c. 737; Migne, PL. 69, c. 417.

PELAGIUS BOETIO PRAEFECTO PRAETORIO AF[F]RICANO. [Inter cetera]. Romana cui Deo auctore praesidemus ecclesia, post continuam uiginti quinque et eo amplius annorum uastationem bellicam in Italiae regionibus accidentem, et

---

Codd.: D_1 fol. 79; D_2 fol. 181; P_3 fol. $61^{a\text{-}b}$.

1 (p)elagius *(p parv. pro init. litt.)* P_3, p D_1, *add.* papa P_3 praetorio] principi D_2, *om.* P_3 africae *Mansi* 2 cetera] alia P_3 3 uiginti quinque] XXV D_1 P_3 4 bellicam uastationem P_3 ytalie P_3

Tit. **Boetio:** Flavius Boëthius, filius celebris Anicii Manlii Severini Boëthii, esse videtur, qui adhuc puer, cum fratre suo Symmacho fuit renuntiatus consul a. 522. Cf. Hartmann, *Boëthius*, in *Pauly-Wissowa*, t. III, c. 601; M. Cappuyns, *Boèce*, DHGE., t. IX, c. 349; 352; E. Stein, *La disparition du Sénat ...*, *l. c.*, p. 317, n. 1. — De ratione nominis scribendi iam s. vi, cf. *Thesaurus ...*, t. II, p. 2061; Ae. Forcellini ... I. Perin, *Lexicon ...*, t. V, *Onomasticon*, p. 270.

praefecto praetorio Africano: Quae praefectura fuit a Iustiniano instituta m. aprile a. 534. Cf. J. Bury, *o. c.*, p. 139-140; E. Stein, *Histoire ...*, p. 319. Vir qui eodem fungebatur munere erat *inlustris in actu positus*. Cf. E. Stein, *La disparition du Sénat*, *l. c.*, p. 316, n. Quoad *praefectum praetorio*, cf. R. Cagnat in *Daremberg-Saglio*, t. IV, 1, p. 616-619 (maxime p. 618-619); E. Stein, *Histoire ...*, passim (cf. p. 888[b]); W. Ensslin, in *Pauly-Wissowa*, t. XXII, 2, c. 2391-2502 (in primis c. 2441-2496). Cf. etiam Th. Mommsen, *Ostgotich. Stud.*, *l. c.*, passim. Boëthius *prafecti praetorio Africano* munus suscepit magna cum probabilitate post Ioannem, qui eodem fungebatur munere adhuc 22 septembris a. 558. Cf. infra; E. Stein, *ibid.*; W. Ensslin, *l. c.*, c. 2496.

post continuam uiginti quinque et eo amplius annorum uastationem bellicam: Quibus in verbis non nulla adest indeterminatio et forte error quidam in tempore definiendo. Bellum enim imperii cum Gothis non

paene adhuc minime discedentem, non aliunde nisi de peregrinis insulis aut locis, clero pauperibusque, etsi non sufficiens uel exiguum, tamen stipendium consequitur.

---

6 clerico D_1.

---

coepit in Italia usque ad aestatem a. 536, quocirca additis *uiginti quinque et eo amplius annorum* pervenitur vel ad a. 562, post pontificis obitum. Ideoque non ad litteram locutio papae sumenda est, sed potius veluti modus rhetoricus generaliorve loquendi. Fortassis — quod probabile etiam est — nomine *Italiae regionibus*, etiam Siciliae insula intellegatur, ideoque ad a. 561 iusto prorsus modo perveniretur. Itaque, omnibus perpensis, visum est mihi, praesentem epistulam non ante a. 560 fuisse conscriptam. Error enim litterarius papae — si re vera ullus sit — ad minimum ita redigeretur. Quod adtinet ad initium belli Gothici. Cf. E. STEIN, *Histoire* ..., p. 339-347.

86

Quod condidit oratorium, ut consacretur diaconus Maximus poscit. Quam ob rem, Eleutherio episcopo illud sacrare pontifex commendat, modo rite fuerint servata omnia servanda.

J-K. 959 1 septembris a. 558 - 3 martii a. 561 [?]

Edd.: WOLF V. GLANVELL, Deusdedit Coll. can., III, 128, p. 323; MANSI, IX, c. 734; MIGNE, PL. 69, c. 414-415.

PELAGIUS ELEUTHERIO EPISCOPO. Maximus, diaco- 1
nus ecclesiae dilectionis tuae, nobis suggessit, in fundo qui apellatur Pancellus oratorium se pro sua deuotione fundasse, quod in hono-

---

Codd.: D_1 fol. 79-79^v; D_2 fol. 181; V fol. 8-8^v [Sickel, Lib. diurn. f. XI, p. 10].

1 pelagius] p D_1, *titul. om. V* **1-3** maximus... pancellus] ill· petitorii nobis insinuatione suggessit, quod habetur in subditis, in fundo ill· iuris ill· *V*

Tit. **Eleutherio episcopo:** Si episcopus Syracusanus non fuit, vel certe autem Siculus praesul. Cf. quae notavi ad titulos epp. 44 et 41, p. 121 et 114. Si re vera fuisset Syracusanus antistes de quo loquitur ep. 33,2, litterae hae posteriores quidem essent ep. 18; inde dubia notatio diei epistulae.

1. Huius epistulae formulam servavit et ep. 89, et *Lib. Diurnus*, form. 11; cf. etiam form. 23; 24. (Th. E. v. SICKEL, *o. c.*, p. 10-11; 17-18). Frequenter eadem est usus, quibusdam plus minusve mutatis, S. GREGORIUS MAGNUS, *Reg.*, II, 9; 15; IX, 58; 71; 165; 180; 233; XIII, 18 (P. EWALD L. M. HARTMANN, MGH., *Epp.*, t. I, p. 107-108; 112-113; t. II, p. 81; 90; 164; 174; 385). Iam autem fortasse ipse Pelagius formulam invenit confectam (cf. infra), aut posteaquam eam stabiliverat haud feliciter ea usi sunt — forte eo quod aliquibus indicationibus egebant — papae notarii. Iam vero inter litteras S. GELASII I quaedam inveniuntur, quae huic formulae accedunt: J-K. 679; 680; 709 (A. THIEL, *o. c.*, p. 448-449; MIGNE, PL. 59, c. 148); in primis autem J-K. 630 (S. LOEWENFELD, *o. c.*, p. 1,2) huic epistulae consimilis est et tamquam priscum formulae nucleum haberi merito potest. Cf. praeterea L. K. GOETZ, in *Zeitschrift f. Kirchenrecht*, III Folge, t. V, 1895, p. 4.

Maximus diaconus: Non cognitus.

in fundo Pancellus: Ubi exstaret ignoratur.

re beatae Cantianae martyris desiderat consecrari. Et ideo, frater carissime, si in tuae diocesi⟨s⟩ memorata constructio iure consistit, et nullum corpus ibidem constat humatum, percepta primitus donatione legitima, id est, possessione ill· et ill· praestantes liberos a fiscalibus titulis solidos tot, gestisque municipalibus allegatis, praedictum oratorium absque missis publicis sollemniter consecrabis. Ita tamen, ut in eodem loco nec futuris temporibus baptisterium construatur, nec presbyterum constituas cardina- 2

---

4 -re] *(cf. ep. 89, l. 4)* D_1 *(ita ubiq. et S. Gregor. I Reg.)*: -rem D_2 *V* beatae... martyris] sancti illius *V* consecrari] *(cf. ep. 89, l. 5) V*: consecrare *D* **5** karissime *codd.* tuae diocesis] *coni. (cum S. Greg. I Reg.)*: tuae parrochie *V*, tua diocesi *D* [dyocesi] D_2 **6** primitus] *V (et S. Greg. I Reg.)*: prius *D* **7** possessione] *om. V* ill· et ill· praestantes] D_1 (praestantes *et S. Greg. I Reg.)*: ill· et ill· uel ill· prestantes *V*, illa et illa praestante D_2 **8** solidos] solis D_1 **9** missis publicis] *D (saepius et S. Greg. I Reg.)*: missas publicas *V* sollempniter *D* **11** baptisteria construantur *V* presbiterum *V*

---

beatae Cantianae: Probabile mendum aut varians forma pro *Cantianilla*. Cf. BHL., 1543-1549, p. 232-233; Suppl. BHL., 1547--1549 c, p. 64-65; R. van Doren, *Cantius, Cantianus et Cantianella*, DHGE., t. XI, c. 783-784. Cf. tamen F. von S. Doyé, *Heilige und Seilige*, t. I, Leipzig, 1929, p. 166; *Acta Sanctorum Iunii ...*, t. III, Parisiis, 1867, p. 526 B-C, E-F. Notandum est testimonium huius sanctae cultus in Sicilia (?) med. s. VI.

2. **tuae diocesis:** Ita absque dubio est legendum cum plurimis *Lib. Diurni* formulis: 11; 23; 24; 26 (Th. E. v. Sickel, *o. c.*, p. 10; 17, l. 6; 18, l. 3; 19, l. 4-5) et cum plurimis itidem litteris S. Gregorii Magni, quas supra notavi.

primitus: Etiam lectio genuina, prout ostendunt et *Lib. Diurnus* et S. Gregorii Magni, *Reg.* contra *Coll. Deusdedit*. *Primitus* reperitur in S. Benedicti, *Regula*, 53, v. 4 (A. Lentini, *o. c.*, p. 434). Cf. B. Linderbauer, *S. Benedicti Regula, herausgegeben und philogisch erklärt*, Metten, 1922, p. 348; R. Devreesse, *o. c.*, p. 41, l. 21; S. Loewenfeld, *o. c.*, p. 1,2; A. Blaise. *o. c.*, p. 662^b^.

possessione ill· ... et ill· ... solidos tot: Hic desiderantur praediorum nomina et reditum quem pariebant, quae omnia, opinor, in promptu scribae non habuerunt in litteris redigendis. Cf. exempli causa epistulas S. Gregorii Magni, quas supra in § 1 adlegavi, ubi diversimode reperiuntur supleta ambigua formulae.

3. **presbyterum ... cardinalem:** Cf. quae iam scripsi ad ep. 17,4, p. 52. Cf. praeterea quod scripsit cl. M. Andrieu, *L'origine du titre de cardinal dans l'Église Romaine* (*Studi e Testi*, 125) *Miscellanea G. Mercati*, t. V, Città del Vaticano, 1946, p. 113-144, praesertim p. 119-121; 128.

lem. Sed quotiens missas sibi fieri forte maluerit, a dilectione tua presbyterum nouerit postulandum, quatenus nihil tale a quolibet alio sacerdote ullatenus praesumatur.

---

12 missas sibi fieri] *scripsi (saepius et S. Greg. I Reg.)*: missas fieri sibi *V*, missa sibi fieri *D* forte] D_2, *ex* morte D_1 *(aliqdo. et S. Greg. I Reg.)*: fortasse *V (et aliqdo. Reg.)* **13** presbyterum nouerit] *D (et S. Greg. I Reg.)*: nouerit presbiterum *V* quatinus *D* **14** praesumatur] *add.* sanctuaria uero suscepta sui cum reuerentia collocabis *V (et saepius S. Greg. I Reg.)*.

---

missas ... sibi: Textum primigenium hoc dixisse suadent *Lib. Diurni* form. 11 supra memorata et lectiones plurium litterarum S. Gregorii Magni, *Reg.* IX, 58; 71; 180, illae videlicet quae proprius ad formulam nostram accedunt. Quocirca in *Reg.* II, 15, perperam selegisse videtur b. m. P. Ewald, MGH, *Epp.*, t. I, p. 113, l. 6, *ibi* contra *sibi* aliorum codd., *Reg.*, IX, 165, autem: *quotiens missas ibi degentes illic monachi fieri voluerint*, si errori scribarum non imputanda sit, esse debet exemplum aliae lectionis, quam nobis ep. 89 liquido praebet.

postulandum: Pro iure praesentationis, quod fundatorem penes manebat. Cf. epp. 28; 36,2; 42,1; 43,2; 89,2, p. 83; 103; 117; 120; 215-216.

87

Ioanni episcopo Larinati commendat, ut nullo laicorum hominum permittat se inmiscere in administrationem monasteriorum in Lucania et Samnio. Eum autem rogat, ut velit de bono regimine eorundem aptioreque agrorum cultura providere.

J-K. 955 aa. 556-561

Ed.: BALUZE, Miscel., III, p. 2.

PELAGIUS IOHANNI EPISCOPO LARINAT*I*. Nostrae auctoritatis praeceptionibus libenter duximus annuendum, decernentes et praesenti dilectioni tuae auctoritate mandantes, ut de monasteriis in Lucania et Samnio constitutis possessionibusque eorum, omni penitus siue consortium tuorum siue cuiuslibet laici 1

Codd.: C_1 *fol. 68*^{v}, C_2 *fol. 80*$^{a-b}$, C_3 *fol. 60*^{v}, C_4 *fol. 58*^{vb}.

1 gelagius C_2 larinati] *scripsi*: larinato *C* **3-4** ut de monasteriis] *om.* C_2 C_3 C_4

Tit. **Iohanni episcopo Larinati:** S. BALUZE, *o. c.*, p. 2, et Dom J. CHAPMAN, *o. c.*, p. 150, n. 2, eum esse putant Laurinensem illum praesulem, cuius mentionem facit S. GREGORIUS MAGNUS, *Reg.*, II, 38 (P. EWALD, MGH., *Epp.*, t. I, p. 139, l. 14). Hoc autem improbabile valde mihi videtur. *Larinati* pro *larinato* codd. esse scribendum, suadet tum ipsa adiectivi forma: *Larinas* (cf. DE VIT, *Onomasticon* ..., t. IV, p. 46-47; PHILIPP, *Larinum*, in *Pauly-Wissowa*, t. XII, c. 839-840), tum lectio *Coll. Britannicae*, quae in S. GELASII I, *Ep.* 2 coll. (J-K. 630; S. LOEWENFELD, *o. c.*, p. 1,2) fert etiam *Larinati.* Quoad Larinatem sedem (in oppido Apuliae) in Frentanis *(Larino vecchio)* cf. F. LANZONI, *o. c.*, p. 277; G. AULETTA, *Larino*, in *Enc. Cattol.*, t. VII, c. 919. Ad hanc et alias omnes sedes Italiae quod adtinet, consuli etiam potest H. LECLERCQ, *Italie*, DACL., t. VII, 2, c. 1653-1732; *Listes épiscopales*, *ibid.*, t. IX, 1, c. 1455-1536, sed ibi, exceptis paucis inscriptionibus et quibusdam indicationibus librorum consulendorum, nil aliud fere invenies quam compendium, nihil adferens novi, earum quae conscripserat F. Lanzoni in opere saepe laudato.

Lucania et Samnio: Prima harum provinciarum ad regionem tertiam, altera ad II regionem Romanam pertinebat. Cf. J. JUNG; *o. c.*, p. 7; 18-20; 22; 46; F. LANZONI, *o. c.*, p. 319-320; 377-378; HONIGMANN, *Lucania*, in *Pauly-Wissowa*, t. XIII, c. 1541-1552; PHILIPP, *Samnites*, *Samnium*, *ibid.*, t. I^{A}, c. 2138-2159; Ae. FORCELLINI ... I. PERIN, *Lexicon* ..., t. VI, *Onomasticon*, p. 137; 587-588; C. DE FREDE, *Lucania*, in *Enc. Cattol.*, t. VII, c. 1601-1605.

potestate submota, sed nec tuae quoque caritati, quantum ad priuata compendia pertinet, aliqua permissa licentia, sola sacerdotali[s] cura pro utilitatibus praedictorum monasteriorum gubernandis possessionibusque eorum, quae sunt profutura disponas;
ut nihil in his, sicut praefati sumus, priuatis compendiis uendicando, ea tantum quae ipsis monasteriis utilitatibusque eorum, tam in disposi*t*ione congregationum quam in cultura possessionum ad ea pertinentium, necessaria esse perspexeris, competenter exerceas, et diligenti studio peragere non praetermittas, omni quibuslibet laicis, siue in praefatis monasteriis, siue in possessionibus eorum, quicquam gerendi uel disponendi interdicta licentia. 2

---

6 karitati C_2 C_3 **8** -tali] *emend. coni.*: -talis *C*, *Baluze* **9** possessionibus C_4 eorum] *superscr.* C_1 **12** disposicione C_1 C_3, dispoē C_2 C_4 **13** conpetenter C_4 **15** -libet] *om.* C_2 C_3 C_4.

88

Melleo subdiacono in memoriam revocat Pelagius, se, pro relatione notariorum sedis Romanae, nondum persolvisse pecuniam patrimonii Ecclesiae sibi commissi. Quod tamen et in Ecclesiae et in suum commodum eum facere oportebat.

J-K. 957 aa. 556-561

Edd.: WOLF V. GLANVELL, Deusdedit Coll. can., III, 123, p. 321; MANSI, IX, c. 736; MIGNE, PL. 69, c. 417.

PELAGIUS MELLEO SUBDIACONO. [Inter cetera]. Notariorum sedis nostrae insinuatione didicimus, nullius indictionis, a tempore quo tibi primum ecclesiae patrimonium constat esse commissum usque hactenus, ratiocinia sunt decisa, et ea sint necessario dispungenda, ut quid ecclesiasticis utilitatibus debeatur, uel quid a quoquam usurpatum sit, fideli inspectione cognoscere ualeamus, et tu uel heredes tui in futuro tempore, securitate plenaria communiti, nullas possitis inquietudines sustinere.

Codd.: D_1 fol. 79; D_2 fol. 180^v.

2 indictionis] *Mansi*: indicis D_1, indictione *(*tione *sup. ras.)* D_2 **4** actenus D_1 sunt] *an leg.* esse *(?)* sint] *an forte leg.* sunt *(?)* **5** quod D_2 **7** futuro] *ex* fucoro D_1.

Tit. **Melleo subdiacono:** Cf. notulas ad titulum ep. 28, p. 83. Tenore ipso litterarum, facile crediderim epistulam hanc esse primam omnium, quas ad Melleum pontifex misit; idcirco dies probabilis conscriptionis, quem statui.

indictionis: Ultra MANSI, t. IX, c. 736, ita et E. CASPAR, *o. c.*, p. 328, n. 2.

ecclesiae patrimonium: Quod Melleo fuerat demandatum erat, sicut dixi, Lucaniae patrimonium. Cf. notulas quas scripsi in titulos epp. 28 et 64, p. 83 et 167.

ut quid ... cognoscere ualeamus: Interest ad melius ponderandum pretium pontificii tabularii et ad Ecclesiae dominiorum administrationem plenius dinoscendam.

89

Asterius consecrare potest oratorium a Vindimio in monasterio exstructum, si omnes dantur condiciones, quas Pontifex proponit.

J-K. 958; KEHR VIII, p. 344, 4. aa. 556-561

Edd.: WOLF V. GLANVELL, Deusdedit Coll. can., III, 129, p. 323; MANSI, IX, c. 734; MIGNE, PL. 69, c. 415.

PELAGIUS ASTERIO EPISCOPO. Uindimius abbas peti- 1
torii nobis insinuatione suggessit, quod habetur in subditis, iuxta
muros ciuitatis Salernitanae, intra monasterium suum, oratorium
se pro sua deuotione fundasse, quod in honore beatorum marty-
rum Chrisancti et Dariae desiderat consecrari. Et ideo, si nullum 2
corpus ibidem constat humatum, praedictum monasterium absque
missis publicis sollem[p]niter consecrabis, ita tamen, ut si funda-

---

Codd.: D_1 fol. 79^v; D_2 fol. 181.

1 pelagius] p D_1 episcopo] *add.* inter cetera D_2 **7** publicis sollemniter] *om. Mansi* consecrari] *seq.* con.....bis *eras. in* D_1 funda-] cum da- D_1

Tit. **Asterio episcopo:** Salernitano nimirum, qui Concilio Constantinopolitano a. 536 interfuit, idemque subscripsit. Cf. E. SCHWARTZ, ACO., t. III, p. 113, l. 26; 126, l. 12; 234; MANSI, t. VIII, c. 877 B; 969 D; 1141 E. Quod ad urbem et sedem Salernitanam refert, cf. PHILIPP, *Salernum*, in *Pauly-Wissowa*, t. I^A, c. 1869; F. LANZONI, *o. c.*, p. 250-252; P. KEHR, *o. c.*, t. VIII, p. 339-364; P. TESTINI, *Salerno*, in *Enc. Cattol.*, t. X, c. 1658-1662.

1-2. Cf. ep. 86,1 et quae ad locum notavi, p. 209.

1. **Uindimius abbas:** Mihi his solis notus. Nomen monasterii et locum ubi exstructum fuit frustra quaesivi. Unum fuit fortasse ex illis quae memorat P. KEHR, *o. c.*, t. VIII, p. 364.

beatorum martyrum Chrisancti et Dariae: Cf. BHL., 1787-1794, p. 269-270; Suppl. BHL., 1787-1787 a, p. 76; BGH., 313, p. 47. Cultus eorum Romae et Ravennae erat notus Cf. P. ALLARD, *Chrysanthe et Daria (Saints)*, DACL., t. III, c. 1560-1568; H. DELEHAYE, *Les origines du culte des martyrs*, Bruxelles, 1912, p. 371-372. Litterae hae nos docent, eorum cultum insuper Salerni, iam med. s. VI, invaluisse.

tor praedictus missas ibidem fieri forte maluerit, a dilectione tua praesbyterum nouerit postulandum.

9 presbiterum *Wolf v. Gl.*

2. **praesbyterum:** Illa enim aetate mondum monachi communiter sacerdotio decorabantur. Cf. Dom V. BERLIÈRE, *L'Ascèse benedictine des origines à la fin du XII siècle. Essai historique.* (*Pax*, 1) Maredsous, 1927, p. 38-40, Cf. tamen hac super re mentem Pelagii in epp. 27,3; 44,6.8; 57,3, p. 82; 123-124; 152.

90

Patricio Narseti communicat suam uoluntatem nihil praebendi his qui nullam patiantur indigentiam.

J-K. 962 aa. 556-561

Edd.: WOLF V. GLANVELL, Deusdedit Coll. can., III, 125, p. 322; MANSI, IX, c. 736; MIGNE, PL. 69, c. 417.

PELAGIUS NARSAE PATRICIO. [⟨In⟩ anagnostico. Inter cetera]. Bene nouerit excellentia uestra, nos, habentibus dumtaxat hominibus et nullam necessitatem patientibus, res dare pauperum nulla ratione praesumere. Quia neque hoc uobis placere nouimus, neque hoc nostro esse officio conueniens iudicamus.

Codd.: B_1 fol. 196; D_1 fol. 79, D_2 fol. 180^v.

1 narsae patricio] nar... patrici. *(mutil.) in marg.* B_1 in] *add. Wolf v. Gl.* anagnosticon *Mansi* **1-2** anagnostico... cetera] *om.* B_1 **2** bene] ene *(init. litt. deest)* B_1 **3** nullam nec necessitatem parentibus *Mansi.*

Tit. **Narsae patricio:** Cf. notata in ep. 14,3, p. 45-46.

[In anagnostico]: Cf. quae scripsi in titulum ep. 75, p. 189.

nos habentibus ... necessitatem patientibus: Num reminiscentia *Eph.*, 4, 28?

res... pauperum: Cf. J-K. 684: S. GELASII I, *Ep. Ianuario* (A. THIEL, *o. c.*, p. 501; MIGNE, PL. 59, c. 155). Ea locutione, qua Ecclesiae vel S. Petri patrimonium designatur, saepius usus est S. Gregorius Magnus. Cf. L. WENGER, MGH., *Epp.*, t. II, Indices, p. 574 c.

91

Defensorem Benegestum docet modum se gerendi in iudicialibus clericorum causis moderandis.

J-K. 964 aa. 556-561

Edd.: WOLF V. GLANVELL, Deusdedit Coll. can., III, 134, p. 325; MANSI, IX, c. 735; 908; MIGNE, PL. 69, c. 415; PL. 72, c. 746.

PELAGIUS BENEGESTO DEFENSORI. [Post pauca]. Propter quod experientiae tuae praesenti auctoritate mandamus, 1 ut in quibus causis quaelibet ecclesiastici officii persona loco petitoris existit quendam laicum pulsatura, apud prouinciae iudicem suas proponere non desinat actiones. In his uero negotiis, in qui- 2 bus ecclesiastici officii persona pulsatur, totius submoto pulsationis obstaculo, ad episcopi uel episcoporum in loco ubi quaestio uertitur constitutorum, occurrat indifferenter examen, nullis causae dictionem frustrationibus declinando; quatinus omne negotii meritum de sola ueritate sua solisque legibus disceptatum, celeri

Codd.: B_1 fol. 196: (1-2... examen); *C_1 fol. 37-37^v:* (1-2), *C_2 fol. 39^{va-vb}, C_3 fol. 36, C_4 fol. 33^b; D_1 fol. 79^v-80; D_2 fol. 181^v-182; E_1 fol. 46^b:* (1-2 ... examen), *E_2 fol. 66va, E_3 fol. 70, E_4 fol. 34vb.*

1 pelagius] D_2 E *(in marg.)* B_1, p D_1: gelasius C E_3 benege... *(mutil.) in marg.* B_1 defensori] *om. (mutil. ?)* B_1 post pauca] *om.* B_1 C E **2** propter quod] *om. (an recte?)* B_1 C D_2 E xperientiae *(init. litt. deest)* B_1 E_4 auctorite B_1 **3** in quibus causis] D_2, *seq. iterat.* in quibus *(in superser.)* D_1: in causis in quibus B_1 C E *(in causis superscr. C_3)*, in causis quibuslibet C_4 aeclesiasti D_1 **4** quenquam E, quemquam B_1 laicus C_3 C_4 prouiciae D_1 **5** desinat] C D E_2: deserat B_1 E_1 E_3, desperat E_4 actiones] accusationes C_4 uero] ergo B_1 C nego ... tiis D_1 **6** summoto D, sumoto B_1 pulsationis] dilationis C episcoporum] praesbyterorum B_1 E **8** occur... rat D_1 indefferenter C_3 **9** dictionem] *ex* dictionun *(?)* D_2, dictione C_4

Tit. **Benegesto defensori:** Ignotus ceteroqui. Propter magnam similitudinem cum ep. 81, hae litterae fortasse tempore non multum distanti ab illo quo illae datae fuerunt.

1. **experientiae tuae:** Cf. notulas in ep. 29,1, p. 84. Quod spectat ad alia in hac epistula expressa, cf. notata in ep. 81. p. 198.

prouinciae iudicem: Cf. adnotationes in ep. 21,1, p. 64.

proueniente sententia terminetur; annitente quoque executione tua, ut quae statui contigerint effectui mancipentur, nulla ad nos de cuiusquam ecclesiastici pulsati contumacia deinceps quaerimonia redditura, per quam non solum contumaces excessus, uerum tua quoque neglegentia sit plectenda. 3

---

11 prouenienter C_2, prouenienti C_1 C_3 **13** contumacia] *ex* contumatia D_1 **13-14** quaerimoniae *D* **15** negligentia D_2.

92

Paulinum papa edocet quod Ioanni defensori iussit Romam pseudomonachos mittere. Verum, si eorum pertinacia exigerit, iidem in Reatina insula, ut petiit praesul, exsilio quoque multabuntur.

J-K. 968 aa. 556-561

Edd.: THANER, Anselmi Luc. Coll. can., VII, 168, p. 431; FRIEDBERG, Decr. Gratiani, XVI, I, 18, c. 765.

PELAGIUS [PAPA] PAULINO SOLATINO. Probinum Sariae et Milianum atque Probianum uel alios pseudo monachos 1

Codd.: C_1 fol. 67^v, C_2 fol. 78va, C_3 fol. 59^v, C_4 fol. 57vb; I fol. 55^v; O [Thaner, p. 431]; O_{16} fol. 86^a; P_1 fol. 373, P_2 fol. 101, P_3 fol. 76^b.

1 pelagius] *ex* gelagius C_1, (p)elagius *(p parv. pro init. litt.)* P_3, gelasius O_7 P_3 papa] *om. C* solatino] *I O P*: solitano C_3 P_3, salatino C_1 C_2, salitano C_4 solano O_{16}, solitario, solaterio, solatario, solantio, soletano *codd. et edd. Gratiani* **1-2** sariae] C_1 *O* O_{16} *P*: sane *C*, samiae O_7, siue *superscr. I*, sabariae, salarie, samariae, phariae, *codd. et edd. Grat.* **2** et milianum] emilianum *I*, et iulianum *codd. aliqui Grat.* probinianum, probanum *edd. Rom. et Bas. Grat.* pseudo] *ex* spseudo P_2, pseduo C_1

Tit. **Paulino Solatino:** Haec est probabilius vera et genuina lectio, corrupta autem forte iam in cod. archetypo, nam *Solatinus* cui loco respondere queat ignoro. Ae. FRIEDBERG, *o. c.*, c. 765, legit *Solitario* (eius cod. *A: Solaterio*, cod. vero *D: Solantio)*; ei consentiit P. KEHR, *o. c.*, t. IV, p. 7,4. Inspectis autem epp. 82 et 68, p. 200-201 et 177, veri similis apparet emendatio F. KALTENBRUNNER, J-K. 968 (t. I, p. 128), qui *Spoletino* legendum est autumatus. Tamen, animadvertenda mihi est difficultas, quam ei emendationi opponit *Coll. Britannica*, quippe quae non *Spoletino* sed *Spoletano* legit ubique, hic autem *Solatino, Solitano, Salatino* codd. praebent. His addendum, quod nostro Paulino nullus codd. episcopi tribuit titulum, dum quod deest plerumque, sedis est nomen, non gradus dignitatis. Ita, exempli causa, in *Coll. Britannica* inter 24 litteras ad episcopos missas, 6 tantum nomen sedis ferunt, aliae vero 18 *N. episcopo* in titulis habent. Nihilo autem minus, propter ea quae scimus ex epp. 82 et 68, probabilitate non caret, mea sententia, coniectura. — Alia hypothesi, quae vero in nomine *Solatino* tantummodo nititur, legi posset *Salonati* sive *Salonitano*. Cf. quae notavi in titulum ep. 57, p. 151. Si de antistite Salonitano re vera ageretur — quod sane minus probandum videtur — Paulinus poni deberetur inter Petrum (c. a. 554-?) et Probinum (c. aa. 562-566). Cf. B. GAMS, *o. c.*, p. 420; H. LECLERCQ, *Dalmatie*, DACL., t. IV, 1, c. 57; Ch. SEGVIC,

Iohanni defensori praecipimus, ut eos debeat detinere, quatenus si quam desiderant contentionis suae cognoscere rationem, ad nos ut informentur debeant exhiberi. Certe, si sola obstinatione ab 2
ecclesiastico corpore sunt scissi, in Reatina, sicut petisti, insula, ut exulentur praedicto defensori duximus iniungendum.

---

3 iohannes C_7 detinere] sustinere C_2 C_3 C_4, obtinere P_2 q̄t P_3, quatinus I C_3 P_2 **4** desiderat O_4 O_7 **5** informantur *ex* infirmantur C_3, informantur C_4 **7** exulentur] *ex* exultentur O_2 O_9, expulerentur O_7, exularentur O_{16}, exsulent *ed. Rom. Grat.* iniungendum] intimandum *I*.

Chronologie des évêques de Salone, in *Anal. Bolland.*, t. XXXIII, 1914, p. 268-269. Sed potius, ob altum silentium quod — ut supra notavi — codd. de eius dignitate servaverunt, laicus aut clericus magnae auctoritatis fuisse videtur Paulinus, cui propterea papa commisisset emendationem quorundam, qui Salonatem ecclesiam perturbabant. Coniecturae consonat nomen *Probini*, quod in epistula sequitur. Licet enim quaerere: fuitne ille Probinus rebellis monachus, qui tunc temporis ecclesiam, ab ea disiunctus, agitabat, praesul Salonitanus eiusdem nominis, qui postea, a sede Petri aberrans, ei ecclesiae praefuit? Istis non male congruerent possibilis (non autem probanda) origo ipsius: *Sabariae?* (videas infra), et magis *insula Reatina*, quae fuisset una ex multis littori Dalmatico adiacentibus. Sed serio obest, ni fallor, quod Salonae eo tempore Ioannes quidam defensor (Ecclesiae) non poterat facile degere. Quapropter res — ut reliqua de quibus infra quaeritur — sub iudice manet. De Ioanne vero defensore in Sicilia, cf. adnotationes in titulos epp. 41 et 44, p. 114 et 121.

1. **Probinum Sariae et Milianum atque Probianum:** Rebelles monachi ceteroqui non noti. Cf. tamen quae supra disputavi de *Probino*. *Sariae (Samiae)* nomen alias difficultates non parvas parit. Huius nominis quoddam ignotum oppidum in Sardiniae insula exstitit. Cf. PHILIPP, *Saria*, in *Pauly-Wissowa*, t. I^A, c. 2514. Gratianus autem (cf. Ae. FRIEDBERG, *o. c., ibid.)* legit *Sabariae (Salariae* cod. *C*, *Samariae* cod. *A)*. Etsi paleographice difficilior sit lectio mihi non probatur, eo quod nusquam reperitur in coll. praecedentibus, unde Gratianus fragmenta hauserat. Quod adtinet ad *Sabariam* sive *Savariam*, vicum in Pannonia Superiori, cf. VULIC, *Savaria*, in *Pauly-Wissowa*, t. II^A, c. 249-250. *Phariae*, uti Gratiani correctores et F. KALTENBRUNNER, *ibid.*, intepretati sunt, est gratuita coniectura, nam nullius cod. testimonio fulcitur.

Iohanni defensori: Ille fortasse Siciliensis defensor de quo loquuntur epp. 41 et 44. Cf. quae animadverti in titulum ep. 41, p. 114.

2. **In Reatina insula:** Indubia primigenia lectio, quam omnes una simul codd. testantur. Utrum corrupta iam in originali fuerit necne, anceps haereo. Locus autem et nomen istius modi insulae, quantum scio, ignorantur. Cf. tamen quae supra in titulum dixi, inquirens, et WEISS, *Reatinus portus*, in *Pauly-Wissowa*, t. I^A, c. 347: in regione antiquae urbis Concordiae prope *Portogruaro*, ad os fluminis *Lemene*, in Venetia. Num antea exstiterat parva insula quaedam pro illo portu?

93

Dominus Romam mittat, ut ordinari possit, quem populus clerusque sacrandum elegerant.

KEHR, VIII p. 256, 2 aa. 556-561

Ed.: FOURNIER, Nouv. rev. hist. droit franç. étr., 45, 1921, p. 78.

PELAGIUS DOMNINO EPISCOPO ⟨A⟩ECANO. Cum Deus propitius in electione personae quae ordinari debeat fecerit clerum

---

Codd.: C_1 *fol. 14*, C_2 *fol. 13va*, C_3 *fol. 11*, C_4 *fol. 10va*.

1 pelagius] C_1 C_2: gelasius C_3 C_4 domnino] dōnino C_1: donnino *C* ecano] C_2 C_4: etano C_1 C_3, teano *Fournier* **2** propicius *C* personae quae] *C*: episcopi qui *Fournier*

Tit. **Domnino episcopo Aecano:** Hanc esse reor genuinam lectionem. Quod ad oppidum Aecae sive Ecae in Apulia adtinet. Cf. DE VIT, *Onomasticon ...*, t. I, p. 69; t. II, p. 687; HUELSEN, *Aecae*, in *Pauly-Wissowa*, t. I, c. 443. Incolae eiusdem Aecani sive Ecani vocabantur. Quoad sedem Aecae *(Troia)* cf. F. LANZONI, *o. c.*, p. 268-272; N. CROSTAROSA SCIPIONI, *Aecae*, in *Enc. Cattol.*, t. I, c. 354. (Desideratur in DHGE.!). Quod refert ad aliam commenticiam codd. lectionem, videlicet *Teano*, P. FOURNIER, *La collection canonique ...*, *l. c.*, p. 78, perperam, uti ait P. KEHR, *o. c.*, t. VIII, p. 256, 2, ad hodiernam *Chieti* spectasse putavit. Sed neque Teani sive Theani Sidicini *(Teano)* ecclesia, in Campania, prout P. KEHR, *o. c.*, *ibid.*, est opinatus illi convenit. In primis enim notandum mihi est, lectionem *Teano* esse coniectatam emendatamque — ne dicam corruptam — ab illo b. m. viro. Codd. enim duo re ipsa *etano* ferunt, quod non esse nisi corruptio *ecano* aliorum codd. perspicuum est. Denique mecum animadverteres vellem, adiectivum a Teano Theanove derivatum minime esse *Teanus*, sed *Teanensis* vel *Theanensis*, uti ostendunt codd. lectiones in ep. 54, p. 143, et sicut videre potes apud P. KEHR, *o. c.*, *ibid.* p. 256, 4,5; 257, 8,9. Constat itaque, ni multum fallor, Domninum nostrum adnumerandum esse inter episcopos ecclesiae Aecanae post Marcianum, qui synodis Romanis aa. 501-502 interfuit. Cf. Th. MOMMSEN, *Acta synhod.*, *l. c.*, p. 434, 37; 453,33; MANSI, t. VIII, c. 252 C, n. 1.; 259 E; 300 B; 308 B; 315 D. Corruptio *Ecano* ab *Eclano* (Aeclano) gratuito non est autumanda. Neque F. LANZONI, *o. c.*, p. 268-272; (264-266), neque ullus eorum, qui post eum de Aecana ecclesia scripserunt (puta etiam H. LECLERCQ, DACL., t. VII, 2, c. 1674; t. IX, 1, c. 1485-1486) Domninum nostrum noverunt.

In electione personae quae ordinari debeat: Nescio quo pacto se fefellisse potuit cl. P. FOURNIER, *La collection canonique...*, *l. c.*, ut legeret

plebemque concordes, nihil ulterius spectetur, sed mox cum paucis qui electus fuerit in Dei nomine ad nos sacrandus occurrat.

---

3 concordes] *Fournier*: concordem *(recte fortasse)* C 4 ad nos] *om.* C_2 C_3 C_4.

---

episcopi qui ordinari debeat. Non patet utrum re quidem vera de episcopo, an potius de alio sacrae hierarchiae membro hic agatur. Adhuc magis remanet dubium, num in casu quem litterae produnt observatae fuerint praescriptiones de temporibus definitis ad ordinationes sacras peragendas. Cf. quae scripsi ad epp. 36,3 et 56,3, p. 104 et 148.

94

Pelagius, intimo dolore affectus conqueritur de improbitate eorum qui agrorum incultorum tributum ab ecclesia exigunt, cum haec ita paupertate laborat ut nec indigentes sublevari possit.

aa. 556-561

Ed.: FOURNIER, Nouv. rev. hist. droit franç. étr., 45, 1921, p. 78.

PELAGIUS BENIGNO EPISCOPO HERACLITANO. Si [in] isto tempore quo generalis, ut ita dicam, paupertas est, etiam de desertis ipsis detrahatur ecclesiae, ego ubi uiuere non

---

Codd.: C_1 *fol.* 55^v, C_2 *fol.* $61^{va\text{-}vb}$, C_3 *fol.* 50^v, C_4 *fol.* 47vb.

1 heraclitani *(?)* C_2 2 in *om.* C_1 C_3 *(cf. ep. 19, l. 47-49)* est] *om.* C_2 3 de] *om.* C_4 desertis] *ex* desestis *corr. vid.* C_1 ecclesiae] *C*: ecclesiis *Fournier*

Tit. **Benigno episcopo Heraclitano:** Iam aliunde aliquantulum cognitus. Cf. VIGILII (PELAGII) *Constitutum, Coll. Avellana, ep.* 83, 24.28.203 (O. GUENTHER, *o. c.*, p. 235-236; 286). Concilio Constantinopolitano a. 553 interfuit personam gerens metropolitae Eliae Thessalonicensis. Cf. MANSI, t. IX, c. 173 C; 190 E; 194 B; 197 A-B; 262 B; 389 B; E. CASPAR, *o. c.*, p. 270-271; 275; 277; E. STEIN, *Histoire ...*, p. 662-663, n. 1. Eius sedes Heraclea *(Heracleia Lynkestis* vel *Lyncestis*, sive in Pelagonia dicta) in Macedonia Prima fuit, in via Egnatia, ubi hodierna *Monastir* sive *Bitolia* consistit. Cf. B. GAMS, *o. c.*, p. 429; DE VIT, *Onomasticon ...*, t. III, p. 338, XXV; OBERHUMMER, *Herakleia* 5, in *Pauly-Wissowa*, t. VIII, c. 429; K. MILLER, *Itinera Romana*, Stuttgart, 1916, c. 521. Cf. tamen KERAMOPOULLOS, in Ἀρχαιολ. Ἐφημ., 1933, p. 60-64 (apud. E. STEIN, *Histoire ...*, p. 662, n. 1), qui Heracleam ponit in loco urbis hodie dictae *Florina* sive *Lerin*, in Graecia.

detrahatur ecclesiae: Ita abs dubio legendum est cum codd. omnibus. Respondet enim ad *non subuenire egentibus ecclesiam crimen est*, quod postea legitur. Loquitur itaque hic de Ecclesia absolute posita, quae in Romana ecclesia subintellegitur comprehendi et coartari. Quare probare non possum lectiones quas cl. P. FOURNIER, *La collection canonique ...*, *l. c.*, p. 78 proposuit.

habeo; quia et non subuenire egentibus ecclesiam crimen est, et unde subueniri possit penitus non est.

---

4 et] *superscr.* C_1 ecclesiam] *C*: ecclesiis *Fournier* **5** subueniri *ex* subuenire C_3.

---

ego ubi uiuere non habeo: Veritatem huismodi verborum corroborant, quae in Pelagii epithaphium incisa fuere:

Captivos redimens, miseris succurrere promptus
pauperibus nunquam parta negare sibi,
tristia participans, laeti moderator opimus
alterius gemitus credidit esse suos

Cf. F. SCHNEIDER, *Die Epitaphien der Päpste ... (Texte zur Kultur geschichte d. MA.*, fasc. 6), Rom-Regensberg, 1933, inscriptio 14; L. DUCHESNE, *Le Liber Pontif* ..., p. 304.

95

Petro episcopo iubet, ut diaconi cuiusdam stuprum, etsiamsi plane probari non possit, quippe quod multis iam innotuerit, districte puniatur, nullo habito respectu ad sententiam eorum qui dicunt: «De occultis nemo iudicetur vel iudicet», nam, si scandalum adest, facinus occultum iam reputari non potest.

J-K. 969 aa. 556-561

Edd.: PFLUGK-HARTTUNG, Acta pontif. Rom., II, p. 13, 35; MANSI, VIII, c. 142-144; MIGNE, PL. 59, c. 156.

PELAGIUS PETRO EPISCOPO POTENTINO. Secundum quod uestri portitoris significauit libellus, compertum habemus uos prae manibus habere nego*t*ium insolitum. Protulit enim diacon*u*m quendam commisisse incestum, multis i*n*diciis in uicinia notum. Sed quia nemo potest canonice illud st[r]uprum probare, 2

Cod.: U fol. 49.

1 pelagius] *Kaltenbrunner*: gelasius *U* **2** libellus] *Mansi*: libellum *U* **3** pre *Pflugk-H.* negotium] *Mansi*: negocium *U* habere negotium] *leg. potius vid.* negotium habere protulit] pertulit *Mansi* **4** diaconum] *(nihil not.) Pflugk-H.*: diaconem *U* quemdam *Mansi* indiciis] *Mansi*: iudiciis *U* **5** stuprum] *Mansi*

Tit. **Pelagius Petro episcopo Potentino:** Pelagius certo pro *Gelasio* cod. legendum est, uti iam bene perspexit F. KALTENBRUNNER, J-K. 969 (t. I, p. 128), nam Petrum quendam Potentinum praesulem tempore Pelagii cognitus est (cf. ep. 58, p. 153), dum, Gelasii aevo, antistiti Potentino Herculentius nomen erat. Cf. J-K. 680; 653 (A. THIEL, *o. c.*, p. 449; 388; MIGNE, PL. 59, c. 148; 145); F. LANZONI, *o. c.*, p. 328. Videas etiam notulas ad titulum ep. 58, p. 153.

1. **habere negotium insolitum:** Ordo verborum probabiliter deturpatus; lege potius *negotium habere insolitum.* Hoc enim expetit cursus.

incestum: Quoad significationem probabilem vocabuli huius hoc in loco, cf. S. CYPRIANI, *Ep.* IV, 3; *Ep.* LIX, 1; *De habitu virginum*, 18 (G. HARTEL, CSEL., t. III, 2; III, 1, p. 475; 667; 200); S. GELASII I, *Ep. episcopis per Lucaniam, et Brutios, et Siciliam constitutis*, 20 (A. THIEL, *o. c.*, p. 373; MIGNE, PL. 59, c. 54) Cf. etiam GRATIANI, *Decr.*, XXVII, 1, 6. 10-11. 17. (Ae. FRIEDBERG, *o. c.*, c. 1049; 1051; 1053); *Thesaurus* ..., t. VII, p. 893, 1. 71-72; 83-84; p. 895, 1. 23-48; p. 896, 1. 52-57; A. BLAISE, *o. c.*, p. 422ª.

stuprum: De sensu huius vocis apud antiquos, cf. Ch. LÉCRIVAIN, *Stuprum*, in *Daremberg-Saglio*, t. IV, 2, p. 1547; PFAFF, *id*, in *Pauly-Wissowa*,

memoratus diaconus omne meritum recusat inde subire iudicium.
Ad quod ego multis ineuitabilibus curis inuolutus, quanta possum
breuitate, sic rationabiliter respondeo. Nulla quippe iudicia inter 3
homines necessaria essent, si omnes ueritates cunctis patuissent.
Sequitur ergo inde perquiri a iudice debere probationem iudicii
ordine, unde aliter non cognoscitur ueritas culpae. Sed cum culpa 4
non ignoratur, nec synodum ex hoc congregari oportet, nec iudicium agitari iubemus, sed sola modulata sententia in concilio tractetur, quae meritum culpae excedere non uideatur. Sicut dictum est antiquis; O c u l u m p r o o c u l o, d e n t e m p r o d e n t e, haec librata mensura ideo fuit iussa in lege, ut iuxta me-
ritum culpae dam[p]natio ponderetur uindictae. Sed quidam for- 5
tasse minus capaces in his quae praemisimus, propterea uacillant, quia scriptum habetur in legibus nostris: D e o c c u l t i s n e m o i u d i c e t u r, u e l i u d i c e t; sed hi tales uigili mente pertractent, quia quod de occultis negatur, sub tacito intellectu
de manifestis conceditur. Constat ergo consequenter hoc dici 6
de ipsis occultis, quae scandalum ecclesiae nullum inducunt. Sed postquam oriri scandalum contigerit pro crimine, nullo modo est praetereundum, quin ecclesia uel satisfactione pac[c]ata quiescat, uel sedata remaneat culpa, sic publiciter punita u t c e t e r i h a b e a n t t i m o r e m. Satisfactio namque illa est qua innocens quisque manifestatur a quibus reus credebatur.

---

12 synodum] *Mansi*: sinodum *U* oportere *Mansi* 16 haec] et *Mansi* 17 damnatio *Mansi* sed] si *Mansi* 19 habent *Mansi* 20 uel] et *Mansi* 23 sed] si *Mansi* 25 quin] quia *Mansi* satis factione *U* pacata] *Mansi*: peccata *Pflugk-H.* 26 ceteri] etiam *Mansi* 27 satis factio *U* 28 credebatur] *seq. parv. spat. vac., et in lin infer. absq. titul. neq. rubr.* dominus de iudeis dicit. ego dedi eis praecepta non bona. id est. lex uetus carnaliter intellecta. ad comparationem spiritalis *(*comperationem spiritualiter *Pflugk-H.)* intellectus minime est bona. *cum textu ed. Pflugk-H. (cf. Ez., 20, 25; Gal., 3,10 sqq.; 1 Cor. 10,1 sqq.).*

---

t. IV^{A}, c. 423-424. Quoad usum apud christianos auctores, ultra aliquem textum S. Cypriani supra adlegatum, vide sis A. BLAISE, *o. c.*, p. 778^{b}.

4. **sicut dictum est antiquis:** *Mt.*, 5,38. Cf. *Ex.*, 21,24; *Lev.*, 24,20; *Dt.*, 19,21.

5. **in legibus nostris:** In aliquo canone concilii cuiusdam veri similiter, at nescio ubi. Cf. tamen: *Mt.*, 7,1-2; 10,26; *Lc.*, 6,37; 8,17; 12,2; *Rom.*, 2,1-2. 16; 14,13; 1 *Cor.*, 4,5.

6. **ut ceteri habeant timorem:** 1 *Tim.*, 5,20.

a quibus reus credebatur: Hic litterae finire videntur, nam quae ad calcem apparatis relegavi: *Dominus de iudaeis dicit ...*, sicut iam S. LOE-

WENFELDIO, J-K., t. II, *Addenda et Corrigenda*, p. 695, visum fuerat, ab epistula sunt probabiliter aliena. Idem signare videtur ipsa dispositio fragmenti in cod.; separatum enim ab uno corpore litterarum, in alia inferiori linea incipit. Nihilo autem minus animadvertendum est mihi, ipsum textum non male cohaerere cum epistula, ubi antea (§ 4) de lege fuerat sermo; num forte istius textus oblivionem advertens, postea scriba eum addidit separato loco, extra litterarum corpus, inserendum vero in § 4, postquam de lege locutus est, nempe, post verba: *damnatio ponderetur uindictae?* Sed et hoc dubium admodum manet, quod nulla prostat nota in cod., qua illa denuntietur insertio. Propterea textum ab epistulae corpore seclusi.

96

Lites, christianis haud dignae, quo pacto solvendae.

ex. a. 558 - a. 561 [?]

Ed.: PFLUGK-HARTTUNG, Acta pontif. Rom., II, p. 15, 41.

PELAGIUS ELEUTHERIO EPISCOPO. Si lis, quod non 1
optamus, inter fideles euenerit, non fucis uerborum, non callidi-

---

Tit. **Eleutherio episcopo:** Ille videretur antistes ad quem papa misit epp. 44 et 86. Cf. quae disserui ad ep. 33,2 et in titulos praefatarum epp. 44 et 86, p. 121 et 209. Quod si, prout reor, istud est verum, litterae hae datae fuerunt post ep. 18: inde coniectum tempus, quo haec data esse potuit. Quaedam autem hic addere mihi est opus, quae ad genuinitatem huius epistulae spectant. Nunc enim, quod ego sciam, primo uti verum Pelagii opus haec epistula editur. Contra quam adtributionem duo praecipue obiicere possunt. 1) Collectio ubi haec reperiuntur litterae; nam *Coll. Taurinensis*, ubi prostat, non nihil suspicionis adversus auctoritatem fragmentorum quae continet adfert. Cf. J. VON PFLUGK-HARTTUNG, *Eine grosse Fälschung in Canones*, in *Zeitschrift f. Kirchenrecht*, Neue Folge, t. IV, 1883, p. 361 sqq.; 2) Alia obiectio provenit ex ipso epistulae tenore. *a)* Verbum *lis* hic primum occurrit in Pelagii litteris; *b)* Ratio extra iudicialem, qua papa vult terminari lites: quod obversari videtur scientiae mentique eius, quae iure adeo erant imbutae, ita ordinis amicae, veluti ex toto litterarum eius corpore patet. His vero respondendum est: ad 1) Non ideo omnia fragmenta coll. continuo spuria censenda sunt, immo vero ex fontibus fide dignis quaedam hausisse, monstraret vel factum, quod praecedens ep. 95 fere certo — ne procul dubio dicam — genuina habenda est. Cf. etiam FOURNIER - LE BRAS, *o. c.*, t. II, p. 219-220; ad 2): *a)* Omnino consentaneum exsistimandum est, ut si lites hic inter christifideles componere deberet, vel nunc tandem voce *litis* papa uteretur, quam ei — quamvis

tate sermonum inter eos est agitandum, apostolo sic monente: Si quis uult contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, quia seruos Dei non oportet litigare. Igitur, auctoritate potiore 2
ducta ad medium, benignior et humanior intellectus qui reperiri poterit ibi, doceat terminare litem, instruat sententiam proferre, prout tempus et res uel qualitas personarum expostulat.

Cod.: U fol. 56.

6 liti gare U **7** ducta ad medium] *interpung. U*: ducta, ad medium... *Pflugk-H.*

---

nolens, aut potius non cogitans — quasi porrigebant ipsae fidelium rixae; *b)* In casu qui epistula hac adumbratur, potius de dissensionibus et discordiis christianorum, maioris quidem momenti, quam de vera causa contentioneve iudiciali agebatur. Papa idcirco componere studet rixas transactione, compositione, potius quam vera coram iudice contentione, sectans spiritum quem ipse apostolus, cuius verba infra adlegat, in 1 *Cor.*, 6,4-7 inculcat. Demum, adhuc concesso quod re ipsa de causa iudiciali quaestio moveretur, Pelagius compositionem consulere potuerat, eo quod in loco ubi illa agitabatur iudex magistratusve imperii forte non erat. — Origini Pelagianae litterarum favent praeterea parva, non tamen neglegenda, indicia quae noto: § 1: *non fucis uerborum*, in ep. 12,1: *rationes ... Graecorum more fucatas;* § 2: *auctoritate potiore ducta ad medium*, in ep. 59,7: *contentiones ad medium reuocare.*

1. **apostolo sic monente:** 1 *Cor.*, 11,16; 2 *Tim.*, 2,23b-24a.

INITIA GENUINARUM LITTERARUM ET EARUNDEM FRAGMENTORUM *

---

* Indicantur numeri epistularum (typis crassioribus), paragraphi — in litteris ubi sunt —, post ; et paginarum numerus.

INITIA SPURIORUM VEL PSEUDO-EPIGRAPHORUM

Lectis fraternitatis tuae litteris, uigorem fidei tuae ... J-K. † 1049 (MIGNE, PL. 72, c. 749 B; P. HINSCHIUS, p. 725).

Lex illa praeteritorum principum ibi raptum dixit ... J-K. 692 (Ae FRIEDBERG, *o. c.*, c. 1077; A. THIEL, *o. c.*, p. 508; P. EWALD, *o. c.*, *l. c.*, p. 562).

Licet singulae metropoles ciuitates suas prouincias habeant ... J-K. † 3 (P. HINSCHIUS, *o. c.*, p. 79; F. THANER, *o. c.*, p. 320).

Manifesto, sicut optauimus, per gratiam dei, lumine euangelicae ueritatis ... J-K. † 1051 (MIGNE, PL. 72, c. 738 D; P. HINSCHIUS, *o. c.*, p. 720).

Multis denuo apostolicis et canonicis atque ecclesiasticis instruimur regulis ... J-K. † 1051 (MIGNE, PL. 72, c. 739 B-C; P. HINSCHIUS, *o. c.*, p. 721).

Nec pretendat quisquam quod alicui... (Polycarp., VII, 7, 2: *Gelasii I*)

Nullus patriarcharum hoc tam profano uocabulo umquam utatur ... J-K. † 1051 (MIGNE, PL. 72, c. 740 A; P. HINSCHIUS, *o. c.*, p. 721).

Nullus patriarcharum uniuersitatis uocabulo umquam utatur ... *(Cf. supra)*.

Nullus (quoque) monachus talia usquam arripiat ... J-K. † 1050 (MIGNE, PL. 72, c. 756 B; P. HINSCHIUS, *o. c.*, p. 731).

Omnes qui aduersus patres armantur, ut patrum inuasores ... J-K. † 1051 (MIGNE, PL. 72, c. 743 C-D; P. HINSCHIUS, *o. c.*, p. 724; F. THANER, *o. c.*, p. 121).

Omnis (enim) qui gemebat et qui uexabatur a Saul fugiebat ... J-K. † 1049 (Ae. FRIEDBERG, *o. c.*, c. 580; MIGNE, PL. 72, c. 751 D; P. HINSCHIUS, *o. c.*, p. 727).

Potestatem habes episcopos causa necessitatis aut utilitatis mutare ... J-K. † 1049 (MIGNE, PL. 72, c. 753 D-754 A; P. HINSCHIUS, *o. c.*, p. 729).

Praecepta canonum quibus ecclesiastica regitur disciplina ... J-K. 706 (MIGNE, PL. 59, c. 153; A. THIEL, *o. c.*, p. 488; F. THANER, *o. c.*, p. 377).

Praecepta synodalia quae ante paucos menses de sede nostra ad prouinciam sunt directa ... J-K. 643 (Ae. FRIEDBERG, *o. c.*, c. 1295; A. THIEL, *o. c.*, p. 391).

Praedecessores Iohannis et iste idem Iohannes non semel ... J-K † 1051 (MIGNE, PL. 72, c. 739 C; P. HINSCHIUS, *o. c.*, p. 721).

Quia (cum) res sit in litigio constituta (posita)... J-K. 691; 712 (MIGNE, PL. 59, c. 146; A. THIEL, *o. c.*, p. 508; S. LOEWENFELD, *o. c.*, p. 9, 16).

Qui baptizatur a mortuo et item (iterum?) tangit eum quid proficit ... J-K. † 1049 (MIGNE, PL. 72, c. 754 C; P. HINSCHIUS, *o. c.*, p. 729).

Quis iustitiae potest hoc credere ratione iactari ... J-K. 692 (A. THIEL, *o. c.*, p. 508; P. EWALD, *o. c.*, *l. c.*, p. 562).

Quoniam (Quod enim) in canonibus legitur non debere episcopum de ciuitate ad ciuitatem ... J-K. † 1049 (MIGNE, PL. 72, c. 749 D; P. HINSCHIUS, *o. c.*, p. 726).

Quoniam quidam metropolitanorum fidem suam ... J-K. † 1064 (Ae. FRIEDBERG, *o. c.*, c. 352; F. THANER, *o. c.*, p. 309).

Quos uos constiterit indignos meritis ... J-K. 636 [XXIV (al. XXVI)] (MIGNE, PL. 59, c. 55 B; P. HINSCHIUS, *o. c.*, p. 653b; A. THIEL, *o. c.*, p. 375).

Refutandi sunt (etiam) raptores, fures, sacrilegi adulteri et horum similes ... J-K. † 1050 (MIGNE, PL. 72, c. 756 B; P. HINSCHIUS, *o. c.*, p. 731).

Relatum est (ergo) ad (apud) apostolicam sedem Iohannem Constantinopolitanum ... J-K. † 1051 (MIGNE, PL. 72, c. 739 A; P. HINSCHIUS, *o. c.*, p. 721).

Scias frater dilectissime aliud esse causam necessitatis ... J-K. † 1049 (MIGNE, PL. 72, c. 749 C; P. HINSCHIUS, *o. c.*, p. 726).

Scitote certam esse prouinciam quae habet X aut XI ciuitates ... J-K. † 1051 (Ae FRIEDBERG, *o. c.*, c. 562; MIGNE, PL. 72, c. 743 B, P. HINSCHIUS, *o. c.*, p. 724).

Sicut non potest peruersitatis communicatore suscepto ... J-K. 632 (MIGNE, PL. 59, c. 44 C; P. HINSCHIUS, *o. c.*, p. 640b; A. THIEL, *o. c.*, p. 354).

Significasti (enim) litteris tuis quendam fratrem (fratrum) ... J-K. † 1049 (MIGNE, PL. 59, c. 749 C; P. HINSCHIUS, *o. c.*, p. 725).

Si quis episcopus ab illis accusatoribus qui recipiendi sunt fuerit accusatus ... J-K. † 143 (P. HINSCHIUS, *o. c.*, p. 201; 758).

Si quis (se) periurauerit et alios sciens in periurium duxerit... J-K. 967 * (MIGNE, PL. 140, c. 877; PL. 161, c. 796; Ae FRIEDBERG, *o. c.*, c. 883).

---

* Pelagio tribuitur in *Decr. Burchardi*, XII, 9, *Ivonis Decr.*, XII, 66, *Anselmi Luc. Coll. can.*, XI, 54, *Polyc.*, VI, 10,10. Gelasio autem donatur apud *Bonizonis*, *Lib. de Vita Christiana*, IX, 53, in *Coll. Caesaraugust.*, add. ad L.XV, *Decr. Gratiani*, XXII, 5,4.

Iam BERARDUS, *Gratiani canones genuini ab apocryphis discreti*, Taurini, 1754, t. II, 1, p. 369, licet quandoque supercriticismo inficiatur, recte tamen hic credidit decretum ex aliquo paenitentiali libro desumptum fuisse. Cf. J-K. 967, t. I, p. 128. Illi ego, quod ad hanc refert epistulam, omnino consentii, quaproter inter spurias eam reieci. En rationes quibus sum ductus: 1) Primo apparet fragmentum, quantum scio, in *Decr. Burchardi*. Burchardo autem Wormatiensi antistiti pervam fidem debetur, praesertim in iis omnibus quae ad originem et fontes, unde textus Decreti sui hausit, spectant. Cf. P. FOURNIER, *Études critiques sur le Decret de Burchard de Worms*, in *Nouv. Rev. hist. droit franç. et étran.* t. XXXIV. p. 41-112; 213-221; 289-321; 564-584; Eiusdem, *Le Décret de Burchard de Worms, ses caractères, son influence*, in *Rev. hist. eccl.*, t. XII, 1911, p. 452-460; 685; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, t. I, p. 373-381. Porro nimis rarum videretur hoc fuisse unum fragmentum Pelagii — extra litteras *Coll. Arelatensis* — notum investigationes quae, tempore Gregorii VII Papae peractae, ad inventionem duxerunt plurium litterarum pontificum et laciniarum earundem ad illud usque tempus ignotarum. Annis enim c. 1082-1095 in lucem prodierunt illae omnes sat numerosae collectiones, partim amissae, ubi Pelagii epistulae reperiuntur. Cf. P. FOURNIER, *Les coll. can. romaines*, *l. c.*, p. 271-395; FOURNIER-LE BRAS, *o. c.*, p. 4-14. Itaque omnino improbabile censendum est hoc fragmentum fuisse unicum vestigium epistularum Pelagii I genuina-

---

rum, quod nobis ante coll. gregorianas servatum foret, et quidem in coll. suspicionibus tam obnoxia uti est *Burchardi Decretum*. 2) In coll. canonicis, velut in ipso *Decr. Burchardi*, XII, 3-11, in *Decr. Ivonis*, XII, 62-68, in *Coll. Caesaraugustana*, add. ad L.XV, haec commenticia epistula invenitur comitata et quasi immersa aliis non paucis fragmentulis, ex *Paenitentialibus (Theodori, Romanis)* libris aut aliunde desumptis, omnibus vero eundem characterem paenitentialem prae se ferentibus. Cf. praesertim *Decr. Burchardi*, XII, 8 *(Ex decr. Fabiani papae*, capite 11) = *Decr. Ivonis*, XII, 65; *Decr. Burchardi*, XII, 9 *(Ex decr. Pelagii papae*, capite 11) = *Decr. Ivonis*, XII, 66 (MIGNE, PL. 140, c. 877; PL. 161, c. 796-797). Sicut vero spurium est *Fabiani decretum* ita, immo a priori, spurium *Pelagii decretum* censendum esse, non est qui non videat. Re quidem vera pleraque praefatorum fragmentorum inveniuntur, aliquibus subductis mutationibus et additionibus in *Paenitentiali Valicellanno* I, c. 48-52, qui liber saeculo circiter VIII adscribendus est (H. J. SCHMITZ, *Die Bussbücher und die Bussdisciplin der Kirche*, Mainz, 1883, p. 290-291). Quod adtinet ad originem fontesque plurium textuum huius paenitentialis, cf. P. FOURNIER, *Études sur les pénitentiels*, in *Rev. hist. et litt. relig.*, t. VI-IX, 1901-1904. Sive inde sive ex aliis vetustioribus paenitentialibus libris, Anglicis et Hibernicis origine, hausit probabiliter Burchardus ad decreta pontificum non pauca confingenda. Cf. G. LE BRAS, *Pénitentiels*, DTC., t. XII, 1, c. 1160-1171; 1176. 3) Impossibile videtur hanc mentitam epistulam sive decretum pertinere ad nostrum Pelagium, propterea quod eius spiritus discrepat nimium a modulo qui in sinceris pape litteris animadvertitur, ut puta, exempli causa, in epp. 34; 37; 38; 46; 47; 49; 54; 63; 64; 74; 78 aliisque bene multis, ubi huiusmodi in adiunctis, simul recta severitas ordinis et per misericordiam temperata iustitia, harmonice coadunatae apparent. Non est cur adhuc alia minuta, quae observari insuper possent, addam, nam sententiam meam satius probare, quae adduxi, existimo.

1. LOCA SACRAE SCRIPTURAE *

---

* Intra [ ] includuntur merae adlusiones et reminiscentiae.

2. VETERES SCRIPTORES *

A) Fontes aut parallela quaedam

* His [ ] circumsepsi merae adlusiones aut probabiles reminiscentiae.

B) Parallela quaedam posterioris aetatis *

* Testimonia aut citationes pelagianae veterum scriptorum prolegomenis, cap. 1, p. XXI-XXVI adlegantur.

3. NOMINA *

* Indicantur paginae, et lineae.

4. VERBA ET RES NOTABILIA *

* Alia verba notantur adhuc in p. CI-CX.

Hoc opus demum perfectum est
in typographia
«Tallers Gràfics Marià Galve»,
Barcinone, die 21 decembris,
festivitate sancti Thomae Apostoli,
a. D. 1956